



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>


Lovanii, 1573


urn:nbn:de:hbz:466:1-42790




Th. 2422'

2 K, 38.









Adscriptus Bibliothecae In Aedibus

H. 766.

VSVARDI
MARTYRO-
LOGIVM, QVO ROMANA
ECCLESIA, AC PERMVLTAE
aliae vtuntur: iussu Caroli Magni
conscriptum.

*Cum additionibus ex Martyrologijs Romanæ Ecclesiæ,
& aliarum, potissimum Belgij.*

Et Annotatione Auctorum, qui de Sanctorum vita, con-
fessione, vel martyrio, fusc, aut aliquando obiter, non-
nulla scripserunt.

Operâ IOANNIS MOLANI Louaniensis,
Louanij sacræ Theologiæ Regij Professoris.

Eodem Auctore, DE MARTYROLOGIIS,
& INDICVLVS SANCTO-
RVM BELGII.

*monij Abdinghoff
oko S. B. Paderbornæ*

*Adscriptus Bibliothecæ In Fideiula
siue sacello D. Abbatis Abdinghoff.*



LOVANIÏ,
Apud Hieronymum VVellæum, sub signo
Diamantis, Anno 1573.

Cum Privilegio Regio ad sexennium.

Subsign. H. Fackwez.

*Ex libris Brunonis Fabriij Abbatis In Abdinghof.
1576*

LITERÆ SIGNIFICANT

MARTYROLOGIA,

a Adonis.

b Bedæ.

g Græcorum.

p propriæ ecclesiæ.

p: proprij episcopatus.

q quoddam.

r Romanum.

LVNA PRONVNCIANDA,

Anno,

1573 16

1574 17

1575 18

1576 19

1577 1

1578 2

1579 3

1580 4

1581 5

1582 6

1583 7

1584 8

1585 9

1586 10

1587 11

1588 12

1589 13

1590 14

Anno,

1591 15

1592 16

1593 17

1594 18

1595 19

1596 1

1597 2

1598 3

1599 4

1600 5

loco ponitur.

loco po-
nitur.

& sic deinceps, vsque
ad numerum 19 proce-
dendo, iuxta aureum
numerum illius anni,
prout positus est in Ca-
lendario Romani Bre-
uiarij.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO
 AC REVERENDISSIMO
 DOMINO, D. ANTONIO
Perrenoto Granuellano, S. R. E. Cardi-
nali, Archiepiscopo Mechli-
mensi, &c.



ARTYROLOGIVM,
 illustrissime ac amplissime
 CARDINALIS, anti-
 quitus numerari solet, inter
 paucos libros, qui omnibus
 sacerdotibus necessarij iudicabantur. Quod
 disertis verbis scribit Burchardus, episcopus
 Vuormatiensis, in decimo nono libro De-
 cretorum.

Quantæ autem sint huius libri vtilitates,
 non est necesse hîc commemorare, cum id
 per aliquot Capita differuerim, in eo tracta-
 tu, quem de Martyrologijs ipsius Vsuardi
 Martyrologio subiunxi.

Neque dubium mihi est, quin ad aliquas
 earum vtilitatum Maiores nostri respexe-
 rint, dū eos sacerdotis nomine indignos iu-
 dicabant, quibus hic codex deerat. Certe
 Martyrologij lectionem in fine Primæ anti-
 quissimæ obseruationis esse indubitatum est.
 In eaq. obseruatione à Choro permanendum

A 2 esse,

T

que
 ce-
 um
 ni,
 Ca-
 re-

V-

esse, decretum est iam pridem in eo Romanæ Ecclesiæ sacrosancto Breuiario, quod auctoritate sanctissimi Concilij Tridentini recepimus. Sed & magnus ille Gregorius, epistola vigesima nona libri septimi, indicat suo tempore Martyrologij vsum fuisse in quotidiano Missarum sacrificio, dum eorum quotidie specialis fieret commemoratio, quorum Natales, siue Passiones, vt ipse loquitur, in eos dies incidebant. Nos, ait, pæne omnium Martyrum distinctis per dies singulos Passionibus, collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus.

Greg. in
registro.

Itaque in libro, has, aliasque ob causas, vtilissimo, libens non parum operæ, laboris, & molestiarum, insumpsi. De quibus quæ à me dicenda sunt, ea dicturus sum in subiungenda ad Lectorem epistola. Neque enim conuenit vt cum Vestra Excellentia verbosior sim.

Porro cum hac meâ operâ, peculiarius quàm quisquam alius, Belgij nostri Sanctos illustrauerim, videbatur conueniens si Præfatione dedicatoria, & mihi, & labori meo, è Belgio aliquem patronum deligerem. Primo autem loco, occurrit Vestra Amplissima Reuerentia, etsi absens, cui diuina pro-

viden-

uidentia donatum est reliquos ministerio,
auctoritate, & dignitate anteire.

Cum autem in clarissima & alma Vniuer-
sitate Louaniensi, quæ Vestræ diœcesis est,
locum aliquem Dei dignatione fortitus sim
inter opitulatores Ecclesiæ Vestræ, tum per
presbyterium, tum etiam per sacræ Theolo-
giæ magisterium, ratione vtriusq; functionis
confugio ad Vestram Reuerentiam, velut ad
Episcopum animæ meæ: Eidemque & me,
& studiorum meorum fructus, subijcio; ac
dedico; vt sub protectoris mei auspicijs, & li-
ber noster, Eiusdem nomini inscriptus, le-
gentibus sit gratior.

Vtinam autem Illustrissime Cardinalis,
ouibus tuæ diœcesis præsens adesses, in hoc
afflictissimo statu, & catholicorum Mechli-
niensium, & reliquorum Belgarum. Vbique
enim Belgium plenum est miserijs, & ab ho-
stibus fidei, & aliunde.

Quare non solum præsentem librum No-
mini Vestræ Reuerentiæ nuncupo, sed Ei-
dem commendo etiam afflictissimam Belgij
Rempublicam, vt ea auctoritate, qua summa
vales apud sanctissimum Pontificem, & Re-
gis nostri Catholicam Maiestatem, Belgij
nostri miserijs subleuandis succurrere di-
gneris: vt si non redeat ad eam felicitatem,

A 3 quam

EPIST. DEDICATORIA.

quam ante discessum V. Celsitudinis habuit,
(id enim sperare non audeo) saltem eousque
redeat, vt tot hominum myriades, quæ Deo
& Regiæ Maiestati fideles perstant, non per
miserias animis deiciantur, & ad iracundiam
prouocentur; sed talem videant Reipublicæ
faciem, in qua iucundum sit eis & Deo ser-
uire, & Catholico Hispaniarum Regi sub-
esse. Benignissimus autem Deus Tuam
Celsitudinem diu seruet incolumem, ad
vtilitatem nostræ Reipublicæ, & to-
tius Christianitatis. Louanij,

anno LXXIII, III

Kal. Iunij.

Vestra ampliss. & ill. me R. ue

obsequentissimus,

Ioannes Molanus Louaniensis.

CAN-

CANDIDO LECTORI
IOAN. MOLANVS.



VLCHRE scripsit quidam, Ne hoc tibi dedecori fore putato, si orationem iam editam, adhuc lima retractes. quandoquidem hoc Phidiam quoque fecisse perhibent, quo tempore apud Eleos Iouem iam absoluerat. Stetisse enim illum post ianuam, ubi primum opus in lucem productum, hominibus visendum ostendisset, subauscultasseq. quid quisq. spectantium laudaret, aut reprehenderet. Cæterum hic quidem nasum reprehendebat, quasi plus æquo crassiorem: alius vero faciem, tanquam oblongam: tertius aliud quiddam pictori vertebat vitio. Deinde digressis spectatoribus, rursus Phidiam semetipsum concludentem correxisse, atq. ad multorum opinionem & iudicium imaginem emendasse. Neque enim mediocre, aut contemnendum esse existimabat populitani numeri consilium, sed hoc sibi persuaserat necessario fore, vt multi semper plus quam vnus peruiderent. Hæc de Phidia ille.

Lucianus
dialogo pro
imaginibus.

Quem sane in modum auscultavi, & sæpius interrogavi, Candidissime Lector, quid quisque legentium laudaret, aut, cuius prima cura erat, quid improbaret in eo Martyrologio, quod mea qualicunque opera editum erat Louanij Anno 68. Eorumque collectis iudicijs, librum ad multorum opinionem & iudicium, adhibita diligenti lima, retractare, expolire, recognoscere, & emendare, sum conatus. Quæ igitur habeat posterior hæc editio, ob quæ priori sit anteferenda, paucis aperiam.

II. De lectione Lunæ.

L Unæ lectionem in ecclesijs vsitatam, nonnulli desiderarunt. quibus non solum acquieui, sed eam recognoui ad castigationem & reductionem numeri Decemnouennalis, siue aurei numeri, quæ facta est iam pridem in Romano Breuiario. Quare cum alibi lunæ pronuntiatio, quinque diebus discrepet à luna cæli, (ob quos dies retrocedendum fuit per syllabas quinque dicendo, In cælis est hic) in hac editione sic castigata est lunaris pronuntiatio, vt à cæli situ aut nihil discrepet, aut perparum.

III. De numeris Lunæ.

Solent vero numero decemnouennali subijcere primas nouendecim literas,

A b c d e f g h i k l m n o p q r s t
ac lectorem admonere, vt dum aureus numerus est vnum, toto anno legunt numerum suprapositum A primæ literæ: dum est aureus numerus duo, eo anno legant numerum cui subingitur b litera secunda, & sic consequenter, vsque ad decimum nonum, cui respondet litera I, decima nona. Sed non fuit necesse eiusmodi literis onerare librum præsentem, eò quòd numerum aureum per quinarios distinxerim: per quas distinctiones tam facile inuenitur locus lunæ anni præsentis, quam si literæ id ipsum significantes, essent adiunctæ. Tam facile enim agnosco locum nonum esse penultimum in secundo quinario: aut duodecimum locum, esse secundum in tertio quinario, quàm agnoscam I literam esse nonam, & M duodecimam.

III. De

IIII. De Vuandelberti martyrologio.

MOnuerunt etiam vnus, & alter, vt carmina Vuandelberti omitterem: quos scio parum cogitasse ante quot secula ea sint conscripta: tantumque attendisse non satis ea numeris suis constare. Interim, quia magis faciunt ad centonem libri, quam ad multam Lectoris promiscui instructionem; & vt ornatum exiguum, sic etiam non nimiam vtilitatem & necessitatem adferre eis videantur, permisi hæc carmina in recognitione libri abesse. Remitto interim studiosissimos Lectores, quibus ea vsui esse possent, tum ad primum tomum operum Bedæ, vbifalsò extant eius nomine: tum ad primam nostri Martyrologij editionem, vbi Vuandelberto sua carmina restitui.

V. De omisissis abbreviationibus.

Porrò cumplerunque à iunioribus Martyrologium legi soleat in ecclesia, eiusque lectio sit etiam vsitatissima apud sanctimoniales, visum mihi fuit, vt quæcunque ad martyrologij lectionem in ecclesia pertinent, integre, absque vlla abbreviatione, aut mutilatione, excuderentur, in gratiam idiotarum, & minus peritorum. Quod etiam à typographis fere est obseruatum, saluis vsitatissimis virgulis pro literis m & n. In reliquis verò, quæ doctis seruiunt, id non fuit obseruandum.

VI. De Vsuardo.

VSuardus principali caractere excusus est. quem diligenter contulicum varijs exemplaribus Ms. &

A 5

varie

varietate lectionum deprehensa, elaboravi genuinam ponere lectionem. Vbi id deprehendere non potui, alteram lectionem in margine posui. Occurrerunt in eodem paucula, quae videbantur à fide historica aliena, ut nonnunquam bonus dormitat Homerus, difficileque est in tam confuso opere nihil humanum pati. Ea ex contextu sustuli, ne in ecclesia legantur, & sic in annotatione vel margine posui, ut Lector facile aduertat quid ad integritatem Vsuardi pertineat.

VII. De notis parenthesis.

Martyris autem vocem aliquando notis parenthesis interclusi, quando posita est pro eo qui in confessione fidei tormenta passus est, sed citra mortem. Similiter dictionem virginis, dum ponitur pro vidua sanctimoniali, ut doctioribus ea significationes occurrant.

VIII. De natalibus transpositis.

Natales quorundam sanctorum transposui iuxta Tridentini Concilij Breuiarium, aut iuxta propriae ecclesiae legitimam observationem. Quia geminatio ea, potissimum si altero loco erronea erat, parum gratia erat Lectoribus, suspendens eos quoniam die festum obseruaretur. Si cui autem tantilla Vsuardi verborum transpositio displiceat, sciat is nostri instituti fuisse, Martyrologium ecclesiae, quo adpossem, accommodare. Neque deesse alias editiones, in quibus nulla sit Vsuardi verborum transpositio.

IX. De additionibus.

Eadem fere, quae de Vsuardo dixi, locum habent in additionibus, quae cursivo, ut loquuntur, & Italico caractere,

charactere, additæ sunt, ex veterum Scriptorum, & sanctarum ecclesiarum Martyrologijs, potissimum si castigatam & emendatam lectionem spectes, in qua non parum operæ & laboris collocandum fuit.

Accessit in iisdem additionibus auctarium magnum. Nam inter alia quæ primæ editioni defuerunt, multa hic accesserunt. Ut, de Sanctis nostratibus non pauca, ex propriarum ecclesiarum Martyrologijs, de Sanctis Græcorum, ex Menologio Græcorum, quod tunc nondum videram, de sanctis Siciliæ, ex Martyrologijs Siciliæ, apud Maurolycum.

X. Literulæ significantes.

Dictas additiones maluissent nonnulli indistincto ab *Vsuardo* charactere imprimi, & sine literis significatiuis. Sed secuti sumus quod pluribus non absre placuit. Nam nec character diuersus imperitū lectorem turbare potest: nec nudæ eæ literulæ quas facile aduertit à se esse prætereundas. At verò docti gaudent videre quid sit *Vsuardi*, quidque *Vsuardo* additum. Nec iniucundum est eis videre has literas significantes. Quoniam *A* significat sequentia sumpta esse ex Martyrologio *Adonis* episcopi: *B*, ex *Beda*: *G*, ex Græcorum menologio: *P*, ex Martyrologio propriæ ecclesiæ, apud *Belgas*. hoc est, in qua corpus sanctum quiescit, vel in qua Sanctus resedit. *P*, cum punctis, ex Martyrologio proprii episcopatus. *R*, ex Romana ecclesiæ Martyrologio: *Q*, ex quodam ecclesiarum Martyrologio confusè. qualiter significandum fuit sæpius quod sequentia non pertineant ad eam literam, ad quæ præcedentia.

Nec dubium est quin sub hac litera multa notauerim, quæ etiam sunt in proprijs Martyrologijs. Quia Sanctos
Medio-

EPISTOLA

Mediolanenses scripsi ex Martyrologio quod cum Breuiario Ambrosiana ecclesiae est impressum / Siculos ex Martyrologijs Siciliae, quod modo dixi / Laudunenses ex Martyrologio quod nostrum Parcum habet ex Abbatia sancti Martini in Lauduno clauato / Remenses, ex Ms. Vsuarado, qui vix vllas habebat additiones, praeterquam de sanctis Remensibus / Treuirenses, ex Martyrologio impresso pro vnione Bursfeldensi / Rothomagenses, & comprouinciales, ex Martyrologio Rothomagi excuso, Anno 1507 / Parisienses ex Martyrologio quod Caroli magni iussu digestum est, & Parisijs impressum Annis 1490, & 1536 / Ordinum denique Sanctos ex monasterijs Ordinum scripsi.

In priorie editione etiam alijs utebar literis, sed posterior ratio priori fuit praelata.

Nec difficile est Lectori hinc ad memoriam reuocare dictarum literarum significationes; quae iam paulo latius sunt explicandae. A dixi significare Adonem in Martyrologio / B, Bedam, vel Bedae Martyrologium. De quibus quae hic scribenda forent, sufficienter tractabo in libro de Martyrologijs, capitibus sexto & tertio. Restant g, p, r, q.

G significat commemorationes Sanctorum totius anni per ordinem mensium, prout ea cum eorundem sanctorum deprecationibus habentur in Mnologio de sanctis totius anni, quod est in Graeco Horologio, siue Horarum libro, qui Venetijs excusus est in octauo, Anno 32. Vnde etiam Ioannes Buteo Canonicus Vienne Ordinis sancti Antonij multa Anno 58 in Latinum vertit in libro quem inscripsit Orationes Graecorum veteres ad Deum & Sanctos.

P: cum punctis significat Martyrologium summae ecclesiae

ecclesie proprii episcopatus intracuius terminos corpus sancti quiescit. ut, Cameracense secundum antiquos limites, quo etiam vitur Mechliniensis ecclesia/Vltraiectense, cuius titulus est Martyrologum cathedralis ecclesie in Traiecto, scriptum anno 1364, anno primo Ioannis de Voerrenborch episcopi Traiectensis item Martyrologium sancti Iacobi Louanij secundum Ordinarium sancti Lamberti Leodiensis. quod vetustate aliquibus locis oblitteratum est.

R, significat additionem ex Martyrologio secundum morem Romanae ecclesie, quod emendauit magister Bellinus de Padua, Ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, Venetijs ad signum Spei excusum anno 49, & Parisijs An. 21. Videtur etiam id nonnihil auxisse Sanctis Padua, & Venetae ecclesie, & diuersarum religionum. Extant & alia Romanae ecclesie Martyrologia, quae non vidi. Ecclesia enim sancti Petri vitur Martyrologio Venetijs impresso anno 60, quod Alexander Peregrinus Brixienfis, Iulij tertij sacellanus, opera sua emendatum edidit. Ecclesia autem Lateranensis vitur Martyrologio apud Hieronymum Cauacalupum anno 1564. impresso.

Q, non significat quodcunque Martyrologium, sed probatum, quodque in aliqua ecclesia venerabiliter legitur. Interim sanctos nonnullos, ex Ecclesiarum Breuarijs, & integris historijs, quos in Martyrologijs non inueni, libens adieci, eo quod ipse historia & Lectiones ecclesiasticae de Sanctis, parisi sint cum Martyrologijs auctoritatis, imo aliud non sint quam proluxa Martyrologia.

XI. De minimis additionibus.

Addidi etiam quædam ad *Vsuardū & Ecclesiæ martyrologia potissimū ex recentiorum Martyrologijs aut additionibus; In quibus aliquando aliena fide contentus fui ponens ea lege commentariorum. Quæ omnia minimo caractere imprimenda fuere, vt secernerentur ab ijs quæ grauioris sunt auctoritatis vel dignitatis.*

*Et quidem in priori editione vtebar literis significatiuis quas nunc sustuli, nisi quod litera p aliquoties significet propria ecclesiæ librum obituum. Parum enim referre putauī, siue id dicat Colonienſis Carthusia in suis ad *Vsuardum* annotationibus, siue Antonius Geems, Regularis Rubææ vallis, in *Martyrologio* prolongato, vel reuerendus abbas Maurolycus, vel ego, vel quisquam denique aliū recentiorum.*

XII. De notula ¶.

Notula ¶, significat eonſque in omnibus ecclesijs nostra directione legi poſſe. Illa enim quæ ſequuntur notam ¶, vel ſunt feſta translationum, fere ex proprijs ecclesijs ſumpta, quæ non eſt neceſſe paſſim per eccleſias legi, vel ſunt minimis typis de non canonizatis: vel etiam de canonizatis ex ſcriptis recentiorum; ſed de quibus ego nullam aut minus ſufficientem habuerim notitiam an ſint canonizati, & an ijs diebus eorum natales occurrant.

XIII. De annotationibus.

In Annotationibus, quæ ad Grammaticam vocum explicationem pertinebant, pleraq. in altera editione omittenda iudicaui. Annotationes vero de historijs Sancto-

Sanctorum, multum auxi, & recognoui: atque cifras remittentes ad annotationes in margine ponere malui, è regione Sanctorum, quam in ipso contextu relinquere, vbi aliquando Lectorem turbabant.

XIIII. De orthographia.

O Orthographiae etiam ratio habita est: sed vbi inter doctos diuersitas est sententiarum, libertatem reliqui typographis: vt in accentibus aduerbiorum, & in voce Diocletianus, quae vsitate scribitur per e, sicut Grace per u. In Romano tamen Breuiario, & duobus, quae habui, Ms. martyrologijs perpetuo per i Dioclitianus. Itidem in permultis alijs vocibus. Accentum aliquando posui, quo, vt in Latinis, sic in Graecis dictionibus significare volui quantitatem syllabae penultima. Quantitatem autem aliquando solum notavi ex vsu propriae ecclesiae, vt, in Ionatus, Gaugericus, Remaclus.

XV. De appendice Martyrologij.

A Scripseram etiam in minimis additionibus multos sanctos ex scriptis recentiorum, quos sumptulerunt ex historia tripartita, Gregorio vtroque, & aliunde. De quibus non solum nesciebam an in aliqua ecclesia natalem habeant, sed nec diem obitus sciebam. Recentiores enim tantum aliquo loco eos posuerant, ne in toto opere abessent. Hos ordine alphabetico ponere malui post Martyrologium, cum auctariononullo tum similium Sanctorum, tum eorum quos natales dies habere scio, et si eos ignorem: Vt qui volet, auctarium illud locupletet, & Sanctos ad Martyrologium transferat, quorum dies Natalesprehenderit.

XVI. De

XVI. De omisis sanctis.

NEquē defuerunt qui totum auctarium Coloniense per dies singulos additum voluissent. Quibus respondeo, mei instituti non fuisse ut ex recentiorum collectaneis adferrem, quæcunque adferri potuissent, tum certa, tum incerta. Nam in suo auctario multo copiosior est Antonius Geems quàm sint Colonienses, quæ pariratione non fuisset prætereundus, & utrique per multa addenda fuissent, quæ ex Breuiarijs, & aliunde obseruari possent. Sed satis mihi fuit pauca quædam & multis inde selegisse: neque voluisse vllum sanctum prætereire cuius sciri tempus, diem, & locum confessionis, vel martyrij. Reliquum, cuius difficilem abyssum videbam, alijs reliqui. Sane si omnium ecclesiarum per singulas prouincias proprij extarent Natales aut indices, (quale quid re de Belgis cum martyrologio iam in lucem edo) locupletissimum ex iisdem nostrum prodijset Martyrologium.

XVII. Conclusio.

Verum ut finem præfandi faciam, quicquid in hac altera editione est immutatum, vel additum, vel imminutum, id solerti indagine, ut Vsuardus loquitur, siue studiose, & citra omnem temeritatem à nobis factum esse agnoscas. Quorum etiam omnium rationem in prolixo scripto mihi reseruo. Omnes verò Sancti, in quorum honorem hoc opus congeffi, mihi peccatori, quod minus aut perperam feci, ignoscant: & tam Vobis omnibus, quàm mihi, suis meritis & suffragijs patrociniua ferre dignentur.

INDEX

INDEX RERVM,
AC SENTENTIARVM PRÆ-
CIPVARVM, QVAE IN MAR-
tyrologio, eius appendice, & libro de Mar-
tyrologijs, continentur.

*Martyrologium citatur per dies: appendix, per literas: liber de Mar-
tyrologijs, per capita. Numerus mensi praepositus, significat
Vsuardum, aut ad eum additiones maiores: postpositus vero, mi-
nores additiones, & annotationes.*

A.

Abbas S. Gerardus, octo-
decim cœnobiorum
curam habuit. 3 Oct.
Abbas Benedictus num fuerit
sacerdos. Mar. 21. Maurus
non fuit sacerdos, sed leuita.
15 Ian.
Abbas, dux dicitur à Græcis.
4 Ian.
Adolescentiæ non parcendum.
Ian. 11.
Adulter Bonifacius fit martyr,
14 Maij.
Aduocatorū patronus, Iuo. 19
Maij/Philogonius. Dec. 20
Aduocati, quāuis nolint, mul-
tum malitiæ addiscunt, liti-
bus se terendo. Febr. 6
Aëre commoto in ecclesia ora-
bat Ceadda, donec serenitas
rediret. 2 Mar.
Agnominantur, Maria Ægy-
ptiaca, peccatrix & pœni-
tens. 2 Apr/ item Pelagia.
3 Oct/ Hermannus, ob sim-

plicitatem, Iosephus, Apr.
7/Hildegūdis, Iosepha. Apr.
20/ Simcon, stultus siue sa-
lus. 21 Iul/ Vuilgefortis,
Ontcōmera. Iul. 20/ Cuius
nomen nesciebatur, Adau-
ctus, 30 Aug/ Coronatus, 8
Nou/ Superius, 7 Sep/mar-
tyr sine nomine. Apr. 16
Alfatiam conuertunt Scoti. 7
Nouemb.
Amabilis fuit S. Goericus epi-
scopus omnibus sibi com-
missis. 19 Sep.
Ambrosio contrarium esse ser-
monem, qui ei de Eusebio
Vercellēsi inscribitur. Aug. 1
Ancillas à sancta Martha no-
minari Marthas, Iul. 29
Angelus cōfortat in Martyrio
Pontianum. 19 Ian/Vincen-
tium, 22 Ian/ Marcum, 25.
Apr/&c. educit Theodorū;
in App. T.
Angeli dicuntur à Græcis in-
corporei. 8 Nou.

B Angē;

INDEX RERVM.

- Angeli**, cecinerunt in transitu Martini 23 Oct / inter Apostolorum & Prophetarum choros tulerunt animam Pauli eremitæ. 15 Ian / animam Aidani in cœlum ferunt. 31 Aug.
- Angeli** è Tyberi cripiunt animas Valètini & Hilarij. 3 Nou.
- Anglos** ad Humbrum conuertit Paulinus. 10 Oct.
- Anglorum** Apostolus, Gregorius. 12 Mar.
- Anni** initium dicitur Octauæ dici Dominicæ. 1 Ian.
- Antuerpiæ** iugi instantia pugnavit Eligius (cōtra infidelitatem) 1 Dec.
- Apocrypha** omnino respuit Ecclesia. Aug. 15
- Apocrypha** sunt quædam Georgij Gesta. Apr. 23 / & quædam Cyrici. Iun. 16
- Apostatam** Iulianum in sacris literis erudit à puero S. Pignenius. 24 Mar.
- Apostatæ** Elpidophoro ostendit Murita linea, quibus eū in baptismo texerat. 13 Iul.
- Apostatas** à fide duas cōuertit S. Dorothea. 6 Feb.
- Apostolorum** nomen Græci ad septuaginta discipulos extendunt. 4 Ian / 31 Oct / 10 Nou.
- de Apostolorum** vita cur pauca extent. Oct. 28
- Aqua** in vinum mutata meritis Marcelli. 1 Nou.
- Aquis** superambulat Maurus. 15 Ian.
- Arboris** miraculum per Gummarum. 11 Oct.
- Archipresbyter**, S. Landoaldus. 19 Mar.
- Arcus** non potest semper esse intensus. Dec. 27
- Argento** abstinentes, Cyrus & Ioannes. 31 Ian.
- Asceta** pro monacho, 28 Feb. de Astronomia, quæ rerum euentus prædicit, accusatur S. Eusebius. in App. E.
- Attrebatæ** ciuitati pontifex consecratur S. Vedastus, 6 Feb.
- Aurum** & argētum velut sterora exhorrebat Eufichius. in App. E
- B.
- Baptismus** candidiorē niue facit. 25 Aug / per ipsum inuestimur Christo, 19 Maij. in Baptismate filius Petri Marcus. 25 Apr.
- in Baptism.** albis vestibus induitur Tertullinus, 4 Aug / Genesius, 25 Aug / Lufor, 4 Nou. Elpidophorus apostata, 13 Iul.
- Baptizat** diaconus Sisinnius, 2 Febr.
- Baptizatur** proprio cruore Genesius Arelatensis, 25 Aug.
- Baptizandis** quæ sint imponēda nomina, de Marty. cap. 17
- Baptisma** vnicum Liberatus, cum socijs, martyrio defendit. 17 Aug.
- Basilij** eloquentia singularis fuit,

INDEX R E R V M.

- fuit, & sermo Apostolico
sale conditus, Mar. 9
- Batuæ prædicator Vueren-
fridus, Aug. 14
- Bauaria dicitur Baioaria. 22
Sept.
- Bauarorum Apostolus, Ruper-
tus. 12 Oct.
- Bedæ falso quædam inscripta.
Mar. 10. 17 / Aug. 16, 19 / Ap. 3
- Benedictio Agilegi martyris.
in Apr. A
- Benedictionem petit ab epif-
copo Amandus prædicaturus.
6 Febr.
- Bestiæ intactos relinquunt,
Maximam & collegas, 29
Iul / Tyrios martyres. 20
Febr / nō audebant attingere
corpora Tharaci & sociorū.
11 Oct / præfocāt tantum Ig-
natiū. 1 Febr.
- Bibliothecam diligenter custo-
diri monuit Augustinus. de
Marty. cap. 21
- Biothanati dicuntur quidam
martyres per contemptum.
18 Iul / Nou. 28
- Bonis spoliata Nicareta, non
stomachatur. in App. N
- Brabantia vastatur à Nortmā-
nis, Hunis & Danis, 14 Iul /
nominatur pagus Brach-
bantensis. 30 Mar.
- Bullata pagina Nicolai pri-
mi. Feb. 3
- C.
- C**æmentarij occiderunt S.
Reinoldum, operi suo
præpositum, Ian. 7
- Calcaneis perforatis horribili-
ter trahuntur Philemon &
Apollonius, 3 Mar.
- Calix sanctus, à paganis fractus,
restauratur orando. 7 Aug.
- Calici sancto sancti Lupi cœ-
litus gemma illapsa refer-
tur. 1 Sept.
- Caniculares dies 5 Sept. finiuntur
Gregorio Turonensi, 5
Sept.
- Canities, veneranda. 30 Ian.
- Canonizatur Bellinus anno
secundo post mortem, Nou.
26.
- non Canonizati festum Roge-
rij, Ian. 4 / Raimundi, Ian. 6
- non Canonizati corpus, in tū-
ba portatili. Febr. 21.
- Cantum Romanum instituit
Vitalianus. 27 Ian /
- Captiuos Christianos redem-
it Acacius episcopus,
conflando vasa ecclesiæ. in
App. A
- Captiuos pijsime redemit
Domnolus, Iun. 17
- Caput (id est, pars capitis) Pā-
taleonis, est Colonie, 19 Feb /
Lugduni, 17 Iul.
- Capite S. Ioannis calybiti se
velut thesauro incompara-
biliter ditari fatetur Bisontium.
Ian. 15
- pro Castitate occisa ancilla
militis. 25 Mar.
- Castratur propter fidem Igna-
tius patriarcha. in App. I
- Castrum pro oppido minori.
Passim toto libro

INDEX RERVM.

- Causas pupillorum, viduarum, & pauperum, defendit Iuo.** 19 Maij.
- Causarum patronus fuit Philogonius.** Dec. 20
- in Cellulæ angustia fruebatur Afella latitudine paradisi.** in App. A
- Cereus Paschalis in Sabbatho sancto benedicitur.** 26 Dec/ etiam ante tempora Zosimi. Dec. 26
- Chorepiscopus Lugduni Agobardus.** Iul. 17.
- Christianos, solet Iulianus Galilæos appellare.** 24 Ian.
- Christianos & Natales quosdam dici à Christi natali.** Dec. 24
- Cilicino amicta induitur Marcellus papa,** 16 Ian.
- Cilicio Catharinæ Senensis semimortuus sanatur.** Apr. 29
- Clarissæ Coletanzæ.** Mar. 6
- Clérum composuit Hyginus.** 11 Ian.
- Clérus Carthaginensis in exilium mittitur.** 13 Iul.
- Clericus mirabiliter designatur S. Nicetius Treuirensis.** 1 Oct.
- Clericum nullum iudicem permittit Siluanus, cum animaduertisset quod ex litibus quæstum quærerent.** in App. S
- Cælo iugiter intentus erat Melanius.** 6 Ian.
- Coëpiscopus Metensis, Drogo.** 29 Aug.
- Cognominatur S. Sura, Soter.** Feb. 10/ Vide Agnomin.
- Coma clero non nutrienda** 17 Apr/ ea deposita Sigismundus rex habitum religionis suscipit. 1 Maij.
- Compassione pijsimus Ioannes patriarcha,** 23 Ian.
- in Confessione fidei reprehensibilis est simulatio.** Apr. 12
- ad Confessionem Petri orat Zoë,** 5 Iul/ **ad Pauli, Tranquillinus** 6 Feb.
- Confessor peculiariter nominatur à Græcis qui in tormentis, aut coram iudice, fidem confessus est.** vnde rarius in Martyrologio Græco ponitur hic titulus. Similiter veteres acceperunt vt Ambrosius, Sept. 18
- Confessores & martyres, Gurias, Samonas, & Abibus,** 15 Nou.
- Confirmandum sacro chrismate, offert Sisinnius diaconus Marcello papæ.** 2 Febr.
- Confusio Sanctorum notatur,** Ian. 8/ Iul. 14/ Aug. 13
- Coniuges, sanctissimo voto casti, Iulianus & Basilissa** 9 Ian/ in virginitate Christo seruietes, Cunegundis & Henricus, 3 Mar/ seruata charitate separati, Vincentius & Vualdetrudis, 14 Iul/ 9 Apr.
- Conuer-**

INDEX R E R V M.

- Conuertuntur per Vincen-
tium Prædicatorem supra
triginta millia Iudeorum &
Maurorum. 5 Apr/mimus,
25 Aug/ exceptor (*de bloet-
schrijuer*) 25 Aug/3 Dec/me-
retrix, 7 Aug/ consiliarius
Neronis. 11 Maij/ carnifex,
22 Aug/ commentariensis,
2 Febr. &c.
- Conuiuia nautis, S. Phocas.
Iul. 14.
- Conuiuium prophanum exe-
cratur S. Marcellus. 4 Sep.
- Corona Domini feliciter in-
fidelibus eripitur, & hono-
ratur Parisijs. 11 Aug.
- Coronis ne sit locus quas
Angelus ferebat, capita am-
putantur Facundo & Pri-
mitiuo, 27 Nou.
- Corona militum occiditur. 1
Ian/13 Ian.
- CORPVS Domini est Bru-
xellæ miraculis clarum Iul.
13/circumfertur in supplica-
tione. post Dec.
- Corporis & sanguinis Do-
mini communionem acce-
pit Lucia, antequam mori
posset. 13 Dec/ Sacramen-
tum Christi accepit Petro-
nilla. 31 Maij.
- Corporis Christi veritatem in
Sacramento agnoscunt paga-
ni, 15 Aug.
- Corpus Christi miraculo eua-
nuit, 15 Aug/ ipsum paga-
nis tradens est proditor. Ibi.
- Corpori decollato. subster-
nit vestem suam Asterius
senator, 3 Mar.
- Corpora Adriani & socio-
rum, per coruscationem
incendi prohibentur, 8
Sept.
- Corpora martyrum delphini
beneficio littori restituta.
8 Mar.
- Corpus Vincentij feris obie-
ctum, à coruo diuinitus cu-
stoditur. 22 Ian.
- Corpus Susannæ collegit Se-
rena Augusta, & aromati-
bus ornauit. 11 Aug.
- ad Corporis S. Folquini tran-
situm vna nocte congelatur
vehemens aqua. 14 Dec.
- Corpus S. Theodorici Rex
proprijs humeris ad sepul-
chrum euexit. 1 Iul.
- Corpore vnus sancti, terra
est reuerentior, & ab hosti-
bus immunior. Ian. 7.
- Corpus Amaranthi per 40
dies incorruptum. 7 Nou/
Ediltrudis, vndecim annis.
23 Iun.
- Corpus Seuerij reuerentia
ostenditur, die 1 Febr.
- in Corpore ac si viuens ma-
gnificè miraculis coruscat
Nicolaus. 9 Maij.
- Corpora Euualdorum vbi es-
sent, & cuius meriti, lux
apparens declarauit. 3 Oct.
- Corpora reperiuntur diuina
reuelatione Abacuc & Mi-
cheæ, 15 Ian/ Nazarij &
Celsi, 12 Iun/ incorrupta
B 3 Geruasi.

INDEX R E R V M.

- Geruasij & Prothasij, 16. Iun/
Zoilii, 27 Iun / Sigismundi,
i Maij / Quintini, 31 Oct/
Coronatoru, 8 Nou/Stepha-
ni & sociorum, 3 Aug/ per
stellam fidelibus deprecantibus,
Tharaci & sociorum. 11 Oct. &c.
- Corpora sua reuelant, Vincen-
tius, 22 Ian / Barnabas, 11
Iun/Seuerianus cum socijs,
19 Nou.
- Corpora transferuntur, An-
dræ & Lucæ, apud quæ dæ-
mones rugiunt. 9 Maij/An-
tonij diuina reuelatione A-
lexandriam, 17 Ian/Babylæ
per sex millia psallendo, 24
Ian/Hilduardi summo iubi-
lo. 7 Sept / Dominici, 24
Maij / Augustini propter
barbaros. 28 Aug/ Sauinia-
ni & Potentiani auditis An-
gelicis vocibus. 19 Oct/&c.
- Corpus Exuperij fugatum est
persecutione Danorum, 1
Aug/ id magna deuotione
suscipitur Redonis, & coli-
tur. 1 Aug/
- Corpus S. Eugenij, id est, cor-
poris pars, transfertur Bro-
niū, 3 Aug. Toletū, Nou. 15
- Corpora Landoaldi & socio-
rum, qua auctoritate trans-
fata. Mar. 19
- Corpus S. Amandi per Fran-
ciam portatur. Feb. 6
- Corpus Leuinnæ per vicos &
castella Flandriæ circumfer-
tur. Iul. 24/Vrsmari, Apr. 18
- Crucis salutaris portione inue-
nit Sergi^o papa. 9 & 14 Sept.
- Crucis lignum Romæ omnis
populus osculatur, & ado-
rat. 14. Sept.
- Crucis signo artem suam mu-
niebant sancti lapidæ/ 3
Nou.
- Crucis signo, superatur à Mar-
garita diabolus, 18 Iul/extin-
guitur draco. in App. D.
- Crucifigitur Petrus Aulonus,
3. Ian / clauis Pionius, 1.
Feb/ cruci affigitur Agrico-
la, 4 Nou/
- Cytharædus fuit S. Arnoldus.
Iul. 18
- D.
- D**æmonium pessimum vs-
que ad finem vite arripuit
Eustochiam, Feb. 13/ contra
dæmones potenter claruit
Paulinus, 22 Iun/ cum dia-
bolo palam conflixit Iulia-
na. 16 Feb.
- Damasi pontificale interiisse
dicit Onuphrius. de Marty.
cap. 21
- Danorum protomartyr Canu-
tus, 10 Iul.
- Decimarum solutionē defen-
dit S. Bellinus, & ob id mar-
tyr occumbit. Nou. 26
- Dedicatur ecclesia à Petro, 1.
Aug/S. Remigij à Leone no-
no. 19 Apr / Basilica S.
Nicomedis, vel altare, 1
Iun / crypta, 18 Nou / 23.
Dec/ordo Cœlestinorum. 10
Oct. Basilica S. Læberti Leq-
dij ab

INDEX R E R V M.

- dij ab archiepiscopo, 28 Oct / Vide Eccl.
- Degradatur & excommunicatur Arius. 25 Nou.
- Deares excussi Apolloniæ, 9 Feb / Fausto. 13 Oct /
- Diptycha ecclesiarum. de Marty. cap. 11
- Doctorum collegium coronatur Martyrio. in App. D
- Doctor, sacræ Theologiæ, fuit Thomas. 9 Mar / vtriusque Iuris, Iuo. 27 Oct.
- Dominæ nominantur virgines sacræ. 12 Aug.
- Domus Acacij episcopi semper patebat cibi & somni tempore. in App. A
- Dormientes septem, Ephesi, 27 Iul. & Iun / Turonis. in Apr. D
- non Dormientium monasterium. 29 Dec.
- E.
- E**cclesiam primam consecrat S. Petrus, 1 Aug / ecclesiam basilicam (sive regalem) primam, in palatio Constantini dedicat Sylvester. 9 Nou / ecclesiam suam dedicat S. Michaël, 21 Sept.
- Ecclesiæ consecrandæ quantaratio sit habita, 21 Sep.
- Ecclesias 27 edificauit Carolus. 28 Ian / ecclesijs extruendis cooperatur rex Ethelbertus, 24 Febr.
- Ecclesijs & pauperibus erogatur rex Guntramnus thesauros suos, 28 Mar /
- Ecclesia ex musuo quodammodo deaurata, 15 Oct.
- Ecclesiam irrumpi non patitur S. Romanus, 18 Nou.
- Ecclesiæ ne clauderentur & spoliarentur, vsque ad martyrium restiterunt Philippus & socij. 22 Oct.
- Ecclesiam maximis priuilegijs honorauit Constantinus. Maij 21
- Ecclesiasticam libertatem defenderunt & pro ea martyres occubuerunt, Thomas, Dec 29 / Albertus, Nou. 21 / Bellinus, Nou. 26 /
- Eleemosynarij, Ioannes Alexandrinus. 23 Ian / Edbertus, Maij 6 / Cassius, in App. C
- Eleemosynam vt pauperibus daret, rusticationem contra vires suas exercet Hilarius episcopus. 5 Maij / discum argenteum frangi iubet rex Osualdus. 5 Aug / Guntranus rex thesauros erogatur. 28 Mar.
- Energumeni curantur ad sepulchrum sanctorum. in App. I
- Eunuchi fiunt Christiani, ad metalla damnati. in App. A
- Episcoporum accusatione audire noluit Constantinus. Maij 21
- Episcopi ab Apostolis ordinati, Lucius & Euodius, 6 Maij, Torquatus & alij, ad Hispanias directi, 15 Maij /
- B 4. Fronto.

INDEX R E R V M.

- Fronto, 25 Oct.
- Episcopus Fronto, baculo S. Petri (episcopali, quem à Petro acceperat) mortuum suscitatus. 25 Oct.
- Episcopus sit Eucherius obseruantibus Lugdunensibus tri-duanum ieiunium & obsecrationes, iuxta morem antiquum. 16 Nou.
- Episcopus designatur angelo reuelante Eucherius. 16 Nou/ per columbam Euortius. 7 Sept/ ex lanificio assumitur à Deo Seuerus. 1 Feb.
- Episcopum prædicantem custodiri statuit Euaristus. 27 Oct.
- Episcopatu fugatur Amatus per Theodoricum regem. 19 Oct.
- Episcoporum substantiæ & ecclesiæ Arianis condonatur. 6 Sept.
- Episcopus senex diuina reuelatione accepit suffraganeum. 18 Mar.
- Episcopus Hippone cur factus sit Augustinus viuente adhuc episcopo. 28 Aug.
- Episcopatum mutat Methodius, 18 Sep/ Agritius, 13 Ian.
- Episcopatus sedes diuino oraculo transfertur Leodium. 3 Nou.
- Episcopus Iustus in eremum secedit, 2 Sept/ Nazianzenus in rus. 9 Maij.
- Episcopatibus tribus præest Maternus. 14 Sept.
- Episcopatus vniti. Febr. 3
- Equorum certamē contra Canones spectauit Thomas, Apamee episcopus, vt Chofdrois furorem molliret. in App. P
- Eremiticam vitam dilexerunt, Paulus, 15 Ian/ Moyses, 7 Feb/ Romanus, 28 Feb. Ursatius, 16 Aug/ Domitianus, 1 Iul/ Arnulphus, 16 Aug/ Mems, 11 Nou. Seuerinus, 23 Nou. &c.
- Euangelium Hebraeum Matthæi, ipso reuelante reperitur. 21 Sept/ iterum perijt, Sept. 21
- Eucharistia. Vide Corpus Domini.
- Excommunicatur Arius. 26 Feb/ 26 Nou.
- Exlector Iul. 13
- Exiliū pro fide, est gloriosum martyrium, 2 Iul.
- Exul papa, Lucius, 4 Mar/ Martinus, 12 Nou/ Iulius, 12 Apr/
- Exul episcopus, Fulgentius, 1 Ian/ Hilarius, 14 Ian/ Eucherius, 20 Feb/ Cyprianus, 8 Mar/ Amatus, 19 Oct.
- F.
- F**abricauit S. Eligius Sactorum tumbas. 1 Dec/
- in Fame quid populo præstiterit Patiens. Sep. 11
- Faustus Lirinensis, episcopus Rhegi, hæreticus. de Marty. cap. 13
- Festum transfigurationis Domini fuit ante annos sexcentos. Aug. 6
- Festiuitas non Canonizati Raimundi.

INDEX RERVM.

mundi. Ian. 6
 Festa mobilia, post Decembrē,
 festum Catherinę Senēsis est
 mobile, 29 Apr.
 Fidei calore ignitus, Ioannes
 edicta Augustorum discer-
 psit. 7 Aug/ Pantenus, Ori-
 entis vltimis gentibus Euā-
 gelium prædicat. 7 Iul/ Fidei
 calore succensit, Priscus, Mal-
 chus, & Alexander, vltro iu-
 dicem ad eunt. 28 Mar.
 Filia Eustochium quantū ma-
 tri obedierit, in App. E
 Finlandos conuertit S. Henri-
 cus episcopus. Ian. 19
 Flandriis prædicauit Eligius, 1
 Dec/ Amandus, 6 Feb/ Hil-
 duardus. 7 Sep.
 Flebat muliū Arsenius. 19 Iul.
 Fodēbāt terram per totum diē
 Maro & collegæ. 15 Apr/ ad
 fodiendam terram damnan-
 tur 60. martyres. 1 Mar.
 Fœmina Bertrada scientia lite-
 rarum emicuit. Feb. 5/ Ro-
 suitha, Iun. 26
 Fortunæ natalitia celebrari so-
 lent Cæsareæ. Mar. 5
 Francorum Apostolus, Remi-
 gius. 13 Ian.
 Fratres de communi vita Da-
 uentriæ instituuntur. Mar. 24
 Frisones conuertit Bonifacius.
 5 Iun.
 Frontem sibi signante Satyro,
 corruit idolum. 12 Ian.
 Fullo fuit S. Anastasius. 7 Sept.
 Fur Tornaci suspensus est tem-
 pore S. Amandi, 6 Febr/ quē

idem sanctus ad vitam re-
 uocauit. Ib.

G.

Galleciam conuertit S. Ca-
 rolus. 28 Ian.
 Galli prædicatores è Roma ac-
 cipiunt, 1 Oct/ Dionysiu cum
 suis, 6 Oct/ Gissenum, Ibi/
 prædicatores à Polycarpo
 accipiunt, 1 Nou.
 Gandauenses conuertit Amā-
 dus. 6 Feb.
 Gandauum nominatur pagus
 præter fluentia Scaldi. 6 Feb/
 portus Gāda. 19 Mar/ 1 Oct.
 Gelu disrumpuntur 40 sancti.
 9 Mar.
 Gennadius de viris illustribus
 scribens, est hæreticus. de
 Marty. cap. 13
 Germanis mittitur à papa, Bo-
 nifacius. 13 Feb. Vuillibror-
 dus, 8 Nou.
 Gladiatores occiderunt S. Al-
 machium 1 Ian/ & Telema-
 chium in App. T/ eorum lu-
 dum remouet Honorius
 Imp. Ibi.
 Gladius diuinitus euaginat
 10 Sept.
 Grandimontēsis ordo inchoa-
 tur. Feb. 13
 Gregorij dialogos in Græcum
 transfert Zacharias papa.
 14 Mar.

H.

Hæreticus Nouatianus in
 pœnis fit Catholicus &
 martyr. 30 Ian.

Hæresi scinditur tunica Do-
 mini.

B V

INDEX R E R V M.

- mini. 26 Nou/contra hæreses fidei vigor in Philastrio, 18 Iul/
ab Hæresi Arii defendit Gallias Auitus, 5 Febr/conuertit totam Italiam Ambrosius, 4 Apr/Visogothos, Leander, 27 Febr/Tungros & alios, defendit Seuerinus, 23 Oct.
Hæretici blasphemant Sanctorum vitas. de Marty. cap. 23/ Lutherus Bennonem vocat nouum idolum/ & antiquū diabolum. in App. B
Hæretici occiderunt Petrum inquisitorem, 29 Apr/ Paulum episcopum. 7 Iun/ Angelum, 5 Maij/ Albanum, 30 Oct.
Hæretici, Ariani, sub Constantio grauissimè persequuntur ecclesiam, 14 Aug/ ad tradendum diuina mysteria & libros arctant omnes sacerdotes Africæ. 15 Dec/ de pallis altaris faciunt femoralia. Ib/multis insidijs persequuntur Athanasium, 2 Maij/ Cyrillum, Mar. 18/ eis donatur substātia episcoporum, & ecclesiarum. 6 Sept.
Hæreticus, imperator fulmine perijt. 6 Aug/ Arius diuino iudicio condemnatur, virtute orationis S. Alexandri. 28 Aug.
Hibernis primus Euangelizauit Patricius. 17 Mar.
Hieronymi epistolā ad Chromatium & Heliodorum de martyrum passionibus citat Cassiodorus. de Marty. cap. 2/ quæ nunc non extat. Ibi.
Hispanos post martyrium conuertit Iacobus. 30 Dec.
Historias Sanctorum quanti fecerint Veteres. de Marty. cap. 21/ in eis ne aliqua illusio aut scandalum fidelium oriretur, cauit Fabianus. Ibi/ in historijs non euulgentur quæ incerta, & quæ specie falsi laborant. de Marty. cap. 22
Historiam S. Eugenij se episcopali auctoritate, & toti? cleri consilio approbari cupiuit S. Gerardus vt in ecclesia recitaretur, Nou. 15
Historiæ lege nec illa prætermitti, quæ vulgata relatione discuntur. Oct. 1
Historiæ stylus mutatur, Fausti Febr. 11/ Bertulfi. Feb. 5/ Maclouij, 15 Nou/ Trudonis Nou. 23 &c.
Hospes vniuersæ ecclesiæ, Caius. 4 Oct.
Hostia Christi Ignatius, dentibus leonum præfocatus. 1 Febr.
Hostes fugātur, Dani, per Martinum. Iul. 4/ ad Parabiagum, per Ambrosium, 21 Febr/ Brabanti, per Lambertum 13 Oct/ in Vuorong per Mariam, Iun. 5/
Hungaros conuertit Stephanus Rex. 20 Aug.

Idola

INDEX R E R V M.

Idola & fana destruxit Eli-
gius. 1 Dec/ idolum exuf-
flat Satyrus, & ob id marty-
rizatur. 12 Ian.
Ieiunator Ioannes, 2 Sept.
Ieiunijs vigilijsq. vacat, Sigif-
mundus, die noctuq. 1 Maij/
affidue Praxedis, 21 Iul/ Sa-
laberga, 22 Sept / Onesi-
mus, 13 Maij.
Ieiunium pro ludo habuit A-
fella. in App. A / ad ieiur-
nium, orando vires acquirit
Gregorius. in App. E
Iefabel nominatur Brunichil-
dis regina, Oct. 22
Ignatij epistola ad Antiochen-
ses citatur. 6 Maij.
Ignē extinxit oratione Agnes,
21 Ian / sanguine suo Poly-
carpus, 26 Ian / superat Iu-
liana, 16 Febr/ in igne illaesa
Macra, 6 Ian/
Imaginis Christi crucifixio re-
colitur. 9 Nou/
Imagines defendit contra ico-
nomachos, Theophanes.
Mar. 12 / Nicephorus, Mar.
13/ Andreas in Crisi, Oct. 17/
Senatorij, in App. S/ septima
Synodus. Post 11 Oct.
Imperator, Decius diuinitus
punitur, 18 Oct/ Adrianus, à
Faustino dicitur tortuosus
coluber, & latrans. 15 Febr.
Imperatores Christiani fuerūt
vterque Philippus. 14 Maij.
Imperator Carolus, religiosissi-
mus, & fidei ampliator, 28
Ian/ Constantinus, Maij. 21

Inclusus, Hospitius, Maij 21/
Eparchius, Iul. 1/ Patroclus,
Nou. 19/ Stephanus, Nou.
28/ Caluppa, in App. C
Inclusa, Ida, Sept. 4/ Iutta, Ian.
13
Indos vltiores conuertit Fru-
mentius. in App. F
Indulgentia in festo nominis
Iesu. Ian. 15 / visitationis, 2
Iul/ in Portiuncula, 2 Aug/
praesentationis, 21 Nou/
Corporis Christi. post Dec.
Iudæos & Mauros supra tri-
ginta millia cōuertit S. Vin-
centius. 5 Apr.
Iudæi occiderunt Vuernhe-
rum, Apr. 19/ in hebdomada
sancta Simonem Tridenti.
Mar. 24
à Iudice vitam rei perit Aman-
dus. 6 Febr.
L.
Lætus semper erat Isaac
monachus. in App. I
Latantium cœnobium. 28
Oct.
de Lanificij arte ad episcopa-
tum sublatus Seuerus, 1 Feb.
Lapidis præfectus S. Rei-
noldus, ab eis occiditur,
Ian. 7
Largus alijs, sibi parcus, Exu-
perius. 29 Sept.
cum Latronibus iussus est in-
cendi Nemesius. 19 Dec.
Lectores infantuli, qui apud
Victorem. Iul. 13
Leones præfocant Ignatium. 1
Febr/ māsuefecit Venantius,
12 Maij.

INDEX R E R V M.

- 18 Maij.
 Linguis excisis quidam articulatim loquuntur. in App. L
 Litanie solennes ante Ascensionem Domini. 11 Maij/ post Dec/ certis festis, 9 Sept/
 Lumen alijs non participare, impossibile iudicat Benjamin. in App. B
 Lunæ pronuntiatio in Martyrologio cur fiat. de Marty. cap. 14
- M.
- M**anna Atrebatum pluit, ibidem que asservatur. post Dec.
 Manibus ad cælum extensis, spiritum emittit Polycronius, 17 Febr.
 Mariæ dormitionis dies, 15 Aug/ 9 Sept.
 Mariam pro carnis conditione obiisse, 15 Aug/ de eius corporis assumptione quid sentiendum sit. 15 Aug. & Sept. 23
 Mariæ intercessione poenitentia Theophili. Feb. 4
 Mariæ singulariter deuotus fuit Simeon Carmelita, 16 Maij.
 Maria Magdalena primo videre meruit Christum, resurgentem. 22 Iul.
 Martyrium est odoriferum sacrificium, 18 Feb/ quo vitam mercamur æternam. 9 Apr.
 Martyr Apollonia vltro in ignem profilit. 9 Febr.
 Martyrium crudelissimum læto vultu pertulit Ioannes, 7 Sept.
 Martyr annorum 120 Simeon, 18 Febr.
 Martyrizantur triennio Victor & Victorinus. 6 Mar. ad Martyrium hortatur mater puerum. 2 Iun/ pueri vltro ad id currunt Pastor & Iustus. 6 Aug.
 Martyr Theodorus à Salvatore sibi apparente, monetur vt constanter agat. 9 Nou.
 Martyres illesi in poenis. Passim toto libro.
 Martyrium sibi demonstratum optat Georgius diaconus. 27 Aug/ ad id vocatum me scio, etsi peccator sum, ait Petrus Alex. 26 Nou.
 Martyr cingulo tenus defossus. 4 Sept.
 Martyr Læbertus, quia regem increpabat. 17 Sep.
 Martyrii gloria dignus iudicatur Caprasius, per miraculum, 20 Oct.
 Martyr Maria, quia in natali filij domini sui, prandij interesse noluit. 1 Nou.
 Martyres proprii specialiter iuuant. de Marty. cap. 22
 Martyres, 17 millia vno die coronati, 26 Apr.
 Martyres sub Sapore, clerici, monachi, & sacre virgines, 21 & 22 Apr.
 Martyrum gesta quanta diligentia olim collecta per Notarios. de Marty. cap. 21

Marty.

INDEX R E R V M.

- Martyrij saporem gustarunt Caius & Crementius, secūdo Confessi, 16 Apr.
- Martyriū longū vocat Hieronymus, Paulæ pœnitētiam. 27 Ian/ Martyrologiū Duacense vitā Onesimi, 13 Maij.
- Martyres vocantur aliqui medij inter confessores & martyres, Hyginus, 11 Ian/ Gregorius Thaumaturg⁹. Nou. 17/ Zeno episcopus, Apr. 12/ Iustinus, 4 Aug.
- Martyrologia qui scripserint. de marty. cap. 2 & seq.
- Martyrologium Eusebij interprete Hieronymo interdixit. de Marty. cap. 2/ Hieronymum non scripsisse Martyrologium, sed Eusebij veritasse. Ibi.
- Martyrologium Bedæ doctissimum, esse plenum mendis. de Marty. cap. 3/ ipsum non scripsisse metricum martyrologium. Ib. cap. 3 & 5
- Martyrologij quis vsus. de Marty. cap. 14. 16. 17. 18
- Martyrologia quomodo recētiōres nonnulli collegerint. de Martyr. cap. 13
- Matre monacha nascitur Eustochia, vt rosa ex spinis. Feb. 13
- Mechliniam diuinitus petijt S. Rumoldus. 1 Iul/ nominatur Malina. Ib.
- Medici, Lucas, 18 Oct/ Pantaleon 28 Iul/ Hermolaus. Ib/ Cosmas & Damian⁹ 13 Oct.
- Militare nolens martyrizatur 2 Ian.
- Minimorū fratrum ordo. 2 Apr.
- Miracula Sanctorum. Passim toto libro.
- Miracula fiunt in conuersione Indiæ. Dec. 2
- Miracula testimonium ferunt meritis. in App. E. testantur Simeonē viuere, 1 Iun/ beatitudinem Peregrini, 28 Iul/ vitam Sindulphi Deo acceptam, 20 Oct/ sanctitatem Romani, 24 Nou/ pro iustitia exiliū Eucherij, 20 Febr.
- Miraculis minus plene fulget S. Landericus. 10 Iun.
- Misericordia Nicolai in occidendos memorabilis. 6 Dec.
- Missam celebrabat paulo ante martyrium Fridericus, Vltraiecti, 18 Iul/ Stephanus papa, 2 Aug/ Nicasius, 14 Dec.
- Missæ sacrificium quotidie celebrabat Cassius, & velut totus in lachrymis defluebat. in App. C
- Missam, metendo & vindemiando, quātum honorauerit rex Vuceslaus. 28 Sept.
- Mœstitiā moritur Leocadia: 9 Dec.
- Mola pistoria contritus est Victor. 21 Iul.
- Monachus fit Thomas inuito patre. 7 Mart.
- Monachus fit rex Sigismūsus. 1 Maij/ tractu diuino Maiolus archidiaconus 11 Maij.
- Monachis hortum colentibus mulieres

INDEX RERVM.

- mülieres cum ingredi non decet. 23 Febr.
- Monachi dicti ascetæ Ian. 11 / &c. exercentes, 7 Nou.
- ad Monasticam vitam multos monuit & adduxit Stephanus inclusus. ob quod fit martyr. Nou. 28
- Monachis mille præest Iulianus, 9 Ian/ fere ducentis Honoratus, in App. H / plurimis, Romanus, 28 Febr/ ferme sexentis, Eustasius, 29 Mar / innumerabilibus Columbanus, 21 Nou/ &c.
- Monasterium fundat, Ioannes, 19 Mar/ Heribertus, 16 Mar/ Gertrudis in peregrinorum hospitium, 1 Maij/ Gilbertus, 4 Febr / Vuaningus, 9 Ian/ Luthardus, Sep. 15/ Guibertus, 23 Maij / Gerardus, 3 Oct/ Bruno, 11 Oct/ Beregillus, 2 Oct / &c.
- Monasteria fundauerunt, Sigebertus Rex, Feb. 1/ Philibertus, 20 Aug/ Iulianus & Basilissa, 9 Ian/ Maiol^o, 11 Maij/ Columbanus, 11 Nou/ Adelheidis, Dec. 16
- Montes Hannoniæ dicti Castrilocus, 3 Febr.
- Morbum fynanchen, sine anginam, solitus est curare S. Suuibertus, 1 Mar.
- Moritur cum hilaritate Merulus. in App. M
- Mortis suæ diem & horam præsignat Petrus Thomasius, 6 Ian/ Vedasti mortem columna supra domum. 6 Febr/ in Mortem Ephraem Psalmsi compositi. Febr. 1
- Mortuos suscitant, tres, Dominicus, 4 Aug/ Martinus, 11 Nou/ vnum Rumoldus, 14 Iul/ Hilarius, 14 Ian/ Gendulphus, 13 Nou/ Memmius, 15 Aug/ furem Amandus. 6 Febr/
- N.
- N**atalis cur dicatur mors Sanctorum. de Marty. cap. 15
- Natalis nominatur dies confessionis S. Ioannis ante portam Latinam, 6 Maij.
- Natalis cathedræ Petri. Febr. 22/ ecclesiæ, Aug. 1.
- in Natali die mos Christianorum, ieiunijs operam dare. 1 Nou/ Natalem diem suum nece martyrum polluit Seuerus. 7 Mar.
- Naumachiæ patronus. 5 Iul.
- Niuella, Vsuardo Niuigella monasterium. 17 Mar.
- Nomen Sophronij inseritur diptychis sanctarum ecclesiarum. Mar. 11
- Noricorum Apostolus Seuerinus, Ian. 8
- Notarij, sancti Martianus & Martyrius, 25 Oct/
- Notarijs, vt Martyrum gesta perquirant, septem regiones diuiduntur. 23 Nou/
- Nūcius fuit S. Adrian^o. 19 Mar.
- Nuptiæ spirituales à luctu tendunt ad gaudia; contra, carnales. in App. G
- Oblatio.

INDEX RERVM.

- O**blationem stupratoris per spiritum renuit Menas. in App. M
- O**ccidit seipsam martyr Pelagia, Iun. 9
- O**ctauæ Dominicæ diei. 1 Ian.
- O**conomus magnæ ecclesiæ Martianus, 10 Ian/
- O**leo sepulchri Catherinæ languidi sanantur. 25 Nou.
- O**rat Sanctos Victor Africanus, de Marty. cap. 13/ Nicolaū Chrysostomus, Dec. 6/ Leunimiu ecclesia, 30 Sep.
- O**rabat Iacobus pro populo flexis genibus, 1 Maij.
- O**rat Canutus Rex solotenus, manibus in modum crucis expansis, 10 Iul.
- O**rat ad confessionem Petri Zoe, 5 Iul/ Pauli, Tranquillinus, 6 Iul/ ad corpora Iasonis & Mauri assidue Hilaria, 3 Dec/ ad sepulchrum Agnetis, Emerentiana. 23 Ian/
- O**rabat episcopus Nestor, noctu diuq; pro custodia gregis. 26 Feb.
- O**rando Trecas muniit Lupus, tempore belli. 29 Iul.
- O**rationibus furtiuis ecclesiam frequentabat Matrona, 15 Mar/ orationibus furtiuis se Domino effundebat Serena Augusta ad reliquias Susannæ, die noctuq; 11 Aug.
- O**rant manibus in cœlum expansis vt vratur, Fructuosus, Augurius, Eulogius. 21 Ian/
- O**ratione impetratur regi Cloueo sanitas, 11 Febr/ mortuo vita. in App. E/ fatigatis fons. lb. D/ &c.
- O**rando môtém mouet Greg. Thaumaturgus, 17 Nou/ restaurat Donatus fractum calicem, 7 Aug/ draconem interemit Vrsatius, 16 Aug/ ignē extinguit Agnes, 21 Ian/ Ordinatur in albis, Tertullinus presbyter/ 4 Aug/ Ambrosius, episcopus, 7 Dec.
- O**rdinem vallis ymbrosæ instituit Ioânes Gualberti. Iul. 12
- O**rphanorum altor Zoticus, 30 Dec.
- O**ssa Samuëlis quo triumpho sint translata, 11 Aug.
- O**ssa sacratissima Iacobi, in Hispanijs celeberrimè excoluntur. 25 Iul.
- O**ssa Lamberti Hubertus diuino oraculo monitus, cum sede episcopali trāsferet Leodium, 3 Nou/
- P**agus ponitur pro territorio/ districtu/ siue ditio-
ne, Passim toto libro.
- P**anes crudi in furnum mittendi, crucis signo signari solēt. in App. M
- P**anis per esum crescentis miraculum. in App. S
- P**apæ Anastasij meritis mūdus immeritus est frui, 27 Apr/ de Romanorum Pōtificum auctoritate & ministerio, Passim toto libro.
- P**apa Cælestinus renūciat summo pontificatui, 19 Maij.
- Papa

INDEX RERVM.

- Papa** vocatur episcopus Cerrannus, Ian. 17 / Vibicus, Nou. 27
- Parcus** sibi, alijs largus fuit Exuperius, 28 Sep.
- Parturiens** Felicitas martyr, per preces sanctorum octavo mense parit. 7 Mar.
- Passio** Fructuosi legebatur in ecclesia populo, tempore S. Augustini, Ian. 21 / & Vincentij, Ian. 22
- Passionem** suam Rutilius, quam antea vitarat, misericordiam Dei retulit. in App. R
- Pastoris** sui vestigia sequitur innumera multitudo, 4 Feb.
- Pater** seruorum Dei, Ioannes, 19 Mar / sexcentorum fere monachorum, Eustasius, 29 Mar.
- Pati** est lucrum, 25 Oct.
- Patrimonium** ne opulentis relinquat Olympias, à Chrysofostomo monetur. in App. O
- Pauperibus** facultates suas erogat Potentiana. 19 Maij.
- Pauperibus** ministrat Gallicanus exconsul. 25 Iun.
- Pecuniam** abstinentia clari, Cosmas & Damianus, 27 Sep / Cyrus & Ioannes, 31 Ian.
- Peregrinantur** ad sancta loca, Alexander, 18 Mar / Guido septem annis, 12 Sep / Antonius Patavinus, Ian. 30 / Richardus, Febr. 7 / Hierosolymam, Ranerius, Iun. 17 / Romam, Gissenus 9 Oct / Marius & Martha cum filijs, 19 Ian / Birgitta, 27 Iul.
- Pestis**, siue mortalitas, cessauit deportato corpore sancti Hippolyti. Maij 12.
- Petrus** Romae sedit. 18 Ian.
- Pictor** Lazarus quid passus sit ob sacras picturas. in App. L
- Piè** nescit Ecclesiam sobrietas, vbi sit B. Mariae corpus. 15 Aug.
- Podagra** constrictus Iulianus fit martyr. 27 Feb.
- Poenituit** publice Fabiola in basilica Laterani. in App. F
- Portarius** Diegus miraculis claret. in App. I
- Portatur** per Franciam S. Amardus, miracula in via patrans. Febr. 6 / per Flandriam Vrfmarus, Apr. 18. Vide Corp.
- Portus** communis orbis terrarum, nominatur Io. Chrysofostomus. Ian. 27.
- Præceptorem** Pigmenium necauit Iulianus apostata, 24 Mar / præceptorem Cassianum pueri stylis confoderunt. 13 Aug.
- Prædicant** infidelibus quinque Minores, 16 Ian / Gallis Andeolus subdiaconus, 1 Maij / in Prædicando omnibus gentibus deuotio Panteni, 7 Iul.
- Præfestum**, 1 Feb / 20 Nou.
- Primicerius** scholae gentilium fuerat Bacchus: secundicerius, Sergius, 7 Oct.
- Processio** Crucis, 1 Aug.
- Prophetat** cremita Ioannes, 27 Mar.

Psalmi

INDEX R E R V M.

Psalmi compositi in mortem
Ephræm, Febr. 1/

Pugnis occiditur Flavianus
patriarcha. in App. F

Pulverem sacrum auferūt lan-
guentes à sepulcro Heddi.
in App. H

Punitur diuinitus Decius, 18.
Oct/

Purgatorias pœnas cur non-
nullas pertulerit Paschasius
diaconus. in App. P
R.

Recusorium in porticu
Ecclesiæ statuit Ida,
Sept. 4 Vide Incl.

Redemptionis nostræ insignia
sunt Parisijs, 26. Apr.

Regem Ludouicum cum 370
nobilibus regenerat sacro
fonte Solennis, 25. Sept/
in Regni solum sublimatur Pi-
pinus per Papam, 14. Mar.

Regulam domi seruabant a-
mitæ Gregorij papæ. in Ap-
pen. A

Reliquias martyrum, projectas
in fluuium, Christiani re-
quirunt, 7 Nou/ & sepeliunt,
18 Febr.

Reprehensio sit rara, modesta,
& lenis. de Marty. cap. 23
Reuelantur multa Cyrillo, 6
Mart.

Rogationum dies quomodo
sint celebrandi, post Dec.
Vide Litanæ.

Romam ad orationem vene-
runt Marius & Martha, 19
Ian/ Gislenuus, 9 Oct/

Rosæ diuinitus colliguntur,
17 Nou.

Rumores nec audiebat, nec re-
ferebat libenter abbas Go-
suinus, Oct. 9

Russiam conuertit Bonifacius.
in App. B

S.

Sacellanus Olavi Regis S.
Theodgarus, 30 Oct.

Sacerdotes, & ministri Eccle-
siæ, fugiunt propter perse-
cutionis immanitatem, 9
Ian.

Sacerdotis vox pro Episcopo,
12 Oct/ & alibi.

Sacrificium orationum solen-
ni consuetudine consum-
mat S. Petrus Alexandr.
26 Nou.

Sagittis confossus est Sebastia-
nus, 20 Ian/ Christophorus,
25 Iul/ Christina, 24 Iul/
261, 1. Mar/

Sanguis Polycarpi ignem ex-
tinxit, 26 Ian/

Sanguinis guttæ, Blasio de-
fluentes, colliguntur, 3 Feb/
Sanguinem Susannæ in ar-
gentea capsâ condit Augu-
sta, 11 Aug.

Sanctus Sunibertus solet cu-
rare synanchen, 1 Mar/ Cal-
culosis subuenit Drogo, 16
Apr/ iisdem & iliacis, Ro-
lendis, 13 Maij/ Febricitanti-
bus & alijs, aqua putei, in
quem fertur Isidorus inie-
ctus, 15 Maij/ captiuus, Leo-
nardus, 6 Nou/

G

Sanctus

- S**æctus Fortunatus habuit gratiam effugandi spiritus immundos. 14 Oct.
- S**ancti Stephani brachio perditto, quantum doluerint Bisuntini. Iun. 19
- S**anctus Bruno festum habet Tornaci: in sua ecclesia memoriam defunctorum, Oct. 11
- S**anctus Aibertus Natalem habet, non Canonizatus à Romana sede, Apr. 7
- a**d Sanctum Trudonem concursus & fixa tentoria, perinde ac in iusta oppidi obsidione. Nou. 23
- S**ancto Alexandro condignam cryptam facit Damasus. 21 Sep.
- S**arracenos magna ex parte conuertit Moses episcopus. 7 Febr. eis prædicant septem Minores. 13 Oct.
- S**cholas multas publicas in Anglia tenuit Abbo abbas, Nou. 20/ Scholæ præsidens ad S. Albanum, Rupertus. Iun. 21
- S**cholasticus pro declamatore non in veris litibus. Febr. 6
- S**cotorum nomine olim comprehensi Hiberni. 17 Mar/ 1 Iul/ 8 Iul/
- S**cripturas diuinas, sine scientia literarum intellexit Antonius. 17 Ian.
- S**cripta quædam à Pamphilo, vñ Croesi opes habet Hieronymus, 1 Iun.
- S**enex 120 annorum crucifigitur. 18 Feb.
- S**epelit Eutychianus papa 342 sua manu, 8 Dec.
- S**epelit Octauilla aromatibus conditum reuerendum Pancratij corpus. 12 Maij.
- S**epeliuntur officiosissimè sanctorum corpora. 18 Aug/ à clericis & Christianis 9 Aug/ à Potentiana, 19 Maij/ à Iustino, 4 Aug.
- S**epeliunt Angeli beatam Catharinam. 25 Nou.
- S**epeliuntur iuxta ciuitatem perquisitæ reliquiæ 18 Febr.
- S**epelitur in cœmeterio Callisti papæ, Anterus, 3 Ian. Fabianus, 20 Ian. Pontianus 19 Nou.
- S**epelitur apud ecclesiam suam Titus, Cretensium episcopus. 4 Ian/
- a**d Sepulchrum defertur corpus S. Theodorici, humeris Theodorici Regis. 1 Iul.
- o**b Sepulchrum Babylæ vicinum, responsa non dari ab idolis, confessi sunt dæmones. 24 Ian.
- a**d Sepulchrum Afræ martyrizatur Hilaria. 12 Aug/ Vide Orans.
- S**epulchrum beati Seruatij quamdiu niue tectū. 13 Maij.
- S**ermone simplici scripsit Egesippus. 7 Apr.
- S**erpentibus imperat Amabilis. in App. A/ Amantius. Ib.
- S**eruos à iugo relaxat Hermes. 28 Aug.

ad Scr.

INDEX RERVM.

ad Seruitutem infimam damnatur Paulillus. 14 Nou/
 Simplicitati studet Florentius. in App. E
 Simulachra cōfringit Macedonius, cum duobus, in App. M
 Societatis IESV, profectus. Iul. 31
 Solitarius; S. Seuerinus, 23 Nou/ Vide Inclusus.
 Sponsum fidem & martyrium perdocuit Cæcilia. 22 Nou/
 Suetiam conuertit S. Sigfridus, 15 Febr.
 Supplicans pro plebe sua Desiderius episcopus apud Vuādalos, decollatur, 23 Maij.
 Susceptoris Dagoberti munificentia. Ian. 20

T.

Talentum abscondētium est maxima pœna. in App. B
 Templum præclarum in memoriam Cosmæ & Damiani. 27 Sep. Vide Eccl.
 Terræ motus magni commemoratio. 26 Oct/
 Tonitrua & fulgura, in memoriam iudicij nos reuocant, 2 Mart/
 Traditor est qui Corpus Christi paganis tradit. 15 Aug.
 Transsolanos conuertit Marcell. 14 Iul.
 Tridentum nominatur Trientum. 31 Ian/
 Tumbam portatilem habet corpus sancti non canonizati. Febr. 21/ Craphaildis, 12 Nou/

Tungrensem ecclesiam vastant Hunni. 13 Maij.

V.

Venenū facto Crucis signo bibit Sabinus, in App. S
 Victoriæ per B. Mariam partæ festum/ Iun. 5/ per Ambrosium, 21 Feb/ per Lambertum. 13 Oct/ per crucem contra Mauros, 16 Iul.
 Victoriā de tyranno prædicat Ioannes. 27 Mar.
 Victoris locus emēdatur. Mar. 29
 Vidua Lea virginum mater efficitur. in App. L
 Vidua S. Birgitta, nominatur Christi sponsa, 7 Oct.
 Viduis alēdis ædes parat Eleusius episcopus, in App. E
 Vigilia sine ieiunio, 5 Ian.
 Vigiliæ ad sepulchrum Afræ, 12 Aug/ Valentini, 14 Febr/
 Vigiliæ dispersæ S. Pipini. Feb. 21
 Villa publica fuit Leodium. 17 Sep.
 Virginitas Luciæ miraculo defenditur. 13 Dec/
 Virginis testimonium, arbor florens. 8 Ian/ virginitatem suam signo testatur Brigida, 1 Feb.
 Virgo Christo dicata per Germanum, Genouefa. 3 Ian/ virgo Domitilla à Clemēte consecratur velamine sacro. 7 Maij.
 in Virginitatis proposito ut permancat Aldegundis, sepe

C. 2 ab

INDEX RERVM.

- ab Angelo monetur, 30
Ian/
Virgo Seraphia lasciuus viris
resistit, 3 Sept / in lupanar
tradita Theodora, Dei fa-
uore eripitur, 28 Apr.
ob Virginitatem martyr Basila,
20 Maij / vndecim millia,
21 Oct / &c.
Virgo pro vidua sanctimonia-
li, 2 Iul / 13 Feb /
Virgo obiit Felix Episcopus,
24 Oct /
Vita S. Aspasij penitus igno-
ratur, Ian. 1
Vita Or, & aliorum per Eua-
ngium. de Marty. cap. 13
Vitam S. Mauri à Fausto scri-
ptam, approbat Bonifacius
papa, Ian. 15
Vitæ describendæ iurati testes
adhibentur, Ian. 30
in Vita Heriberti describenda,
quantam curam adhibue-
rit metropolis Agrippina,
Mart. 16
Vita S. Vincentij descripta ex
claris testimonijs, Apr. 5
Vitæ S. Vuilelmi scriptor, vt
vitam eius consummet mi-
raculo suæ sanitatis, orat &
obtinet sanitatem, Febr.
10 /
Vrbis vniuersæ in Phrygia vo-
luntarium martyrium, Febr.
7 /
- X.
- X** Enodocheum construxit
Elisabeth, 19 Nou.
- Z.
- Z** Etarius palatij Castulus,
26 Mart.

INDEX

INDEX SANCTO.

R V M.

A.

A

Aron, 1 Iul/ & sociorū,
22 Iun.
Abacuc prophetæ, 15
Ian/martyris, 19 Ian.
Abdon & Sennis, 30 Iul.
Abel Lobienfis, 5 Aug/4 Apr.
Abilij, 22 Febr.
Ableberti episc. 15 Ian.
Abrahæ, patriarchæ, 9 Oct/Ar-
uernensis 15 Iun.
Abramij, siue Abrahæ anacho-
ritæ, 29 Oct.
Abrunculi, 22 Apr.
Absoloni cum duobus, 2 Mar.
Abūdij apud Comum, 2 Apr.
Acacij, in gradu, 29 Nou/Me-
liteni, 17 Apr/centurionis, 7
Maij.
Accursij, 16 Ian.
Accia regis 25 Iul.
Acephimæ cum soc. 3 Nou.
Acharij Nouiom. 27 Nou.
Achillæ, 7 Nou.
Acij & Acioli, 1 Maij.
Acindymi cum so. 2 Nou.
Aciseli & Victoria, 17 Nou.
Acylines vel Aquilinæ, 13 Iun.
Adalardi, 2 Ian.
Adalongi, 1 Mart.
Adaucti cum tota vrbe, Feb. 7
Adelberti, Pragensis, 23 Apr/
Egmundani, 25 Iun.
Adeleidis imperatricis, 16 Dec.
Adelendis, 28 Aug.
Adelini 27 Iun.

Adelphi, 28 Apr/29 Aug.
Adilia in Orpio. 30 Iun.
Adonis Vienn. 16 Dec.
Adriani, cū viginti duobus, 4
Mar/8 Sep/27 Maij/nuncij,
19 Mart/Cæsarensis, Mart.
5/cum duobus, 26 Iul/ab-
batis Cantuariæ, 9 Ian.
Aduentij, 3 Nou.
Adulphi Camerac, 19 Maij/ &
Ioannis, 27 Sept.
Ægidij, 1 Sept.
Æmiliani, Vercell. 11 Sept/ Ti-
rasson. 12 Nou/ Redon, 11
Oct/ in Dorostoro, 18 Iul/ in
Cyzico, 8 Aug/ & Hierc-
miæ, 17 Sept.
Æmilij cum tribus, 28 Maij.
Ætherij, Antisiod. 27 Iul/
Vienn. 14 Iun.
Afflini, 8 Ian.
Afra, 5 Aug.
Agabi, 13 Febr/8 Apr.
Agape, 15 Febr/8 Aug/ & Chio-
niæ, 3 Apr.
Agapij, Nou. 20/ in Numidia,
29 Apr/cum socijs, 15 Mart.
Agapeti, papæ, 22 Apr/ Præ-
nest. 18 Aug/ Phrygis, 24
Mart.
Agathæ, 5 Febr.
Agathangeli, 23 Ian.
Agathonici, 22 Aug.
Agathonis, 7 Dec.
Agerici, Virduni, 1 Dec/ Vide
Agi.

C 3

Aggai.

INDEX SANCTORVM.

- Aggæi, 4 Iul.
 Agili Resbaci, 30 Aug.
 Agilolphi Coloniae, 9 Iul/
 Agirici Turonis, 11 Apr.
 Aglibertæ, 12 Aug.
 Agnetis Romanæ, 21 & 28 Ian/
 2 Sep/Policianæ, Sep. 16
 Agoardi cū innumeris, 24 Iun.
 Agricola, Cabilone, 17 Mar/&
 Vitalis, 4 Nou.
 Agrippinæ, 23 Iun.
 Agritij Treueris, 13 Ian.
 Aiberti, Apr. 7
 Aichadri, 15 Sept.
 Aigulphi Lirinis, 3 Sept.
 Aithalæ, 1 Sept.
 Alardi, siue Adalardi, 2 Ian.
 Albani, Britanni, 22 Iun/16
 Apr/Moguntini, 21 Iun.
 Alberti, Carmelitæ Prouincia-
 lis, 7 Aug/Carmelitæ episco-
 pi, 8 Apr/Prædicatoris, Nou.
 15 / episcopi Leodiensis,
 Nou. 21.
 Albini Andegauis, 1 Mart.
 Alcuini, Maij 19
 Aldeberti Dononij, Apr. 22
 Aldegundis, Malbodij, 30 Ian/
 13 Nou/6 Iun/Truncinij, 20
 Iun/
 Aldelmi episc. 25 Maij.
 Aldetrudis, 25 Febr.
 Alcidis, 5 Febr/
 Alenæ, ante 19 Iun.
 Alexandri, papæ, 3 Maij/Hiero-
 solymis, 18 Mart/Alexādræ,
 26 Febr/sub Maximiano,
 Maij 13/sub Antonino, 21
 Sept/Pergamis, 26 Aug/
 Lugduni, 24 Apr/in Panno-
 nia, 27 Mar. in Pydne 14
 Mart/& Caij, 10 Mart/&
 Anto. Maij 3/& duorum. 27
 Febr.
 Alexij, 17 Iul.
 Algisi, 2 Iun.
 Alipij, 26 Nou.
 Alloyni Bauonis, 1 Oct.
 Almachij, 1 Ian.
 Alnoberti, 16 Maij.
 Alphæi & Zach. Nou. 17
 Alphegi, 19 Apr.
 Alphij & Fratrum, 10 Maij.
 Alphonfi, 23 Ian.
 Alpini Lugduni, 15 Sept.
 Amandi, Leodien. episcopi, 6
 Febr/26 & 27 Oct/20 Sept/
 Burdegalensis, 18 Iun/ &
 Domnoleni Iun. 25/ Argēti-
 nensis, 17 Nou.
 Amandini, 7 Nou.
 Amantij, Episcopi, 4 Nou/dia-
 cono 19 Mart/ & Alexandri,
 6 Iun.
 Amaranthi, 7 Nou.
 Amati episc. Duaci, 13 Sept/
 19 Oct/28 Apr. abbatis
 13 Sept.
 Amatoris, Antisiodor. 1 Maij/
 Augustodun. 26 Nou.
 Ambrosij, Mediolanensis, 4
 Apr/7 Dec/21 Febr, Cadurc.
 16 Oct/diaconi, 17 Mart/ab-
 batis, 2 Nou.
 Amelbergæ, virginis, 10 Iul/
 27 Oct. 1 Maij/viduæ Lo-
 bijs, 10 Iul.
 Amelij, Oct. 12
 Amici, Oct. 12
 Ammonis, 17 Nou/& Alexan-
 dri,

INDEX SANCTORVM.

- dri, 9 Febr/ & viginti qua-
 tuor, 8 Sept/ & Zenonis &c.
 20 Dec.
 Ammonariæ &c. 12 Dec.
 Amoluini, 7 Febr/ 4 Apr.
 Amoris, Belisæ 8 Oct.
 Amos, 31 Mart.
 Ampeli 20 Nou.
 Amphiani, 5 Apr.
 Amphilochoij, 23 Nou.
 Amplij, 31 Oct.
 Amulrici, Febr. 13
 Anacleti, 13 Iul.
 Ananiæ, 25 Ian/ Ananiæ, Aza-
 riæ, Mizaëlis, 16 Dec.
 Anastasiæ, Romæ, 25 Dec/ Tre-
 ueris, 8 Dec/
 Anastasij, papæ, 27 Apr/ Persæ,
 22 Ian/ fullonis 7 Sep/ in Sa-
 lona, 21 Aug/
 Anatholiæ & Audacis, 9 Iul.
 Anatholij, ytriusq. 3 Iul/ Bifon-
 tini, 3 Febr/
 Andeoli, 1 Maij.
 Andochij, Thyrsi, Fe. 24 Sept.
 Andragisinæ, 14 Oct.
 Andree, Apostoli, 30 Nou/ 9
 Maij/ Carmelitæ, 6 Ian/ in
 Crisi, 17 Oct/ Cretæ, 4 Iul/
 cum 2527, 19 Aug.
 Andronici, 9 Oct/ & Athana-
 siæ, Feb. 27
 Angelæ, Ian. 3
 Angeli, custodis, 1 Mart/ Car-
 melitæ, 5 Maij.
 Aniani, 17 Nou/ Iun. 14
 Aniceti, 17 Apr.
 Anna, 26 Iul/ prophetissæ, 1
 Sep.
 Annonis, 4 Dec.
 Ansberti 9 Febr/ 14 Febr.
 Anscharij, 4 Febr.
 Anselmi, Cantuar. 21 Apr, Li-
 rinensis, Nou. 18
 Ansucri, Iul. 15
 Antelmi, Iun. 26
 Antheri papæ, 3 Ian.
 Anthiæ, 15 Apr.
 Antidij, 15 Iun.
 Anthimi cum plebe, 27 Apr/
 martyris, 11 Maij.
 Antoliani, 6 Febr.
 Antonij, eremitæ, 17 Ian/
 Minoris 13 Iun/ Turonen-
 sis, 4 Maij/ Patauini, Ian.
 30/ cum duobus, Nou. 13
 Antonia, 4 Maij.
 Antoninæ, 4 Maij/ cū Alexan.
 3 Maij.
 Antonini, Romæ 22 Aug/ Apa-
 miæ, 2 Sep/ Florêtia, 2 Maij.
 Placêtie, 30 Sept/ 13 Nou/ &
 Aristæ, 3 Sept.
 Antramni, 22 Sept.
 Antypæ, 11 Apr.
 Anysiæ, 30 Dec.
 Aphrodisij, 22 Mar/ & viginti
 duorum, 28 Apr.
 Apiani, 18 Mart.
 Apollinaris, Rauennæ 23 Iul/
 Valentia, 5 Oct/ virginis,
 Ian. 5
 Apollonia, 9 Febr.
 Apollonij, 18 Apr/ & Leontij,
 19 Mart/ & quinq. 10 Apr.
 Apostolorum, 30 Iun/ diuisione,
 15 Iul.
 Apri, 15 Sept.
 Aproniani, 2 Febr.
 Aquilæ & Priscillæ, 8 Iul.

INDEX SANCTORVM.

- Aquilini, Ebroicensis, 19 Oct/
 cum sex in Africa, 4 Ian/ cū
 quatuor Romæ, 4 Feb/ &
 Victoriani, 16 Maij.
 Arandi, 20 Oct.
 Aratoris &c. 21 Apr.
 Arbogasti, 21 Iul.
 Arcadij 12 Ian/ cū trib⁹. 13 Nou.
 Archippi, 20 Mart.
 Aredij, 25 Aug.
 Arethę & 504, 1 Oct/ & socio-
 rum, 24 Oct/
 Aretij & Daciani, 4 Iun.
 Argæi cum duobus, 2 Ian.
 Aris cum duobus, Dec. 14
 Aristarchij, 4 Aug.
 Aristidis, 31 Aug.
 Aristionis, 22 Feb/ & aliorum
 2 Iul.
 Armogasti cū duobus, 29 Mar.
 Arnoldi cytharædi, Iul. 18
 Arnulphi, Metis, 16 Aug/ 16
 Iul/ Turonis, 18 Iul/ Succio-
 nis, Aug. 15/ Mofonij, 3 Oct/
 Villariæ, Iun. 30
 Arriani & quatuor, 8 Mart.
 Arsenij, 19 Iul.
 Artemij, 20 Oc/ cū duob. 6 Iun/
 episcopi Aruernæ, 24 Ian.
 Asaphi, 1 Maij.
 Asclæ, 23 Ian.
 Asclepiadis, 18 Oct.
 Aspasij, Ian. 1
 Asterij, 21 Oct.
 Athanasia, Aug. 14
 Athanasij, Alexandr. 2 Maij/
 in Atho, 5 Iul.
 Athelberti, 20 Maij.
 Athenogenis cum decē, 16 Iul.
 Attalæ, abbatis, 10 Mart/ virgi-
 nis, 3 Dec.
 Attici, 6 Nou.
 Attilani, 5 Oct.
 Audæ, 18 Nou.
 Audoëni, 24 Aug.
 Audomari, 9 Se/ 21 Oct/ 8 Iun.
 Auæ Dononij, 29 Apr.
 Auentini, 4 Feb.
 Auertini, 5 Maij.
 Auguli, 7 Feb.
 Augusti, 7 Oct.
 Augustalis, 7 Sept.
 Augustini, Hippon. 28 Aug/ 5
 Maij/ 28 Feb/ 11 Oct/ Angli,
 26 Maij/ Capuæ, 16 Nou.
 Auiti, episcopi, 5 Febr. marty-
 ris, 27 Ian/ presbyteri, 17 Iun.
 Aunarij, 25 Sep/ Aureæ, 4 Oct.
 Aurei & Iustinae, 16 Iun.
 Aureliae, 15 Oct.
 Aurelij, 25 Maij.
 Aureliani, 16 Iun.
 Aurelianensium, Iun. 13
 Auspicij, 8 Iul.
 Austreberthæ, 10 Feb.
 Austregisili, 20 Maij.
 Austremonij, 1 Nou.
 Austrudis, 17 Oct.
 Autberti, 13 Dec/ 24 Ian.
 Autbodi, 21 Nou.
 Autonomi, 12 Sept.
 Authoris, Treueris, 20 Aug/
 Metis, 10 Aug.
 Auxentij, 14 Feb.
 Auxibij, Feb. 19. Ayæ Apr. 18
 B.
B Abylæ cum tribus, 24 Ian.
 Bademi, Apr. 8
 Bainsi, 20 Iun.
 Balbinæ, 6 Oct. filia Quirini,
 31 Mart.

INDEX SANCTORVM.

31 Mart.
 Balda, 9 Dec.
 Baldegundis, 10 Feb.
 Baldi, 7 Nou.
 Baldrici, 16 Oct.
 Baldomeri, 27 Feb.
 Balselij & sociorum, 16 Aug.
 Baltafaris, 6 Ian. Banti, 31 Iul.
 Barbaræ, 4 Dec. Barbatii, 19 Feb.
 Barbatiani, 31 Dec.
 Barlaam martyr, 19 Nou.
 Barnabæ, 11 Iun.
 Bartholomæi, 24 Aug / & 25 /
 Basilei, Antiocheni, 27 Nou /
 Amasiæ, 26 Apr / monachi,
 28 Feb / Ancyrani, 22 Mart /
 Parii, 12 Apr / & sociorum,
 7 Mart.
 Basilidis cum tribus, 12 Iun / cū
 viginti duobus, 10 Iun.
 Basilij, magni, 14 Iun / 1 Ian /
 Vide Balilei.
 Basillæ, 20 Maij.
 Basiliscii, 22 Maij.
 Basilissæ, 20 Maij.
 Basini episcopi, 4 Mart. reguli,
 14 Iul.
 Basoli, 26 Nou / 15 Oct.
 Bassæ, 21 Aug.
 Bassi Niceæ, Dec. 14 / & duorū,
 14 Febr.
 Bassiani, 19 Ian.
 Bathildis, 26 Ian.
 Baudelij, 20 Maij.
 Bauonis, 1 Oct / 1 Aug.
 Beani, 16 Dec.
 Beati in Vindec. 9 Maij / Tre-
 ueris, 26 Iul.
 Beatricis, Maij 10
 Bedæ, Maij 10

Begghæ, 17 Dec / 7 Iul.
 Bellini, 26 Nou.
 Benedictæ Senonensis, 29 Iun /
 Laudunensis, 8 Oct.
 Benedicti, Cassinensis, 21 Mart /
 11 Iul / 4 Dec / Angli, 12 Ian /
 Pictaui, 23 Oct.
 Benigni, 28 Iun / Diuione, 1
 Nou / Mediolani, 20 Nou /
 Angli, 3 Nou / & Beati, 25
 Oct /
 Berardi & quatuor, 16 Ian.
 Bercharij, 16 Oct /
 Beregisi, 2 Oct.
 Berlendis, 3 Feb / 2 Maij / 9 Sep.
 Bernardi Clareuall. 20 Aug /
 eremita, 16 Maij / episcopi
 Viennæ, 23 Ian / Parmæ, 4
 Dec.
 Bernardini, 20 Maij.
 Beronici cum 50, 19 Oct.
 Bertellini, 9 Sept.
 Berthæ, Blangiacci, 4 Iul / Ultra-
 iecti, Iun. 25
 Bertilia, 14 Sept.
 Bertini abbatis, 5 Sept / 16 Iul /
 2 Maij.
 Bertholdi, 29 Maij.
 Bertuini episcopi, 11 Nou.
 Bertuualdi, 20 Nou.
 Bertulphi, Bobijs, 19 Aug / Gā-
 dau, 5 Feb / 3 Dec.
 Bessarionis, 6 Iun.
 Betharij, 2 Aug.
 Bibianæ, 2 Dec.
 Bibiani, 28 Aug.
 Bilhildis, 27 Nou.
 Bilibaldi, 7 Iul.
 Birgittæ viduæ, 23 Iul / 28 Maij /
 7 Oct.

C 5

Birini,

INDEX SANCTORVM.

- Birini, 3 Dec.
 Blandinæ, 2 Iun.
 Blasij, 3 Feb. vel Blauij.
 Bodonis, Sept. 11
 Bonæ & Dodæ, 24 Apr.
 Bonauenturæ, 14 Iul/
 Boni, 22 Maij/cum 8, 1 Aug.
 Bonifacij papæ, 25 Oct/in Fri-
 sia, 5 Iun/Tharsi 14 Maij/
 Bruxellensis, Feb. 19
 Boniti, 15 Ian.
 Bonosi, 17 Feb/& Maximiani,
 21 Aug.
 Botulphi abbatis, 17 Iun.
 Brandani, 16 Maij.
 Bristij, episcopi 13 Nou/mar-
 tyris, 9 Iul.
 Brigidæ virg. 1 Feb/Vide Birg.
 Brioci, 1 Maij.
 Britonis, 5 Maij.
 Brocardi, 2 Sep.
 Brunonis Carthusiani, 6 Oct/
 Colonienfis, 11 Oct
 Brunolphi, 30 Iul.
 Buculi, 6 Feb.
 Burchardi, Herbip. 14 Oct/
 Vuormatiæ, Aug. 20
 Burgundo foræ, Apr. 3.
 C.
 Cæciliæ, 22 Nou.
 Cæsarij, martyris, 1 Nou/
 Arelat. 27 Aug/& Iuliani,
 1 Nou.
 Caij papæ 22 Apr / Palatini, 4
 Mart.
 Caldeoldi, 14 Ian.
 Calepodij cum suis, 10 Maij.
 Caletrici, 7 Oct.
 Calimeri, 31 Iul.
 Callinici, 29 Iul.
 Calliopij, Apr. 7
 Callistes & duorum, 10 Sep.
 Calisti, papæ, 14 Oct/cū octo,
 16 Apr.
 Califrati & soc. 27 Sep/
 Calocerij 19 Mart / cum Part,
 19 Maij.
 Calogeri, 18 Iun.
 Cameliani, 22 Mart.
 Candidæ, 29 Aug.
 Candidi, 3 Oct.
 Canici, 11 Oct.
 Cantianorum. 31 Maij.
 Canuti ducis, 7 Ian / regis. 10
 Iul.
 Caprasij abbatis, 1 Iun/marty-
 ris, 20 Oct.
 Carauni, 28 Maij.
 Carilephi, 1 Iul.
 Caroli, magni, 28 Ian/ 27 Iul/
 Brugis, Mar. 2
 Carpi, 13 Oct/cum duobus, 13
 Apr/
 Carpophori & Ab. 10 Dec.
 Cassij & Florentij 10 Oct / &
 Victorini, 15 Maij.
 Cassiani, Imolæ, 13 Aug/ Tin-
 gi, 3 Dec. Augustod. 5 Aug.
 Calti & Æmilij, 22 Maij.
 Castoris, martyris, 27 Apr/cō-
 fessoris, 13 Feb/& Dorothei,
 28 Mar/& duorum, 28 Dec.
 Castriciani, 1 Dec.
 Castuli, 26 Mar/
 Catherinæ, 25 Nou / Senensia
 29 Apr/Suenæ, 24 Mart.
 Catulini cum quatuor, 15 Iul.
 Ceaddæ, 2 Mart.
 Celerini & trium, 3 Feb.
 Celinæ, 21 Oct.

Celsi,

INDEX SANCTORVM.

- Celsi, 23 Feb.
 Celsini, 25 Oct.
 Censurij, 10 Iun.
 121, 25 Nou/ 165, 10 Aug.
 Ceolfredi, 25 Sept.
 Cerati 6 Iun.
 Ceranni, 27 Sept.
 Cerbonij, 10 Oct.
 Cerealis, 10 Iun.
 Chæremonis, &c. 22 Dec.
 Charalampi, 10 Feb.
 Charitines, 5 Oct.
 Charitônis, 28 Oct.
 Childeberti, 23 Dec.
 Chilian, Herbip. 8 Iul / Albi-
 niaci, 13 Nou.
 Chorentini, 1 Maij.
 Christophori, 25 Iul.
 Chryfanti & Dariæ. 25 Oct.
 Chryfogni, 24 Nou.
 Chryfolij, 7 Feb.
 Christianæ, 26 Iul/7 Sep.
 Ciliniæ, 21 Oct/5 Apr.
 Cirini, 25 Mart. Vide Quir.
 Cirionis & trium, 14 Feb.
 Clara, 12 Aug/ 2 Oct.
 Clari, Vilcassini, 4 Nou/Vien.
 Ian. 1/Nortmanni, Iul. 18
 Clarentij, 26 Apr.
 Claudij episcopi Bisuntij 6.
 Iun/Vienæ, 1 Iun/cum vxo-
 re, filijs, & fratre, 18 Feb / cū
 Hilaria, &c. 3 Dec / cum
 quatuor 8 Nou/cū duobus,
 23 Aug/cum septem, 21 Iul.
 Clementis, papæ, 23 Nou/Met-
 tis, 23 Nou / Alexandr. 4
 Dec/ Lugdun. 20 Ian/ An-
 cyræ, 23 Ian.
 Clemētini cū duobus, 14 Nou.
 Cleophæ, 25 Sept.
 Cleri, 7 Ian.
 Cleti, 26 Apr.
 Clodoaldi, 7 Sept.
 Clodulphi, 8 Iun.
 Clothildis, 3 Iun.
 Clotsendis, 30 Iun.
 Coctidi, 6 Sep.
 Codrati, discipuli 21 Sep/ & fo-
 ciorum, 10 Mart.
 Cœlestini, papæ, 6 Apr. marty-
 ris, 6 Iun / Petri Cœlestini.
 16 Maij.
 Cointhæ, 8 Feb.
 Coletæ Mar. 6
 Columbæ, Scoti, 9 Iun/virgi-
 nis, 31 Dec.
 Columbani, 21 Nou.
 Concordiæ, 13 Aug.
 Concordij, 1 Ian.
 Cononis, Isauri, 29 Maij/Sicu-
 li, 26 Mar.
 Cōradi episcopi, 26 Nou/præ-
 positi, Iun. 1
 Consortiæ, 22 Iun / 13 Mar.
 Constantiæ, 26 Iun.
 Constantij, 29 Ian.
 Constantini, episcopi, 12 Apr/
 confessoris, 11 Mar/ Impera-
 toris, 21 Maij.
 Contesti, 19 Ian.
 Corbiniani, 8 Sept.
 Cordulæ, 22 Oct.
 Cornelij, papæ, 16 & 14 Sept/
 centurionis, 2 Feb/
 Coronæ virginis, 24 Apr.
 Coronæ Domini, 11 Aug.
 Corsici & Le. 30 Iun.
 Cosmæ & Damiani, 27 Sept/
 10 Maij/ Cosmæ eremita, 2
 Sep/

INDEX SANCTORVM.

- Sep/episcopi poëta, 14 Oct.
 Craphaildis Nou. 12
 Cratonis, 15 Feb.
 Crescentis, 27 Iun.
 Crescentiani, Romæ, 24 Nou/
 Turribus Sardinia, 31 Maij/
 & trium, 14 Sept.
 Crispi & Caij, 4 Oct.
 Crispina, 5 Dec.
 Crispini, Padua, 7 Ian/ Astiag.
 19 Nou/ & Crispiniani, 25
 Oct/
 Cristina Tyria, 24 Iul/ Pa-
 norm. 10 Maij.
 Crotildis, 3 Iun.
 Crucis, 3 Maij/ 14 Sep/ 7 Maij/
 16 Iul.
 Cucuphatis, 25 Iul.
 Cudberti, 20 Mar/
 Cudburgis, 31 Aug.
 Cunegundis 3 Mart/ & Mech-
 tundis, 16 Iun.
 Cuneræ, 28 Oct. 12 Iun.
 Cuniberti, 12 Nou.
 Cunonis, Iun 1
 Curcodomi, 4 Maij.
 Cypriani 16 & 14 Sep/abbatis,
 9 Dec/ & Iustina, 26 Sep.
 Cyri & Ioannis, 31 Ian/ 28 Iun.
 Cyriacæ, 7 Iul/ Romana, 21
 Aug.
 Cyriaci & c. 16 Mar. 8 Aug/ ana-
 choritæ, 29 Sep.
 Cyrici & Iulitæ, 16 Iun / &
 duorum, 3 Ian.
 Cyrillæ, 28 Oct.
 Cyrilli, Alexandr. 28 Ian/ Tre-
 ueris, 19 Maij/ episcopi mar-
 tyris 9 Iul/ Carmelitæ, 6
 Mar/ diaconi, 29 Mar.
- D.
 Dada cum duobus, 28 Apr.
 Dafrosæ, 4 Ian.
 Dagoberti, 23 Dec.
 Dalmatij, 5 Dec.
 Damasi, 11 Dec.
 Damiani, 27 Sep/ militis, 12
 Feb.
 Danielis, prophetæ, 22 Iul/ Pa-
 duani, 3 Ian/ stylitæ, 11 Dec/
 cum sex, 13 Oct.
 Darij, 19 Dec.
 Dasij cum 14/ 21 Oct.
 Datij Mediolan. Ian. 14
 David, Regis, 29 Dec/ episc. 1
 Mar.
 Decem martyrum in Oriente,
 6 Nou/ Cretæ, 23 Dec/ mi-
 litum, 10 Feb.
 Decem millium crucifixorum,
 22 Iun.
 Deicola, 18 Ian.
 Demetria, 21 Iun.
 Demetrii, Afri, 14 Aug/ Thef-
 sal. 8 Oct/ & duorū, 22 Dec/
 & viginti duorum, 10 Nou.
 Democriti, So. Dio. 31 Iul.
 Dentini, 16 Mar.
 Deodati, 24 Apr.
 Desiderati, 11 Febr.
 Desiderij, Lugdun. 12 Feb/
 Lingonensis & Viennensis,
 23 Maij.
 Deusdedit, 15 Iul.
 Dij, 19 Iul.
 Dioclitiani & Flor. 16 Maij.
 Diodoli, 31 Mar.
 Diodori & c. 25 Oct.
 Diomedis, 16 Aug/ Niceæ, 10
 Iun.

Diony

INDEX SANCTORVM

- Dionysia cum suis, 6 Dec.
 Dionysij, Areopagita, 9 & 3
 Oct/22 Apr/papæ 26 Dec/
 Corinth. 8 Apr / Alexandr.
 17 Nou / Viennæ, 8 Maij/
 Mediolan. 25 Maij / patru
 Pancratij, 12 Maij / & Am
 monij, 14 Feb / & Priuati,
 20 Sep / & duorum, 8 Febr/
 & Ianuarij cum socijs, 8 Oct.
 Dioscori, 18 Maij.
 Disebodi, 8 Iul.
 Diuisio Apostolorum, 15 Iul.
 Dodonis, 28 Oct.
 Domctij, 7 Aug.
 Dominicæ, 6 Iul.
 Dominici, 4 Aug / 24 Maij/
 Calciatensis, 11 Maij / Silen
 sis, 20 Dec. Loricati, Oct. 14
 Domionis, 11 Apr.
 Domitillæ, 7 Maij.
 Domitij episcopi 23 Oct / Mar
 tyris, 5 Iul.
 Domitiani, episcopi Leodien
 sis, 7 Maij / 15 Iun / Catalau
 nis, 9 Aug / Melitinæ, 10 Ian /
 abbatis 1 Iul / confessoris
 Crispinij, 22 Iun.
 Domnica, 8 Ian.
 Domnina cum socijs, 14 Apr.
 Domni, 9 Oct / & Victoris,
 30 Mar.
 Domnoli, Vien. 17 Iun / Ceno
 man. 16 Maij.
 Donati, Aretij, 7 Aug / Sigiste
 rici, 19 Aug / cum 88, 17 Febr.
 Carthag. 1 Mar / Afri cum 15,
 23 Aug.
 Donatiani, Brugis, 14 Oct / 30
 Aug / Catalaunis, 7 Aug / &
 Rogatiani, 24 Maij / & Præ
 sidij cum alijs, 6 Sep.
 Dormientium septem, 27 Iul /
 & Iun.
 Dorotheæ, 6 Febr / Alexandri
 næ, Feb. 6
 Dorothei Tyri, 5 Iun / & Gor
 gonij, 9 Sep.
 Drausij, 5 Mar.
 Droctouæi, 10 Mar.
 Drogonis, 16 Apr.
 Drusi & duorum, 14 Dec.
 220, 30 Oct / 260, 1 Mar / 262,
 17 Iun / 270, 16 Oct.
 Dulæ, Nicomediæ, 25 Mar / in
 Cilicia Iun. 15
 Dulcardi, 25 Oct.
 Dunstani, 19 Maij.
 Duodecim fratrum, 1 Sept.
 Dympnæ, 15 Maij.
 E.
E Adburgæ, 15 Iun.
 Eadmundi Regis, 20 Nou
 Eadnochi, 19 Oct.
 Eansvuidæ, 31 Aug.
 Ebraisili, 31 Aug.
 Ebrulphi, 29 Dec.
 Ediltrudis, 23 Iun.
 Edistij, 12 Oct.
 Edithæ, 16 Sep.
 Edmundi, episcopi, 16 Nou / re
 gis, 20 Nou.
 Eduardi martyris, 18 Mar / con
 fessoris, 5 Ian.
 Egberti, 24 Apr.
 Egdunij & septem, 12 Mar.
 Egesippi, 7 Apr.
 Egidij, 1 Sep.
 Eguini, 11 Ian.
 Einbeth, 16 Sept.

Eladij,

INDEX SANCTORVM.

- Eladij**, 8 Maij.
Elaphij, 19 Aug.
Eleutherij, pape, 26 Maij/Tornaci, 20 Feb/Antifiodori, 26 Aug/& Anthiæ, 18 Apr/& innumerabilium, 2 Oct.
Elia, 17 Iun/
Eligij, 1 Dec/25 Iun/
Eliphij, 16 Oct.
Elizabeth, Thuringæ, 19 Nou/Thaumaturgæ, 24 Apr/Scoungiæ, Iun. 18
Elizei, 29 Aug.
Eloquij, 3 Dec/8 Oct.
Elphegi, 19 Apr.
Elzearij, 1 Aug/ confessoris, 27 Sep.
Emani, 16 Maij.
Emeberti, 15 Ian.
Emerentianæ, 23 Ian.
Emerici, 4 Nou.
Emitherij & Celid. 3 Mar.
Emmerami, 22 Sept.
Emmiæ, 6 Oct.
Emygdij, Aug. 5
Encratis, 16 Apr.
Engelberti, Nou. 7
Ennathæ, Nou. 13
Enodij Ticinensis episc. 17 Iul.
Eobani, 5 Iun.
Epaphræ, 19 Iul.
Eparchij, 1 Iul.
Ephræm, 1 Feb.
Epimachi, 31 Oct/ & Alexandri, 12 Dec.
Epiphaniij, Cyprij, 12 Maij/ Papiæ, 22 Ian/ & quatuordecim, 7 Apr.
Epipodij, 22 Apr.
Epitacij vel Epiſteti, 23 Maij.
Equitij, 7 Mar.
Erardi, 8 Ian.
Eraſmi, Campani, 2 Iun/ Antioch. 25 Nou.
Ercanuualdi, 30 Apr.
Eremberti, 30 Apr.
Erici, 18 Maij.
Erimboldi, 8 Iul.
Erkenbodonis, 12 Apr.
Ermini, 25 Apr/ 26 Oct.
Ermelendis, 29 Oct.
Ermengaudi, Nou. 1
Ermenildæ, 13 Feb.
Eſaiæ, 16 Iul.
Eſdræ, 13 Iul.
Eſichij, martyr, 15 Iun/
Erbini, 10 Oct.
Ethelberti, 24 Feb.
Ethelburgæ, 11 Oct.
Ethelvoldi, 1 Aug.
Etherij, Antifiodori, 27 Iul/ Viennæ, 14 Iun.
Ethmundi 16 Nou: Vide Edm.
Ettonis, 10 Iul.
Euagrii & Benigni, 3 Apr.
Euanti, 12 Sep.
Euaristi, 26 Oct.
Euasij, 1 Dec.
Eubuli, Mar. 7
Eucharij, 8 Dec.
Eucherij, Lugduni, 16 Nou/ Aurelij, 20 Feb/
Eudociæ, 1 Mar.
Eudocimi, 30 Iul.
Eudoxij cum tribus, Sep. 5
Euellij, 11 Maij.
Euerardi, ſiue Eurardi, 16 & 12 Dec.
Eurgilli, 24 Oct/ 28 Mart.
Eucmari, 1 Maij.

Euge:

INDEX SANCTORVM.

- Eugeniæ, 25 Dec.
 Eugeniani, 8 Ian.
 Eugenij, Toletani, martyr, 15
 Nou/18 Aug/ confessoris, 13
 Nou/ Mediolani, 30 Ian/
 cum Maria, Feb. 8/ cum tri-
 bus / 21 Ian / Carthag. cum
 clero, 13 Iul.
 Eugendi, 1 Ian.
 Eulaliæ, Emeritæ, 10 Dec/Bar-
 cinone, 12 Feb.
 Eulampij, 10 Oct.
 Eulogij, Cord. 20 Sep / Con-
 stantin. 3 Iul.
 Eumenij, 18 Sept.
 Eunucij, 10 Sep.
 Euodij, Antioch. 6 Maij / Ro-
 thomagi, 8 Oct/ & Hermo-
 genis, 25 Apr.
 Euphemiæ, 16 Sep/ & trium, 3
 Sep.
 Euphrasiæ, 13 Mar.
 Euphrasij, 14 Ian.
 Euphronij Augustoduni, 3
 Aug/ Turonis 4 Aug.
 Euphrosij, 14 Mar.
 Euphrosynæ, 11 Feb / 1 Ian.
 Eupli, 12 Aug.
 Eusebiæ, Marcennis, 16 Mar/
 27 Oct/hospitæ. 25 Ian.
 Eusebij, papæ, 26 Sep. Vercel-
 lis, 1 Aug/ martyr, 31 Oct/
 presbyteri via Appia, 14
 Aug / Mofateni, 22 Iun/
 Pamphili, 21 Iun / cum tri-
 bus, 25 Aug / cum nouem,
 5 Mar.
 Eusignij, 5 Aug.
 Eustachij, vel Eustathij, Placidi
 cum socijs, 20 Sept / Con-
 stantin. 19 Feb/ 22 Apr/Ale-
 xandriæ, 16 Iul/Antiochiæ,
 21 Feb / presbyteri in Syria,
 12 Oct.
 Eustasij abbatis, 29 Mar.
 Eustochij episcopi, 19 Sep/ mo-
 nachæ, Feb. 13
 Eustorgij, episcopi, 8 Sept/
 presbyteri, 11 Apr.
 Eustratij & quatuor, 13 Dec.
 Euthimij episcopi, 26 Dec /
 monachi, 20 Ian/ diaconi, 5
 Maij.
 Eutychie, Hispani, 11 Dec/mar-
 tyris, 9 Apr/ Constantin. 6
 Apr/ Ancyrani 28 Dec / &
 duorum, 29 Sept.
 Eutychiani papæ, 8 Dec.
 Eutychis, 24 Aug.
 Eutropiæ, 14 Dec.
 Eutropij, Santonis, 30 Apr/
 Arausicæ, 27 Maij / & dua-
 rum, 15 Iul/ & sociorum, 3
 Mar.
 Evyaldorum, 3 Oct.
 Euurtij, 7 Sept.
 Exuperij, Tolosæ, 28 Sept /
 Gemblaci, 8 Iul/ Corboili, 1
 Aug.
 Exuperantiæ, 26 Apr.
 Ezechielis, 10 Apr.
 F.
F Abij, 31 Iul.
 Fabiani, 20 Ian.
 Facundi & Primitiui, 27 Nou.
 Fandilæ, 13 Iun.
 Fantini, 31 Iul.
 Faronis, 28 Oct.
 Faustæ & Euilasij, 20 Sep.
 Fausti, diaconi, 19 Nou/ cum
 Dio

INDEX SANCTORVM.

- Dio & Am. 20 Nou / cum
Ia. & Mart. 13 Oct.
- Fauftini, 7 Aug / & Iouitæ, 15
Feb / & Timothei, 22 Maij.
- Febroniæ 23 Iun.
- Feliciani, 20 Oct.
- Felicis papæ, 30 Dec / primi, 30
Maij / martyris Romæ, 29
Iul / Nolani, 14 Ian / Lugdu-
ni / 3 Feb / Spellat. 18 Maij /
Tufci, 23 Iun / Papiæ, 15 Iul /
Gerundæ, 1 Aug / Angli, 8
Mart / Metis 21 Feb / Tunef-
fæ, 6 Nou / Treueris 26 Mart /
martyris Nolæ cum 30, 15
Nou / & Adaufti, 30 Aug /
& Ianuarij, 7 Ian / & Fortu-
nati, 11 Iun / & Constantiæ,
19 Sept / & Eusebij, 5 Nou /
& Regulæ, 11 Sept / cum
duobus, 23 Apr / cum qua-
tuor, 24 Oct / cum 20, 23
Mart / Felicis, Luc. &c. 3
Mar /
- Feliciffimi, 24 Nou / cum duo-
bus, 26 Maij.
- Felicitatis, 23 Nou / & Perpe-
tuæ, 7 Mar.
- Feliculæ, 13 Iun.
- Ferdinandi, Iun. 13
- Ferreoli, 18 Sept / & Ferrutij, 16
Iun / 5 Sept.
- Ferrutij, 28 Oct.
- Fiacrij, 30 Aug.
- Fibitij, 5 Nou.
- Fidei, 6 Oct / cum tribus, 1 Aug.
- Fidelis, 28 Oct.
- Fidentij, 16 Nou.
- Fidoli, 16 Maij.
- Filini & Gra. 1 Iun.
- Fintani, 17 Feb.
- Firmati & Fla. 5 Oct.
- Firmi & Rustici, 9 Aug.
- Firmini, Ambianis martyris,
25 Sept / ibidem confessoris,
1 Sept / in Vzezia, 11 Oct /
Metis, 18 Aug.
- Flauia Domitillæ, 7 Maij.
- Flauij, Au. Aug. 7 Maij.
- Flauiani, 30 Ian / episcopi, 23
Aug.
- Flocelli, 17 Sep.
- Florberti Gandauj, 1 Nou / 19
Apr.
- Floræ & Mariæ, 24 Nou / &
Lucillæ Iul. 29
- Florentiæ, 20 Iun.
- Florentij, Vienn. 3 Ian / Argen-
tine, 7 Nou / Pictaui, 22 Sep /
Arausic. 17 Oct / in Thile, 27
Oct / Andegauis, 2 Maij /
Hoia 27 Iun / Dauentriæ,
Mar. 24 / & Vindemialis, 2
Maij.
- Florentini, Ambafij, 1 Dec /
Treueris, 15 Oct / & Hilarij,
27 Sept.
- Floriepiscopi, 4 Nou.
- Floriani, 4 Maij.
- Floriberti episcopi, 26 Apr.
- Florini, Confluentiæ, 18 Nou /
Rhetiæ, 17 Nou.
- Flofculi, 11 Feb.
- Foillani, 31 Oct / 16 Ian / 3 Sep.
- Folquini, 14 Dec / 13 Nou / 7
Iun.
- Fontanellensium, Iun. 1
- Fortunati, Romæ, 15 Oct / Tri-
denti, 14 Oct / Cellæ, 18 Iun /
cum tribus, 2 Feb / cum duo-
bus, 19

INDEX SANCTORVM.

- bus, 13 Iun/cum 28, 26 Febr/
 Francisci, 4 Oct / 25 Maij / 17
 / Sep / 16 Iul / de Paula, 2 Apr /
 Xauierij, Dec. 2
 Fraternali, 29 Sep.
 Fraubaldi, 23 Aug.
 Fredegandi, 17 Iul.
 Fredeluidæ, 19 Oct.
 Frederici, 18 Iul.
 Fremundi, Maij 11
 Friardi & Secundelli, 1 Aug.
 Fridolini, 6 Mar.
 Frigidiani, 18 Nou.
 Frodoberti, 8 Ian.
 Frominij, 27 Iul.
 Fronti, 1 Oct.
 Frontonise piscopi 25 Oct / ab-
 batis, 14 Apr.
 Fructuosi cum duobus, 21 Ian.
 Fulgentij, 1 Ian.
 Fursei, 16 Ian.
 Fusæ, 13 Febr.
- G.
- G** Abini, 19 Febr / & Crisp.
 30 Maij.
 Gabrielis, 18 Mar.
 Galactionis & Ep. 5 Nou.
 Galdini, 18 Apr.
 Galli Aruernis, 1 Iul / Aleman-
 ni, 16 Oct.
 Gallicani, 25 Iun.
 Gamalielis, 3 Aug.
 Gandi, 31 Ian.
 Gandulphi, 11 Maij.
 Garini, 6 Febr.
 Gatiani, 18 Dec.
 Gaudentiæ, 30 Aug.
 Gaudentij Nouariæ, 22 Ian / 3
 Aug.
 Gaugerici, 11 Aug / 24 Sep,
- Gebehardi, 27 Aug.
 Gedeon, 1 Sep.
 Gelasij, 19 Nou.
 Gemini & Albini, 5 Feb.
 Geminiani, 31 Ian.
 Gendulphi, 13 Nou.
 Genebaldi, 5 Sept.
 Genesij vtriusque, 25 Aug.
 Genouefæ, 3 Ian / 28 Oct / 26
 Nou.
 Gentiani, 11 Dec.
 Genulphi, 17 Ian.
 Georgij, 23 Apr / Viennæ, 2
 Nou / Chozebisti, 8 Ian / Me-
 litine, 7 Apr / in Malæo, 4
 Apr / Cremonæ, Aug. 16 /
 cum Aurelio, 20 Oct / cum
 quatuor, 27 Aug.
 Gerardi Hungari, 24 Sep / Tul-
 li, 23 Apr / Bronij, 3 Oct / in
 Francia, 13 Oct / Dauentriæ,
 Aug. 20
 Gerasini, 4 Mar.
 Gerebaldi, 7 Dec.
 Gerbrandi, Oct. 13
 Gereonis, 10 Oct.
 Gerini, 2 Oct.
 Gerlaci, 5 Ian.
 Gerlandi, 25 Feb.
 Germani, Parisijs, 28 Maij / 25
 Iul / Antifiodori, 1 Oct / 31
 Iul / Capuæ, 30 Oct / Bifon-
 tiæ, 11 Oct / & trium, 3 Nou.
 Germanici, 19 Ian.
 Gertrudis, Niuellæ, 17 Mar / 10
 Feb / 2 Dec. viduæ, 6 Dec / 27
 Oct / de Oosten, Ian. 6
 Geruasij & Prothasij, 19 Iun.
 Gerulphi, 21 Sep / 25 Iun / 8
 Oct.

D

Gerua-

INDEX SANCTORVM.

- Geruntij, 25 Aug.
 Gethulij, 10 Iun.
 Gezelini, Aug. 6
 Gibriani, 8 Maij.
 Gilberti, 4 Feb.
 Gildæ, 29 Ian.
 Gildardi, 8 Iun.
 Girakti, 7 Dec.
 Gisleberti, 13 Febr.
 Gisseni, 9 Oct/ 1 Iun/ 29 Sept/
 6 Nou.
 Gisserij, 9 Oct.
 Glodesindis, 25 Iul.
 Glodulphi, 8 Iun.
 Glyceriæ & La. 13 Maij.
 Goaris, 6 Iul.
 Goberti, Remis, 23 Nou/ Vil-
 lariæ, Aug. 20
 Godebertæ, 11 Apr.
 Godefridi, Nou. 8
 Godegrandi, 3 Sep.
 Godehardi, 4 Maij.
 Godeleuæ, 6 Iul.
 Godoaldi, 7 Iun.
 Godrici, 21 Maij.
 Godscalci, Aug. 7
 Goërici, 19 Sept.
 Gordani, 16 Oct.
 Gordij, 3 Ian.
 Gordiani & Epim, 10 Maij.
 Gorgonij & Dorothei, 9 Sep/
 & Firmi, 11 Mar.
 Gosuini, martyris, Maij 22/ ab-
 batis, Oct. 9
 Graciliani & Fel. 12 Aug.
 Grata, 1 Maij.
 Grati, 7 Sept.
 Gratiani, 23 Oct.
 Gregorii, primi, 12 Mar/ 3 Sept/
 secundi, 13 Febr/ tertij/ 28
 Nou/ Nazianseni, 9 Maij/
 Traiecti, 25 Aug/ Antifio-
 dori, 19 Dec/ Lingonis, 4
 Ian/ Nyllæ, 9 Mar/ Eliberri,
 24 Apr/ Neocæsar, 17 Nou/
 3 Iul/ Turonis, 17 Nou/
 Spoleti, 24 Dec/ Porceti,
 4 Nou/ Decapolitæ, 20
 Nou/ Agrigantini, 23 Nou/
 Armeni, 30 Sept.
 Grimbaldi, 8 Iul.
 Grodegandi, Mar. 6
 Guddenis, 18 Iul.
 Gudilæ, 8 Ian.
 Gudvuali, 6 Iun/ 3 Dec/ 22 Feb/
 20 Maij.
 Guiberti, 23 Maij, & Sept.
 Guidonis Anderlaci, 12 Sept/
 Spiræ, 4 Maij.
 Guilelmi / Pictaui, 10 Feb/ Bi-
 turic. 10 Ian/ Brioc. 29 Iul/
 Daci, 6 Apr/ Siculi, 16 Apr/
 Eborac. 8 Iun/ Roffensis, 23
 Maij.
 Guinali, 3 Nou.
 Gumberti, 11 Mar.
 Gummari, 11 Oct/ 17 Mar.
 Gundulphi, 17 Iun.
 Gunthramni, 28 Mar.
 Gurdielli, 16 Oct.
 Guriæ cum duobus, 15 Nou.
 Guthagoni, 3 Iul.
 Guthlaci, 11 Apr.
 H.
HAdelini, 3 Feb/
 Hadulphi, 19 Maij/ 31 Aug.
 Halenæ, post 17 Iun.
 Hariolphi, Aug. 13
 Harlindis, 6 Feb/ 22 Mar.
 Heiri, 24 Iun.

Hedvuis

INDEX SANCTORVM.

- Hedvignis, 15 Oct.
 Helani, 7 Oct.
 Helci cum duobus, 17 Apr.
 Helenæ augustæ, 18 Aug / 7
 Feb / Antifiodori, 22 Maij/
 in Suetia, 30 Iul.
 Heliodori Iul. 3 / cum 76, 6
 Maij.
 Helladij, 28 Maij.
 Helpidij, 2 Sep.
 Henrici, imperatoris, 14 Iul/
 episcopi; Ian. 19 / Sufonis,
 Ian. 25
 Heraclæ, 14 Iul. Heracli, 2 Mar.
 Heraclij, 8 Iun / cum quatuor,
 17 Maij / cum alijs, 11 Mar.
 Herafti, 26 Iul / & sociorum, 10
 Nou.
 Herblandi, 18 Oct.
 Herculani, Perusæ, 7 Nou / Ro-
 mæ, 5 Sept / militis, 25 Sep.
 Heriberti, 16 Mar.
 Hermagoræ, 12 Iul.
 Hermanni, Eifliæ, Apr. 7 / Bri-
 xiæ, Dec. 23.
 Hermæ, 9 Maij.
 Hermæi, 31 Maij.
 Hermelandi, 25 Mar.
 Hermelli, 3 Aug.
 Hermenfredi, 25 Sept.
 Hermetis, 28 Aug / Iul. 6 / exor-
 cistæ, 31 Dec / & Adriani, 1
 Mar / & duorum, 4 Ian.
 Hermenigildi, 13 Apr.
 Hermogenis & c. 19 Apr / & vi-
 ginti trium, 12 Dec.
 Hermolai cum duobus, 27 Iul.
 Hermyli & Strato, 13 Ian.
 Herodionis & soc. 8 Apr.
 Heronis, 7 Oct / & trium, 14
 Dec.
 Hefichij, 18 Nou.
 Hieremiæ, 1 Maij.
 Hierij aut Pierij, 4 Nou.
 Hieronis & 32, 7 Nou.
 Hieronymi, 30 Sept / episcopi,
 22 Iul.
 Hierothei, 4 Oct.
 Higinij, 11 Ian.
 Hilariæ cum 28, 12 Aug.
 Hilarij, Pictavi, 13 Ian / papæ, 10
 Sep / Arelat. 5 Maij / Gaua-
 lis. 25 Oct / & sociorum, 16
 Mar.
 Hilarini, 16 Iul.
 Hilarionis, 21 Oct / iunioris, 28
 Mar.
 Hildegardis, 17 Sep.
 Hildegemi, Iun. 19
 Hildegundis, Apr. 20
 Hilduardi, 7 Sep / 29 Dec,
 Hildulphi, 11 Iul.
 Hillephonfi, 23 Ian.
 Hiltrudis, 27 & 17 Sep.
 Himelini, Mar. 10
 Himerij, 17 Iun.
 Hippolyti 22 Aug / 30 Ian / &
 Concordiæ, 13 Aug.
 Homoboni, 13 Nou.
 Honesti, 16 Feb.
 Honorati, Arelate, 16 Ian / Am-
 brianis, 16 Maij.
 Honorinæ, 27 Feb.
 Honorij, 30 Sep.
 Hormisdæ, 6 Aug.
 Hospitij, Maij 21
 Huberti, 3 Nou / 30 Maij / 12
 Dec / vlt. Sept.
 Hugonis, Lincolnæ, 17
 Nou / Gratianopoli, 1 Apr /
 D 2 Rothe

INDEX SANCTORVM.

- Rothomag. 9 Apr/ Clunia-
ci, 29 Apr.
Humberti, 25 Mart/6 Sep.
Hunegundis, 25 Aug.
Hunfridi, 8 Mar/ 16 Aug.
Hyacinthi Romæ, 26 Iul/ in
Anastride, 18 Iul/ & duorū,
9 Sept/ & trium, 29 Oct.
Hydulphi, 23 Iun.
Hygini, 11 Ian.
Hypatij, 31 Mar.
I.
I Aciei, 15 Aug.
I Iacinti. Vide Hya.
Iacobi, Zebedæi, 25 Iul/ Fratris
Domini, 1 Maij/ Nisibi, 15
Iul/ intercisi 27 Nou/ epif-
copi, 21 Mar/ Alemāni, Oct.
11 / Porphyriensis, Ian. 28
I Ianuarij cum fratribus filiorū
Felicitatis, 10 Iul/ & Pelagie,
11 Iul/ & quinque, 19 Sep. &
sociorum, 21 Apr.
Iasonis, 12 Iul.
Iasparis, Ian. 11 & 6
Idabergæ, 21 Maij/ 20 Iun.
Idæ, viduæ, 4 Sep/ Niuelensis,
Nou. 29
Ieremiæ, 1 Maij.
Ieronis, 17 Aug.
I E S V Christi D. N. festum
nominis, 15 Ian/ resurrectio-
nis, 27 Mar/ ascensionis, 5
Maij/ transfigurationis, 6
Aug/ imaginis, 9 Nou/ 16
Aug/ Coronæ, 11 Aug/ Cor-
poris Christi cum alijs Mo-
bilibus festis, post Decem-
brem/ lanceæ, Ibidem.
Iesu Naue, 1 Sept.
Ignatij, 1 Febr/ 17 Dec/ Loiole,
31 Iul.
Illidij, 7 Iun.
Illusoris, 4 Nou.
Iudæ &c. Ian. 28
Ingenuini, 5 Febr.
Innocentium, 28 Dec.
Innocentij papæ, 28 Iul/ episco-
pi, 17 Apr/ cum 3, 4 Iul.
Innumerabilium martyrum,
Tyri, 20 Feb/ Treueris, 6
Oct/ sub Daciano, 3 Nou.
Ioachim, 20 Mar.
Ioannæ, 24 Maij.
Ioannicij, 4 Nou.
Ioannis Baptistæ, 24 Iun/ 29
Aug/ 24 Sep/ & Febr/ Maij
25/ Iul. 29/ Dec. 16/ Euange-
listæ, 17 Dec/ 6 Maij/ 26 Sep/
Chrysofomi, 27 Ian/ papæ,
27 Maij/ boni, Oct. 23/ Brid-
lingr. 10 Oct/ Calybitæ, 15
Ian/ Carmelitæ, 12 Ian/ Char-
thusiani, Maij 4/ Climaci, 30
Mar/ Damasceni, 4 Dec/ De-
capol, 18 Apr/ eleemosyna-
rij, 23 Ian/ Eboracensis, 7
Maij/ eremitæ, 27 Mar/
Gualberti, 12 Iul/ icinnato-
ris, 2 Sept/ Nicomediæ, 7
Sep/ Palæolauriti, 19 Apr/
Pennarenfis, 19 Mart/ pres-
byteri via Salaria, 23 Iun/
Roffensis. Iun. 22/ Ruys-
broeck, Dec. 2/ Reomēsis, 28
Ian/ Tornodori, 22 Sep/ &
Crispi, 18 Aug/ & Festi, 21
Dec/ & Pauli, 26 Iun/
Iob, 10 Maij.
Ioëlis, 13 Iul.

Ionari

INDEX SANCTORVM.

Ionati, 1 Aug/8 Apr.
 Ionæ & Barachisij, Mar. 29
 Ionij, 5 Aug. Iordani, Febr, 13
 Ioseph, sponsi, 19 Mar/iusti, 20
 Iul/diaconi, 15 Feb/hynino-
 graphi, 4 Apr / Thessaloni-
 cæ, 13 Iul.
 Iouini, 1 Iun/ & Basilei, 2 Mar.
 Iouiniani, 5 Maij. Irenes, 5 Apr.
 Irenæi Lugduni, 28 Iun/Smyr-
 næ, 25 Mar / & Abundij, 26
 Aug/& duorum, 5 Maij/ &
 Multiolæ, 3 Iul.
 Irmgardis, Sep. 4
 Irminæ, 24 Dec.
 Isaac martyr, 3 Iun.
 Isaacij qui & Theophanes, 27
 Mar / Dalmatæ, 30 Maij/cū
 duobus, 3 Aug.
 Isaiæ, 6 Iul.
 Isidori, Hispalis, 4 Apr / in
 Chio, 15 Maij/ Alexandria,
 Feb. 5 / Antiochiæ, 2 Ian/Pe-
 lusij, 4 Febr/
 Itisbergæ, 21 Maij.
 Iubini episcopi, 18 Apr/
 Iucundæ, 25 Nou.
 Iucundiani, 4 Iul.
 Iudæ Apostoli, 28 Oct / Quy-
 riaci, 4 Maij.
 Iudoci, 13 Dec. Iuetæ, Ian. 13
 Iulie, Trevis, 21 Iul/in Euphra-
 tesia, 7 Oct / Corsicæ, 22
 Maij/Emeritæ, 10 Dec.
 Iulij, papæ, 12 Apr / apud Me-
 siam, 27 Maij/senatoris, 19
 Aug/ Geldubæ, 20 Dec/cō-
 fessoris, 31 Ian/& Potamiæ,
 5 Dec.
 Iuliana, 16 Febr/de Corneliō.

Apr. 5
 Iuliani, 7 Ian / Cenomanis, 27
 Ian/Toleti, 6 Mar/Cæsareæ,
 23 Mar/ Alexandr. 27 Febr/
 Tarsi, 21 Iun/Syri, 25 Aug/
 Aruernis, 28 Aug/Hareæ, 17
 Iun/cum Basilista, 9 Ian/cū
 15/ 20 Iul/cum quinq; mil-
 libus, 16 Febr/
 Iuniani, 15 Nou.
 Iuonis, aduocati, 19 Maij / 27
 Oct/episcopi, 10 Iun.
 Iustæ & Rufinæ, 19 Iul.
 Iusti Lugdun. 2 Sep / Trige-
 stini, 2 Nou/ Beluaci, qui &
 Iustinus, 18 Oct/ Treueris,
 14 Sept/ Angli, 10 Nou / &
 Pastoris, 6 Aug.
 Iustina, 7 Oct/ 30 Nou.
 Iustini philosophi, 13 Apr/Ro-
 mæ, 4 Aug/Parisijs, 1 Aug/
 & sociorum, 1 Iun.
 Iuuenalis episcopi, 3 Maij /
 martyr, 7 Maij.
 Iuuentini & Maximi, Ian. 25
 Iuuni, 3 Oct.

K.

K Enelmi, 17 Iul.
 Kentegerni, Ian. 13
 Ketilli, 11 Iul.
 Vide C & Q.

L.

L Adislai, 27 Iun.
 Lamberti Leodij, 17 Sep/
 13 Oct/28 Apr/24 Maij/ 27
 Aug/ 23 Dec / Lugduni.
 Apr. 14/
 Lampadi, 5 Iul.
 Landelini, 15 Iun/21 Sep.
 Ladoaldi, 19 Mar/13 Iun/1 Dec.

D 3.

Lans.

INDEX SANCTORVM.

- Landradæ, 8 Iul/
 Landrici, 17 Apr.
 Landerici, 10 Iun.
 Latiniaci sanctorum transla-
 tio, Iun. 2
 Latuini, 20 Iun.
 Laudi, aut Laudonis, 21 Sept.
 Laudulphi, 13 Aug.
 Launomari, 19 Ian.
 Laurentij, 10 Aug/ Dublinen-
 sis, 14 Nou/ presbyteri, 30
 Apr/ Iustiniani, Ian. 8/ Can-
 tuariæ, 2 Febr.
 Lauriani, 4 Iul.
 Lazari, 17 Dec / in monte, 7
 Nou.
 Leandri, 27 Febr.
 Lebuini, 12 Nou/ 25 Iun.
 Leguntij, 19 Febr.
 Leobardi, 18 Ian.
 Leobini, 15 Sept.
 Leocadiæ, 9 Dec/ 1 Iun.
 Leodegarij, 2 Oct/ 11 Apr/
 Leonis, primi, 11 Apr/ secundi,
 28 Iun/ noni, 19 Apr/ Seno-
 nis, 22 Apr/ Trevis, 25 Maij/
 Catanæ, 20 Febr/ & Parego-
 rij, Febr. 18
 Leonardj, Aquitani, 6 Nou/ in
 Vendopera, 27 Nou/ Dunis,
 8 Dec.
 Leoniani, 16 Nou.
 Leonidis, 1 Mar.
 Leonigildi & Christ. 20 Aug.
 Leonij, 12 Nou.
 Leonorij, 1 Iul.
 Leontij, 18 Iun.
 Leopardi, 30 Sept.
 Leopoldi, 15 Nou.
 Leouini, 14 Mar.
 Leti, 5 Nou.
 Leucij cum duobus, 28 Ian.
 Leudomiri, 30 Sept.
 Leutfridi, 21 Iun.
 Leuinna, 24 Apr / 16 Iun/ 5
 Aug.
 Liberalis, Apr. 27
 Liberata, 18 Ian.
 Liberati, 20 Dec/ & aliorum,
 17 Aug.
 Liberij, 23 Sep.
 Liberti, 14 Iul/ episcopi Came-
 raci, Iun. 23
 Liborij, 23 Iul/ 28 Maij.
 Licinij, 13 Febr.
 Lidorij, 13 Sept.
 Lijdvuijt, Apr. 14
 Lini, 23 Sept.
 Liobæ, 28 Sept.
 Liphardi episcopi, 4 Febr/ pres-
 byteri, 3 Iun.
 Liuini, 12 Nou / 27 Iun.
 Longini, 15 Mar.
 Loth, 10 Oct.
 Luca, 18 Oct/ in Storio, 7 Febr/
 Lucani, 30 Oct.
 Lucia, 13 Dec/ & Geminiani,
 16 Sept / cum 23, 25 Iun.
 Lucij papæ, 4 Mart/ Cyrenen.
 6 Maij/ & Ptolomej, 19 Oct/
 Lucij, Sil. Max. 18 Febr/ Lu-
 cij, Ab. Lor. 2 Mar/
 Luciani Antiochiæ, 7 Ian/ Tri-
 poli, 24 Dec/ & Florij, 26
 Oct. & duorum, 8 Ian.
 Lucilliani, 3 Iun.
 Lucina, 30 Iun.
 Lucretia, 23 Nou.
 Ludgeri, 26 Mart.
 Ludouici regis, 25 Aug/ Mino-
 ris, 19

INDEX SANCTORVM.

ris, 19 Aug/
 Luduini Treueris, 29 Sept.
 Lulli, 16 Oct.
 Lupi, Trevis, 29 Iul / Senonis, 1
 Sep / Lugduni, 25 Sep / Cabi-
 lone, 27 Ian / Corboili, 25
 Oct.
 Lupantij Turon. 6 Nou.
 Lupentij, Gabalis, 22 Oct / Tre-
 ueris, 13 Oct.
 Lupiani, 17 Febr.
 Lupicini episcopi Lugduni, 3
 Feb / Viennæ, 14 Dec / abba-
 tis, 21 Mar /
 Luppi, 23 Aug.
 Luforij, Cif. & Cam. 21
 Aug.
 Luforis, 4 Nou.
 Lutardi, Sept. 15
 Lutgardis, Iun. 16

M.

M Acarij, Gandavi, 9 Maij /
 10 Apr / abbatis 2 Ian /
 alterius, 15 Ian / martyris ab-
 batis, 23 Ian / Alexandria, 8
 Dec / & Iuli. 12 Aug / &
 trium, 28 Feb /
 Macedonij cum duobus, 13
 Mar.
 Machabæorum, 1 Aug.
 Maclouij vel Machuti, 15 Nou.
 Macræ, 6 Ian.
 Macrinæ, 19 Iul.
 Madelbertæ, 7 Sept.
 Madelgifili, 30 Maij.
 Maderniani, 30 Apr.
 Madelupi, 3 Apr.
 Magdalenæ, 22 Iul / 19 Mar.
 Magdaluci, 4 Oct.
 Maglorij, 24 Oct.

Magni martyris, 1 Ian / Fau-
 censis, 6 Sept / & Casti, 4
 Sep / cum socijs, 19 Aug / in
 Dacia, 16 Apr.
 Magnerici, 25 Iul.
 Magnobodi, 16 Oct.
 Maibodi, 23 Ian.
 Maioli, 11 Maij.
 Maingoldi 9 Feb / 15 Iun.
 Malachiæ, prophete, 3 Ian / Hy-
 berna, 5 Nou.
 Mamantis, 17 Aug.
 Mamerti, 11 Maij.
 Mamiliani, 12 Mart.
 Mammetis, 17 Aug.
 Manahen, 24 Maij.
 Mancij, 21 Maij.
 Mandelij, 16 Aug.
 Manegildis, 14 Oct.
 Manucti, 3 Sep / cum decem,
 30 Sep.
 Manuclis, 17 Iun.
 Mappalici, 17 Apr.
 Marcelli papæ, 16 Ian / 9 Sep /
 Cabilone, 4 Sept / Treueris,
 eodem die / Argentin. 29
 Iun / Parisijs, 1 Nou / 26 Iul /
 abbatis non dormientium,
 Dec. 29 / & Apuleij, 7 Oct /
 cum tribus, 6 Oct.
 Marcellinæ, 17 Iul.
 Marcellini papæ, 26 Apr /
 Ebreduni, 20 Apr / Da-
 uentriæ (vel Marcelmi,)
 14 Iul / & Petri, 2 Iun /
 cum vxore & filijs, 27
 Aug.
 Marci, Euangelistæ, 25 Apr / 31
 Ian / 25 Iun / papæ, 7 Oct /
 episcopi, 22 Oct / Arethusij,
 D 4 29 Mar /

D 4

29 Mar /

INDEX SANCTORVM.

- 29 Mar / & Marcelliani, 18
Iun / & Martiani, 4 Oct.
Marcia, 3 Mar. vel Martia.
Marciana, 9 Ian.
Marculphi, 1 Maij.
Mardonij, &c. 24 Ian.
Margarita, 20 Iul. & 13/regi-
na, Nou. 16 / contracta,
Mar. 22
Mari episc. Treu. 26 Feb.
Maria, ad martyres, 13 Maij/
ad niues, 5 Aug / praesen-
tationis, 21 Nou / recolle-
ctionis, Sep. 1 / gaudiorum,
Maij 7 / annunciationis,
Dec. 16 / zona, 31 Aug / stolę,
2 Iul / commemorationis in
Masinis, 1 Sept / Bruxellę,
Iun. 5
Mariae Aegyptiacę, 2 Apr. & 9/
martyris, 1 Nou / Ogniaci,
Iun. 23
Marij, 27 Ian / & Martha cum
filijs, 19 Ian.
Marina, 20 Iul.
Marini, Romę 26 Dec / Papię,
3 Sep / & Asterij, 3 Mar.
Mariani, Bituri, 19 Aug / & Ia-
cobi, 30 Apr.
Maronis cum duobus, 15 Apr.
Martha, 29 Iul / matris Simeo-
nis 5 Iul / cum pluribus, 20
Oct.
Martialis, 30 Iun / 1 Dec / cum
socijs, 22 Aug.
Martiani, Dertonę, 27 Mar /
Antifiodori, 20 Apr / Siculi,
14 Iun / cum duobus, 5 Apr /
cum quatuor, 16 Oct / &
Martyrij, 25 Oct / œconomi,
10 Ian / Palęstini, 13 Feb /
Martina, 1 Ian.
Martini Turonis, 11 Nou / 4
Iul / papę, 12 Nou / Tun-
gris, 21 Iun / Treueris, 19
Iul / Santonis, 8 Dec / Verta-
ni, 24 Oct.
Martyris sine nomine, 16 Apr.
Martyrum sub Sapore, 22 Apr /
sub Aureliano, 10 Apr / sub
Alexandro, 2 Mar / per Tar-
taros, Iun. 2 / sub Iuliano,
29 Mar / in Syna, 14 Ian /
in monasterio S. Sabę, 20
Mart.
Massę candidę, 24 Aug.
Mastidia, 7 Maij.
Materni Treueris, 14 Sep / Me-
diolani, 18 Iul.
Mathildis, Mart. 14
Matthęi, 21 Sep.
Matthia, Apostoli, 24 Febr / r
Sep / Hierosolymis, 30 Ian.
Matronę, Thessalonica, 15
Mar / in Perge, 9 Nou.
Maturini, 1 Nou.
Mauri, abbatis, 15 Ian / martyris
in Histria, 21 Nou / Romę,
22 Nou / Cesennę, Ian. 20 /
Remis, 22 Aug / 3 Nou / Vir-
duni, 8 Nou.
Maurilionis, 13 Sep.
Maurini, 10 Iun / 13 Oct.
Mauritij, 22 Sep.
Mauronti, 5 Maij.
Maxellendis, 13 Nou.
Maxentia, 30 Mar.
Maxentij, 26 Iun.
Maximę, 16 Maij / & duarum,
30 Iul /
Maximi,

INDEX SANCTORVM.

- Maximi, Paduæ, 2 Aug/Papia, 8 Ian/Alexandriæ, 27 Dec/Taurinis, 25 Iun/Rhegij, 27 Nou/2 Oct/Cainone, 20 Aug/confessoris in Græcia, 21 Ian/13 Aug/Romæ, 19 Nou/in Asia, 30 Apr/Auiēfis, 20 Oct/cum quatuor, 18 Febr.
 Maximiani, Syracusis, 9 Iun/cum sex, 27 Iul. & Iun.
 Maximiliani, 12 Oct. & 29
 Maximini, confessoris Treueris, 29 Maij/12 Sep/ibidem martyr, 20 Iun/Aureliæ, 15 Dec/Aquis, Iun. 8
 Medardi, 8 Iun.
 Mederici, 29 Aug.
 Medulphi, 1 Iun.
 Meinradi, Ian. 21
 Meinulphi, Bituric. 12 Iul/Paderbornæ, 5 Oct.
 Melaniæ, 31 Dec.
 Melanij, 6 Ian.
 Melchiadis, 10 Dec.
 Melchioris, 6 Ian.
 Meletij Antioch. 12 Febr.
 Melliti, 24 Apr.
 Melloni, 22 Oct.
 Memmij, 5 Aug.
 Memmonis, 29 Apr.
 Memorij, 7 Sep.
 Menæ cum duobus, 10 Dec.
 Mengoldi, 9 Feb/15 Iun.
 Menelei, 18 Iul.
 Mennæ martyr, 11 Nou.
 Mercurialis, 23 Maij.
 Mercurij, martyr, 24 Nou/episcopi Beneuenti, 15 Iun.
 Methrani, 31 Ian.
 Methodij Tyri, 18 Sept/Constantin. 14 Iun/Pateræ, 20 Iun.
 Metrophanis, 4 Iun.
 Metropoli, 8 Oct.
 Michaëlis, 29 Sep/8 Maij/16 Oct/8 Nou/6 Sep/Synnade, 23 Maij/Malæi, 12 Iul.
 Micheæ, 15 Ian.
 Milburgis, 23 Febr.
 Mildradæ, 13 Iul.
 Miletij episcopi, 19 Sep.
 Miletij in Ponto, 4 Dec.
 Miltiadis, 10 Dec.
 Mineruij cum noue, 23 Aug.
 Miniatis, 25 Oct.
 Miroletis, 3 Dec.
 Mitrij, 13 Nou.
 Modestæ, 4 Nou.
 Modesti, 24 Febr. & Ammonij, 12 Febr.
 Modoualdi, 12 Maij.
 Momboli abbatis, 18 Nou.
 Mommoli Burdegalis, 8 Aug.
 Monæ, 12 Oct.
 Monegundis, 2 Iul.
 Monica, 4 Maij/9 Apr/
 Monitoris, 10 Nou.
 Mononis, 18 Oct.
 Montani, 17 Maij/& Maximæ, 26 Mar.
 Monulphi & Gōdulphi, 16 Iul.
 Moysis, 4 Sep/Sarraceni, 7 Feb/Afri, 18 Dec/& Ammonij, 18 Ian/Æthiopsis, 28 Aug.
 Mutij, 13 Maij.
 Myronis, 17 Ian.
 N.
 Naboris & Felicis, 10 & 12 Iul/& Nazarij, 12 Iun.
 Narcissi,

INDEX SANCTORVM.

- Narcissi, Hierosolymis, 29 Oct/
& Crescentionis, 17 Sept.
Nataliæ, 1 Dec.
Nauiti episc. 7 Iul.
Naum, 1 Dec.
Nazarij & Celsi, 28 Iul/12 Iun/
10 Maij.
Nectari, 13 Sep.
Nemesiani, &c. 10 Sept.
Nemesij martyris, 19 Dec/con-
fessoris, 1 Aug/cum Lucilla,
31 Octob.
Neonis, 20 Oct.
Neophiti, 21 Ian.
Neoti, 31 Iul.
Nerei & Archillei, 12 Maij.
Nestoris, 26 Feb.
Nicandri, 4 Nou/ & sodalium,
19 Sept.
Nicanoris, 10 Ian.
Nicasij episcopi, 14 Dec/ pref-
byteri, 11 Oct.
Niceæ, 22 Iun.
Nicephori, Constantinopoli,
13 Mar/ 2 Iun/ Antiochiæ.
9 Febr.
Nicetæ Medini, 3 Apr/ Gotthi,
15 Sept/ & Aquilini, 24 Iul/
Nicetij Lugduni, 2 Apr/ Tre-
ueris, 1 Oct. Viennæ, 5 Maij/
Bifontij, 8 Febr.
Nicodemi, 3 Aug.
Nicomediensium, 23 Dec.
Nicolai episcopi, 6 Dec/ 9
Maij/ Augustinēsis, 10 Sept.
Nicomedis, 15 Sept/ 1 Iun.
Niconis, 23 Mar.
Nicophori, 17 Apr.
Nicostrati cum suis, 7 Iul.
Niniani, Sept. 16
Niuardi, 1 Sept.
Nodgeri, Apr. 2
Noë, 28 Apr.
Nomæ, 12 Apr.
Nomij, 8 Iul.
Noitburgæ, 31 Oct.
Nongentorum martyrum, 4
Mar.
Norberti, Iun. 6.
Notarij, 10 Nou.
Nouati, 20 Iun.
Nouem martyrum in Perside,
Mar. 27 / in Cyzico, 29
Apr.
Numeriani, 5 Iul.
Numilonis, 22 Oct.
Nummolini, 16 Oct.
Nuncij, 10 Oct.
Nymphæ, 10 Nou.
O
Otauij cum duobus, 20
Nou. & Ian.
Octodecim Cæsaraugustæ, 16
April / Carthusianorum,
Maij. 4
83 militum, 24 Iul.
Odæ viduæ, 23 Oct / virginis,
27 Nou.
Odiliæ Argentin. 13 Dec/ Huij,
18 Iul/ Leodij, Dec. 14
Odilonis, 2 Ian.
Odonis Cluniaci, 18 Nou/ Vr-
gelli, 30 Iun. Cantuariæ,
Febr. 7
Odradæ, 3 Nou.
Oduini, 24 Iun.
Odulphi, 12 Iun.
Oelberti, 22 Oct.
Olai, 29 Iul.
Ollæ, 9 Oct.

©liuz.

INDEX SANCTORVM.

- Oliuæ, Nou. 10
 Oliueriæ & Li. 3 Febr.
 Oliuerij, Iun. 16
 Omnium Sanctorum, 1 Nou/
 pontificum Traiectensium,
 6 Febr.
 Onesimi, discipuli, 16 Febr/
 Duaci, 13 Maij / & Porph.
 9 Nou.
 Onesiphori, 6 Sept.
 Ontcommeræ, Iul. 20
 Onuphrij, 12 Iun.
 Opionis, 12 Oct.
 Oportunæ, 22 Apr.
 Optati, 31 Aug / & duorum, 3
 Maij.
 Orientij, 1 Maij.
 Oricoli & sociorum, 18 Nou.
 Ormisdæ papæ, 6 Aug.
 Ortrudis, 22 Iun.
 Olympiadis & Maximi, 15
 Apr / & Eufraxiæ, 25 Iul.
 Oseæ, 4 Iul.
 Osmundi, 4 Dec.
 Ostiani, 30 Iul.
 Osvualdi, regis, 5 Aug / 20 Iun /
 episcopi, 15 Oct.
 Otgeri, 10 Sept.
 Othmari, 16 Nou.
 Othonis, 30 Sept.
 P.
PAchomij, 14 Maij.
 Pacifici, Iul. 10
 Palladij, 10 Maij.
 Palmatij & soc. Romæ, 10
 Maij / Treueris, 5 Oct.
 Paphili, 1 Iun / Romæ, 21 Sept.
 Pancratij, Siculi, 3 Apr / Romæ,
 12 Maij.
 Panteni, 7 Iul.
 Pantaleonis, 27 Iul / 18 Febr.
 Paphnutij cum 546, Apr. 28
 Papiæ, 22 Febr / & Mauri, 29
 Ian.
 Papinij & Mansueti, 28 Nou.
 Paramoni, 29 Nou.
 Parasceues, 24 Iul.
 Parmenæ, 13 Ian.
 Parmenij, cum 4, 22 Apr.
 Parthenij, 7 Febr.
 Paschasij, 22 Febr.
 Pasieratis cum tribus, 25 Maij.
 Pastoris, 27 Aug / episcopi Au-
 reliæ, 30 Mart / presbyteri
 confessoris, 26 Iul. & socio-
 rum, 29 Mart.
 Patapij, 8 Dec.
 Paterni, episcopi, 23 Sep / Mar-
 tyris, 12 Nou.
 Patiani, 9 Mar.
 Patientis, Metis, 8 Ian / Lu-
 gduni, 11 Sept.
 Patritij Hiberni, 17 Mar / Ar-
 uernis, 16 Mar / abbatis 24
 Aug / & sociorum, 19 Maij.
 Patrocli martyris, 21 Ian / con-
 fessoris, 19 Nou.
 Paucij, 23 Iul.
 Paulæ, 27 Ian.
 Pauli Apostoli, 29 & 30 Iun /
 25 Ian / 6 Iul / Narbonæ, 12
 Dec / Trevis, 1 Febr / Virdu-
 ni, 8 Febr / episcopi Constā-
 tinopoli, 7 Iun / martyris
 ibidem, 8 Iul / 21 Maij / Gazæ,
 Iul. 25 / in occulto, 15 Dec /
 Cordubæ, 20 Iul / Leonen-
 sis episcopi, Mar. 12 / eremi-
 tæ, 15 Ian / cum Iuliana, Aug.
 17 / cum duabus, 2 Mart /
 cum

INDEX SANCTORVM.

- eum duobus, 8 Febr/ & Cyriaci, 20 Iun/ cū sex, 20 Mar/ Paulini, Nolæ, 22 Iun/ Treueris, 31 Aug/ Lucæ, 12 Iul/ Britanni, 10 Oct/ Colonia, 4 Maij.
- Paxentij, 23 Sept.
- Pecinnæ, 24 Iun.
- Pelagiæ, pœnitentis, 8 Oct/ Tharse, 4 Maij/ alteri, Iun. 9.
- Pelagij, Cordubæ, 26 Iun/ Constantin. 28 Aug.
- Pelei & Nili, 19 Sep.
- Pelusij, 7 Apr.
- Peregrini Antifiodori, 16 Maij/ Lugduni, 28 Iul/
- Perfecti, 18 Apr.
- Pergentini & Laur. 3 Iun.
- Perpetuæ Romæ, 4 Aug/ coniugis S. Petri, 4 Nou/ & Felicitatis, 7 Mar.
- Perpetui, Leodij, 4 Nou/ Turonis, 8 Apr.
- Perseuerandæ, 26 Iun.
- Petri, Apostoli, 29 Iun/ 1 Aug/ 22 Febr/ 18 & 16 Ian/ Alexandria, 26 Nou/ Auloni, 3 Ian/ Chrysologi, 2 Dec/ archiepiscopi, 10 Sept/ Nicomediæ, 12 Mar/ Afri, 14 Mar/ Hispali, 8 Oct/ Thomasi, 6 Ian/ Cœlestini, 19 Maij/ Prædicatoris, 29 Apr/ Bellævallis, 8 Maij/ Cæsareæ, Ian. 11/ Athoniti, 12 Iun/ & Hermogenis, 17 Apr/ cum Successo & Bass. 9 Dec/ cum Seuero & Leucio, 11 Ian/ cum quinq. 7 Iun/ cum 19, 7 Aug/ cum tribus, 15 Maij.
- Petronij, 4 Oct.
- Petronillæ, 31 Maij.
- Pharæ, 7 Dec.
- Pharaildis, 4 Ian.
- Pharonis, 28 Oct.
- Philastrij, 18 Iul.
- Phileæ & Philoromi, 4 Feb.
- Philemonis & Apol. 8 Mar.
- Philiberti, 20 Aug.
- Philippi Apostoli, 1 Maij/ Siculi, 12 Maij/ Gortynæ, 11 Apr/ Alexandria, 13 Sept/ diaconi ex primis, 6 Iun/ Cellæ, 3 Maij/ & duorum, 22 Oct/ & plurium, 15 Iul.
- Philogonij, Dec. 20
- Phlori & Lau. 18 Aug.
- Phocæ, episcopi, 14 Iul/ martyris, 5 Mar/ 22 Iul.
- Phœbes, 3 Sep.
- Photini cum socijs, 2 Iun.
- Photij & Aniceti, 12 Aug.
- Piati, 1 Oct.
- Pierij, 4 Nou.
- Pigmenij, 24 Mart.
- Pinyti, 10 Oct.
- Pionij, 1 Febr.
- Pipini, Febr. 21
- Pij, 11 Iul.
- Pirminij, 3 Nou.
- Pistis cum tribus, 1 Aug.
- Placidi cum socijs, 5 Oct.
- Placidia, 15 Oct.
- Placiti, 7 Maij.
- Platonis, 22 Iul.
- Plechelmi, 15 Iul.
- Plutarchi cum suis, 28 Iun.
- Pollionis, 28 Apr.
- Polycarpi episcopi, 26 Ian/ presbyteri, 23 Feb.

Polycro.

Polycro.
Polyen.
Polyen.
Pomæ.
Pomp.
Pontij.
14 M.
Pontia.
ti, 1.
Dec.
Poppo.
Porcar.
Porcar.
Porphy.
Feb.
Portia.
Possen.
Potent.
Pothar.
Præcor.
Præic.
Pragm.
Praxec.
Primi.
rum.
Princip.
Prisci,
16 C.
lex.
& E.
cillia.
cum.
Priscæ.
Priscill.
Priuat.
Probæ.
Probi.
Proces.
Procho.
Procli.

INDEX SANCTORVM.

Polycronij, 17 Feb/
 Polyucti, 13 Feb/
 Polyueri cum duobus, 21 Maij.
 Pomæ, 27 Iun.
 Pompeij, 10 Apr.
 Pontij diaconi, 8 Mar/Cimelle,
 14 Maij.
 Pontiani, papæ, 19 Nou/Spole-
 ti, 14 & 19 Ian / Romæ, 2
 Dec/ & duorum, 11 Dec.
 Popponis, Ian. 25
 Porcaria, 8 Oct.
 Porcarij, 12 Aug.
 Porphyrij, 20 Aug/Gazæ, 26
 Febr.
 Portiani, 24 Nou.
 Possenij, 17 Iun.
 Potentiana, 19 Maij.
 Pothamij & Nemefij, 20 Feb.
 Præcordij, 1 Feb.
 Præiecti & Amarini, 25 Ian.
 Pragmatij, 22 Nou.
 Praxedis, 21 Iul.
 Primi & Felic, 9 Iun/& duo-
 rum, 2 Oct.
 Principij, 25 Sept.
 Prisci, Capuæ, 1 Sep/ Carnoti,
 16 Oct/ cum Malcho & A-
 lex. 28 Mar/cum Crescente
 & Euagrio, 1 Oct/cum Prif-
 cilliano & Benedicta, 4 Ian/
 cum multis, 26 Maij.
 Priscæ, 18 Ian.
 Priscillæ, 16 Ian.
 Priuati Gualis, 21 Aug.
 Probæ, 5 Sep/28 Apr.
 Probi Rauennæ, 10 Nou.
 Processi & Martin. 2 Iul.
 Prochori, 9 Apr.
 Procli martyris, 14 Apr/Con-

stantin 20 Nou.
 Procopij, Palaflini, 18 Iul/De-
 capol. 27 Febr.
 Proculi martyris, 4 Nou/pref-
 byteri, 1 Dec.
 Profdocimi, 7 Nou.
 Prosperi, Rhegij, 25 Iun/Aure-
 liæ, 29 Iul.
 Prothadij, 10 Feb/
 Prothasij, 24 Nou.
 Proti & Hyacinthi, 11 Sept.
 Prudentij, 28 Apr.
 Ptolomæi & Lucij, 19 Oct.
 Publij, 21 Ian/& duoru, 19 Feb.
 Pudentis, 19 Maij.
 Pusinnæ, 13 Apr.

Q.

Q Vadraginta martyrum, 9
 Mar/virginum, 24 Dec/
 in metallo Phanensi, 4 Maij/
 militum, 13 Ian.
 Quadraginta duorum, in Persi-
 de, 10 Mar/ in Ammorio, 6
 Mar/mulierum, 1 Sept.
 45, 10 Iul.
 46, 25 Oct.
 47, 14 Martij.
 Quadrati, Episcopi, 21 Aug/A-
 thenis martyris, 26 Maij.
 Quarti, 3 Nou/ & Quinti, 10
 Maij.
 Quatuor coronatorum, 8 Nou.
 4976, 12 Oct.
 Querani, 9 Sept.
 Quiniberti, 18 Maij.
 Quinidij, 15 Febr.
 Quidq. eremitarum, Nou. 12
 50. martyrum, 17 Dec.
 Quinti cum duobus, 5 Sep/
 cum duodecim, 19 Mar.

Quin-

INDEX SANCTORVM.

- Quintini, 31 Oct/3 Ian/8 Iul/
 Turonis, 4 Oct.
 Quintiani Auernis, 13 Nou/
 presbyteri, 14 Iun.
 Quirini Romæ, 30 Mar/ &
 Apr/ Illyrici, 4 Iun.
 Quyriacæ, 21 Aug.
 Quyriaci episcopi, 4 Maij/
 presbyteri, 6 Mar/ & Apol-
 linaris, 21 Iun/ & Archelai,
 22 Aug/
 Quiricæ, 22 Maij.
 R.
Radbodi, 29 Nou/ 25 Iun.
 Radegundis, 13 Aug.
 Radfridi & Vualdefridi, Dec. 3
 Ragenusæ, 14 Iul.
 Ragenfredis, 8 Oct/ 11 Iun.
 Raimundi, Ian. 6
 Ranerij, 17 Iun.
 Ranulphi, 27 Maij/ 9 Nou.
 Raphaëlis, 20 Nou.
 Rasipi, 23 Iul.
 Reginæ martyris, 7 Sep/ Do-
 nonij, 1 Iul/ 17 Mar.
 Reginuidæ, 15 Iul.
 Reguli, 30 Mar.
 Reineldis, 16 Iul/ 26 Oct.
 Reineri, Apr. 11
 Reinoldi, Ian. 7
 Remacli, 3 Sep.
 Remberi, 11 Iun/ 4 Feb.
 Remigij, 13 Ian/ 1 Oct.
 Renati, 12 Nou.
 Renoberti, 18 Maij.
 Reparata, 8 Oct.
 Restituti, Romani, 29 Maij/
 Tricastrensis, Nou. 7
 Reuerentij, 12 Sep.
 Reueriani cum vadecim, 1 Iun.
 Richardi episcopi, 3 Apr/ regis,
 Febr. 7
 Richardis, 18 Sept.
 Richarij, 26 Apr.
 Ristrudis, 12 Maij/ 7 Feb/
 Rigoberti, 4 Ian.
 Rigomari, 24 Aug.
 Rixæ, Mar. 20
 Roberti Cisterciensis, 29 Apr/
 Aruerni, 24 Apr.
 Robustiani & Marci, 31 Aug.
 Rochi, 16 Aug.
 Rogatiani & Fel. 26 Oct.
 Rogerij, Ian. 4
 Rolandi, Iun. 16
 Rolendæ, 13 Maij.
 Romani Rothomagi, 23 Oct/
 Antifiodori/ 6 Oct/ Antio-
 chiæ, 18 Nou/ Lugduni, 21
 Feb/ Valliliæ, 22 Maij/ Bla-
 uij, 24 Nou/ militis, 9 Aug.
 melodi, 1 Oct.
 Romarici, 8 Dec.
 Romualdi, 19 Iun.
 Romuli, 25 Dec/ & Secundoli,
 24 Mar.
 Roperti Bingi, 15 Maij. Vide
 Rob. & Rup.
 Rufi Metis, 7 Nou/ discipuli
 Apostolorum, 21 Nou/ Ca-
 pupæ, 27 Aug/ cum Sozimo,
 18 Dec/ cum domo sua, 28
 Nou.
 Rufinæ & Secundæ, 10 Iul.
 Rufini, Assisij, Iul. 30/ Mantuæ,
 19 Aug/ & Valerij, 14 Iun/
 & Martiæ, 21 Iun/ cum
 Marco & Valerio, 16 Nou/
 cum Siluano & Vitalico, 4
 Sept.

Runtoldi

Rume
 Rump
 Rupe
 Rust
 uer
 & R
 Rutili

S Ab
 Sabina
 Sabina
 fess
 Ma
 Sabini
 tian
 Sacero
 Len
 Sadou
 Sagari
 Salabo
 Salom
 Salom
 Saloni
 Saluij,
 Sep
 big
 Salusti
 Samon
 Samse
 piti
 Samue
 Sancti
 Sande
 Sarij,
 Satur
 29 M
 Sifin
 14 C
 cum

INDEX SANCTORVM.

- Rumoldi, 1 Iul / 18 & 27 Oct.
 Rumpharij, 18 Nou.
 Ruperti, 27 Mar.
 Rustici Narbonæ, 26 Oct / Tre-
 ueris, 14 / Aruernæ, 24 Sep /
 & Firmi, 9 Aug.
 Rutili, cum duobus, 4 Iun.
 S.
S Abæ, 5 Dec / Gothi, Apr. 12 /
 ducis exercitus, 24 Apr.
 Sabinæ vtriusq. 29 Aug.
 Sabini martyr, Mar. 13 / con-
 fessoris, 11 Iul / & Papæ, 16
 Mar / cum alijs, 30 Dec.
 Sabiniani, 29 Ian / & Poten-
 tiani, 31 Dec / 19 Oct.
 Sacerdotis Lugduni, 12 Sep /
 Lemouicæ, 4 Maij.
 Sadoth, Feb. 21
 Sagaris, 6 Oct.
 Salabergæ, 21 Sep.
 Salomæ, 22 Oct.
 Salomonis martyr, 8 Feb.
 Salonis, 28 Sep.
 Saluij, Valencenis, 26 Iun / 7
 Sep / 15 Oct / Afri, 11 Ian / Al-
 bigensis, 10 Sep.
 Salustiani, 8 Iun.
 Samonis & Gurizæ, 15 Nou.
 Samsonis episcopi, 28 Iul / hof-
 pitis, 27 Iun /
 Samuelis, 20 Aug.
 Sanctini, 11 Oct.
 Sanderadi, 24 Aug.
 Sarij, 23 Nou.
 Saturnini, 27 Nou / Tolosæ,
 29 Nou / Calari, 30 Oct / &
 Sisinnij, 29 Nou / & Lupi,
 14 Oct / & Neopolis, 2 Maij /
 cum Thyrso & Victore, 31
 Ian / cum Theophilo & Re-
 uocata, 6 Febr / cum no-
 uem, 22 Mar / in Africa cum
 focijs, 12 Febr / cum 366,
 16 Oct.
 Satyri martyr, 12 Ian / con-
 fessoris, 18 Sep.
 Saurin. Vide Sabin.
 Schirionis, 22 Dec.
 Scholasticæ, 10 Feb.
 Scillitanorum, 17 Iul.
 Sebaldi, 19 Aug.
 Sebastiani, 20 Ian.
 Sebaudi, 26 Nou.
 Secundi, Victimilij, 26 Aug /
 Astæ, 30 Mar.
 Secundelli, 1 Aug.
 Secundini, 21 Maij.
 Secūdiani cum duobus, 9 Aug.
 Secundolæ, &c. 2 Mar.
 Segonis, 19 Sep.
 Seleuci, 24 Mar.
 Senatoris, 26 Sep.
 Sedomiriæ martyrum, Iun. 2
 Senoch, 24 Oct.
 Septem, fratrum, 10 Iul / filio-
 rum Symphorosæ, 27 Iun /
 29 Maij / 18 Iul / Minorum,
 13 Oct / virginum, 9 Apr /
 dormientium, 27 Iun. &
 Iul.
 70 discipulorum, 4 Ian.
 72 martyrum, 23 Feb.
 79 21 Febr.
 Sequani, 19 Sep.
 Seraphinæ, 29 Iul.
 Serapiæ, 3 Sep.
 Serapionis, Antiochiæ, 30 Oct /
 Alexandriæ, 14 Nou / Ana-
 choritæ, 21 Maij.
 Sereuzæ,

INDEX SANCTORVM.

- Serenæ, 16 Aug.
 Sereni, 2 Oct.
 Sergij papæ, 9 Sept/ martyris
 24 Feb/ & Bacchi, 7 Oct.
 Seruandi & Germani, 23 Oct.
 Seruatij, 13 Maij/ 7 Iun.
 Seruuli, 23 Dec.
 Seueræ, 20 Iul.
 Seueri, Rauenne, 1 Feb/ 22 Oct.
 Treueris, 15 Oct/ Viennæ/ 8
 Aug/ Barcinone, 6 Nou/ Ita-
 li, 15 Feb/
 Seuerij, 1 Feb.
 Seueriani Gabalis, 25 Ian/ Se-
 baste, 9 Sep/ & Aquilæ, 23
 Ian/ & duorum, 19 Nou.
 Seuerini Colonie, 23 Oct/ Nea-
 poli, 8 Ian/ Treueris, 21 Dec/
 Tiburt. 1 Nou/ Parisijs, 23
 Nouem/ Nantonis, 11 Febr.
 62 martyrum, 23 Feb.
 Sexburgis, 6 Iul.
 Siagrii Augustoduni, 27 Aug.
 Schariæ, 2 Feb.
 Scharij, Lugd. 11 Apr/ marty-
 ris, 2 Maij.
 Sidonij Aruernis, 23 Aug/
 Sidronij, 11 Iul.
 Sigeberti, Febr. 1
 Sigfridi, 15 Febr.
 Sigirami, 4 Dec.
 Sigismundi, 1 Maij.
 Sigonis, 10 Febr.
 Silæ, 13 Iul/
 Siluani, Gazæ, 4 Maij/ confes-
 foris, 22 Sep.
 Siluerij, 20 Iun.
 Siluestri, papæ, 31 Dec/ Cabilo-
 ne, 20 Nou/ Reomensis, 15
 Apr.
 Siluiani, 10 Febr.
 Siluij cum tribus, 7 Oct.
 Siluini, 17 Febr.
 Simeonis, prophetæ, 8 Oct/
 Treueris, 1 Iun/ Hierosoly-
 mis, 18 Febr/ Persæ, 21 Apr/
 Metis, 5 Ian/ Siculi, 27 Iul/
 Mantuæ, 26 Iul/ Carmelitæ,
 16 Maij/ sali, 21 Iul/ meta-
 phrastis, Nou. 27
 Similiani, 16 Iun.
 Simmitrij cum 22, 26 Maij.
 Simonis, 28 Oct/ Tridētini, 24
 Mart.
 Simperti, 13 Oct.
 Simplicij papæ, 1 Mar/ Augu-
 stoduni, 24 Iun/ cū duobus,
 29 Iul/
 Simpliciani, 13 Aug.
 Sindulphi, Viennæ, 10 Dec/ Re-
 mis, 20 Oct.
 Sincerij, 18 Sept.
 Sinisij, 1 Sept.
 Sireni, 23 Febr.
 Siria, 8 Iun.
 Sirciaci & Paulæ, 18 Iun.
 Siricij, 26 Nou.
 Siridonis, 2 Ian.
 Sifinnij cum duobus, 29 Maij.
 Sifoæ, 6 Iul.
 Siuardi, 1 Mar.
 Sixti primi, 6 Apr/ secundi, 6
 Aug/ Remis, 1 Sept.
 Socratis & Stephani, 17 Sept.
 Solæ, 3 Dec.
 Solennis, 25 Sep.
 Solinæ, 17 Oct.
 Solutoris cum duobus, 20 Ian.
 & Nou.
 Sophia, 30 Sept.

sophiæ,

foph
 Soph
 Soph
 Soph
 Soph
 Soph
 10
 Soter
 Re
 10
 Sozin
 ris
 Spati
 Speci
 Spei
 Spera
 Speu
 Spiri
 Stach
 Stani
 Stepl
 De
 pap
 28
 tun
 Fe
 8 M
 Steph
 Stilon
 Strate
 Sueffi
 Sulpi
 Ian
 21
 Suræ
 Susana
 8 C
 Svith
 Svith
 Symp

INDEX SANCTORVM

- Sophiæ, Febr. 15
 Sophoniæ, 3 Dec.
 Sophronij, 11 Mar.
 Solij, 23 Sep.
 Sospatriis, 25 Iun.
 Sosthenis, 28 Nou/ & Victoris;
 10 Sept.
 Soteris papæ, 22 Apr/ virginis
 Romæ, 6 Febr/ in Oriente,
 10 Febr.
 Sozimi papæ, 26 Dec / marty-
 ris, Iun. 19
 Spati, 25 Oct.
 Speciosa, 18 Mar.
 Spei cum tribus, 1 Aug.
 Sperati, 17 Iul.
 Speusippi cum sex, 17 Ian.
 Spiridonis, 14 Dec.
 Stachys, 31 Dec.
 Stanislai, 8 Maij.
 Stephani protomartyris, 26
 Dec/ 3 Aug/ regis, 20 Aug/
 papæ, 2 Aug. Constantinop.
 28 Nou/ 25 Maij/ Thaumatur-
 urgi, 28 Mar/ Grandimont.
 Febr. 13/ & Victoris, 1 Apr/
 8 Maij
 Stephanidis, 11 Nou/
 Stilonis, 7 Ian.
 Stratonis, 14 Aug.
 Sueffionensium eleuatio, Iun. 1
 Sulpitij pij, 17 Ian/ Seueri, 29
 Ian/ ad S. Giffenum, 27 Ian/
 21 Iul/ & Seruiliani, 20 Apr.
 Suræ, Febr. 10
 Susannæ, Romæ, 11 Aug/ Bliori.
 8 Oct.
 Svitberti, 1 Mar.
 Sviithuni, 2 & 15 Iul.
 Symphoriani, 22 Aug.
 Symphorosa, 18 Iul.
 Symphronij Olym. & c. 26 Iul/
 4 Dec.
 Syncreticæ, 5 Ian.
 Synesij, 21 Maij.
 Syntichæ, 22 Iul.
 Syrenei, 23 Febr.
 Syri Papiæ, 9 Dec/ 12 Sep / &
 Palatini, 30 Maij.
T Anchæ, 16 Oct.
 Tatianæ, 12 Ian.
 Taurini, 11 Aug.
 Telechildis, 10 Oct.
 Telesphori, 5 Ian.
 Terentij, 28 Oct/ & sociorum;
 10 Apr.
 terræmotus, 26 Oct.
 Thalalæi, 20 Maij.
 Tharaci cum duobus, 11 Oct.
 Tharasij, 15 Febr.
 Tharsitij, 15 Aug.
 Thebæorum, 22 Sept.
 Theclæ, 23 Sept.
 Theobaldi, 1 Iul.
 Theoctistes, Nou. 10
 Theoctesti, 4 Ian/ synascetæ
 Euthymij, 3 Sep.
 Theodardi, 10 Sept.
 Theodarij, 29 Oct.
 Theodgari, 30 Oct.
 Theodoli, 16 Aug.
 Theodolphi, 2 Maij.
 Theodoræ, 28 Apr/ 11 Sept/
 Romæ, 1 Apr/
 Theodori Antiochiæ, 23 Oct/
 Amasæ, 9 Nou/ ducis exer-
 citus, 8 Febr/ tyronis, 17 Febr/
 Papiæ, 20 Maij/ presbyteri
 Antiochiæ, 23 Mar/ Sicæi, 22
 Apr/ Studitæ, 11 Nou. disci-
 puli

INDEX SANCTORVM.

- puli Pachonij, 16 Maij/Per-
 gæ, 21 Apr/ in Trichine, 20
 Apr/ & Theophanis, 27
 Dec/ cum septem, 10 Mar/
 Theodori abbatis, 1 Iul/ Metis,
 Iul. 10/ Andaini, Aug. 24/
 Carmelitæ, 15 Oct. Vide
 Theodorus.
 Theodosiæ, 2 Apr.
 Theodosij cœnositæ, 11 Ian/
 imperatoris, Ian. 17
 Theodotæ cum tribus, 2 Aug.
 Theodoti, Laodiceæ, 2 Nou/
 Cyrenæ, 2 Mar/ Ancyra, 1
 Iun/ cum septem, 18 Aug.
 Theoduli & Agath. 5 Apr.
 Theodulphi, Remis, 1 Maij/
 Lobijs, 25 Iun.
 Theogenis, 26 Ian.
 Theonæ, 23 Aug.
 Theonesti, 30 Oct.
 Theopempti, 5 Ian.
 Theophanis, Niceæ, 11 Oct/
 Isaacij, 12 Mar.
 Theophili Antiochiæ, 13 Oct/
 pœnitentis, Feb. 5 / cum
 quinq. 13 Mar.
 Theophylacti episc. 8 Mar.
 Therapontis, 27 Maij.
 Thermes, Apr. 5
 Thomæ, Apostoli, 21 Dec/ 3
 Iul/ Aquinatis, 7 Mart/ Can-
 tuariensis, 29 Dec/ Here-
 fordensis, 2 Oct/ Malæ, 7
 Iul.
 Thrasæ, 5 Oct.
 Thrasonis cum duobus, 11 Dec.
 Thyrsi cum socijs, 4 Oct.
 Tiburtij, 11 Aug/ & duorum,
 14 Apr.
 Tichonis, 15 Iun.
 Tigridis & Remedij, 3 Feb.
 Tigernaci, 5 Apr.
 Timolai cum septem, Mar. 24
 Timonis, 19 Apr.
 Timothei discipuli, 24 Ian/
 Romæ, 22 Aug/ in Sym-
 bolis, 21 Feb/ Prusæ, 13
 Iun/ & Apollinaris, 23 Aug/
 & Fausti, 8 Sept/ & Dio-
 genis, 6 Apr/ & Mauræ, 3
 Maij/ & duorum, 21 Maij/
 Titi, 4 Ian.
 Torpetis, 17 Maij.
 Torquati cum sex, 15 Maij.
 Tranquillini, 6 Iul.
 300, 24 Aug.
 310, 9 Maij.
 360, 15 Oct.
 Trium militum, 2 Iul/ regum,
 22 Iul.
 30 militum, 1 Ian/ martyrum,
 22 Dec.
 33 in Melitene, 7 Nou.
 Triphillij, 13 Iun.
 Troiani vel Trophiani, 30
 Nou.
 Trophimi, 29 Dec/ cum duo-
 bus, 19 Sep.
 Trudonis, 23 Nou/ 11 Aug.
 Tryphonæ, 18 Oct.
 Tryphonis, 1 Feb/ & duorum,
 10 Nou/ & duodecim, 3 Iul.
 Turiani, 13 Iul.
 Turibij, 16 Apr.
 Tyberij cum duobus, 10 Nou.
 Tychici, 29 Apr.
 V Alentis, 21 Maij.
 Valentinæ, Iul. 25
 Valen.

Valenti
 tauin
 uer
 Nou
 store
 & A
 Valeria
 Rauc
 uicæ
 Valeria
 Dec/
 duob
 Valerij
 Vari, 1
 Vbaldi
 Vdalic
 Vedasti
 Venant
 mert
 Oct/
 Venera
 Venerij
 Verani,
 reliæ
 Verenæ
 Veri &
 Veriffin
 Veroli
 Verona
 Veroni
 Viatori
 Victori
 mani
 Maij/
 this, 1
 sis, 2
 Aug/
 Maij/
 Victo
 Sept/

INDEX SANCTORVM.

- Valentini vtriusq. 14 Febr. Patavini, Ian 7 / Oct. 29 / Treuerensis, 16 Iul / & Hilarij, 3 Nou / cum Solutore & Victore, 13 Nou / cum Nauali & Agricola, 16 Dec.
- Valeriæ in Hunecourt, 8 Oct / Rauennæ, 28 Apr / Lemo-uicæ, 10 Dec.
- Valeriani episcopi Afri, 13 Dec / Cabilone, 15 Sept / cum duobus, 17 Sep /
- Valerij Treueris, 29 Ian / Vari, 19 Oct.
- Vbaldi, 16 Maij.
- Vdalrici, 4 Iul.
- Vedasti, 6 Feb / vlti Sep / 5 Iul.
- Venantij episcopi, 1 Apr / Camerte, 18 Maij / abbatis, 13 Oct / martyr, 10 Oct.
- Venerandi, 18 Ian.
- Venerij, 13 Sep.
- Verani, Lugduni, 11 Nou / Aureliæ, 19 Oct.
- Verenæ, 1 Sep.
- Veri & Securi, 2 Dec.
- Verissimi & duarum, 1 Oct.
- Veroli cum 22, 21 Febr.
- Veronæ, 29 Aug.
- Veroni, 30 Mar / 31 Ian /
- Viatoris, 21 Oct.
- Victoris papæ, 28 Iul / Cermanis, 1 Sept / Mediolani, 8 Maij / Massiliæ, 21 Iul / Xanthis, 10 & 30 Oct / Archiatēsis, 26 Febr / Ceresani, 26 Aug / & Stephani, 1 Apr / 8 Maij / & Coronæ, 14 Maij / & Victorini, 6 Mar / & Vrli, 30 Sept / & Vrsini, 3 Apr / cum Alexandro & Mariano, 17 Oct / cum Stercatio, 24 Iul.
- Victoria, 23 Dec.
- Victoriani cum 4, 23 Mar.
- Victorici & duorum, 11 Dec.
- Victorini, Pictabionis, 2 Nou / Aminternæ, 5 Sept / cum pluribus, 25 Febr.
- Victricij, 7 Aug.
- Viginti martyrum, Tharsi, 6 Iun / Nicomediæ, 23 Dec / militum, 10 Dec.
- Vigoris, 1 Nou /
- Vincentij Cæsaraugustani, 28 Ian / Oct. 27 / Prædicatoris, 5 Apr / Caucoliberi, 19 Apr / Romæ, 14 Maij / Tiburti, 24 Iul / Pompei, 12 Iul / Sone-gijs, 24 Iul / 20 Sep / 29 Oct / Agennis, 9 Iun. & duorum, 22 Ian / & duarum, 27 Oct.
- Vincianæ, 11 Sep.
- Vindiciani, 25 Iun / 11 Mart.
- Vitaliani, 27 Ian.
- Vitalis, 28 Apr / 24 Oct / cum Reuocato & Fortunato, 9 Ian / cū Felicula & Zenone, 14 Febr /
- Viti cum duobus, 15 Iun.
- Vitoni, 9 Nou.
- Viucioli, 12 Iul.
- Viuentij, Versiaci, 13 Ian / Remis, 7 Sept.
- Viuianæ vel Bibianæ, 2 Dec.
- Viuiani, 28 Aug.
- Vlrani, 1 Maij.
- Vodali, 5 Febr.
- Volusiani, 18 Iart.
- Volkeri, Mar. 7

INDEX SANCTORVM.

- Vndecim millium, 21 Oct.
 Urbani, papæ 25 Maij/ Lingo-
 nis, Apr. 2
 Vrsatij, 16 Aug.
 Vrsi Trecis, 25 Iul/ Lucæ, 28
 Iul/ Antifiodori, 30 Iul/ Au-
 gustæ, 1 Febr/
 Vrsij, Maij, 3
 Vrsini, Biturigis, 9 Nou.
 Vrsicini, Rauennæ, 19 Iun.
 Vrsionis, 29 Sept.
 Vrsuari, 18 & 2 Apr/ 26 Mar/
 2 Oct/ 2 Iul/ 14 Oct.
 Vualburgæ, 1 Maij/ 4 Aug.
 Vualdedrudis, 3 Febr/ 12 Aug/
 2 Nou/
 Vualerici, 12 Dec/ 1 Apr/
 Vualis, 21 Maij. Vualteri, 3 Maij
 Vualtfridi cum suis / Iun. 22/
 Dec. 3
 Vualtgeri, 16 Nou.
 Vualperti, 2 Maij.
 Vuandregisili, 22 Iul/ 3 Sept/
 31 Mar.
 Vuangingi, 9 Ian.
 Vuarlesij & Luxoris, 20 Nou/
 Vuasulphi, 1 Oct.
 Vuenceslai, 28 Sept.
 Vuendelini, 20 Oct.
 Vuenefridæ, 3 Nou.
 Vuerenfridi, 14 Aug.
 Vuermebandi, 6 Apr/
 Vuernheri, Apr. 19
 Vuibrandis, 3 Iul.
 Vuigberti, 13 Aug.
 Vuilberadæ, 2 Maij.
 Vuilfridi, 12 Oct.
 Vuilibaldi, 7 Iul.
 Vuilgefortis, 20 Iul.
 Vuillebrordi, 7 Nou.
 Vuillehadi, 8 Nou.
 Villeici, 2 Mar.
 Vuimonis, Oct. 21
 Vuinnoci, 6 Nou/ 18 Sep/ 31
 Dec.
 Vuinualoci, 3 Mart/ 1 Aug.
 Vuironis, 8 Maij/
 Vuiteburgæ, Iul. 8.
 Vuuinæ, 17 Dec.
 Vulfæ/ 31 Ian.
 Vulfranni, 20 Mar.
 Vulgisi, 4 Feb/ & Apr.
 Vulmari, 20 Iul.
 Vuolbodonis, Apr. 21
 Vuolfelmi, Apr. 22
 Vuofgangi, 31 Oct.
 Vuoltani, 19 Ian.
 X.
 XEnæ, 24 Ian.
 Xenophontis, 26 Ian.
 Xystus, vide Sixtus.
 Y.
 Y Dubergæ, Maij 8. Vide I.
 Z.
 Z Achariæ, Prophetæ, 6 Sep
 patris baptiste, 5 Nou/ pa-
 pæ, 14 Mar/ Viënæ, 26 Maij
 Nicomediæ, 10 Iun.
 Zachæi, 23 Aug.
 Zenobij episcopi, 25 Maij
 presbyteri, 29 Oct/ & Ze-
 nobiæ 30 Oct/
 Zenonis, 8 Dec/ 12 Apr/ cum
 alijs, 9 Iul.
 Zepherini, 26 Aug. Zoæ, 5 Iul.
 Zoeli, 27 Dec. cum Seruulo &
 alijs, 24 Maij.
 Zoerardi, Maij. 1
 Zoili cum 19. 27 Iun.
 Zotici, 31 De/ cū tribus, 10 Feb.
 Cypriæ

D
moriam

Loqu
in carcer
zyrij glo
confessio

Au
P
ty
ad exc
rum co

T
r
auxiliu
nostran

Ha

P
cri
Ecclesi
lebrant

Q

*Cyprianus epist. 37. siue lib. 3.
epistola 6.*

DIES eorum, quibus excedunt, annotate,
vt commemorationes eorum inter me-
morias Martyrum celebrare possimus.

*Loquitur eoloci beatissimus Cyprianus de Confessoribus, qui
in carcere sine tortura excedebant, quibus consummatam mar-
tyrij gloriam tribuere non dubitat, eo quod eorum voluntati,
confessione, & vinculis, accesserit etiam moriendi terminus.*

August. lib. 20. contra Faustum, cap. 21.

POPVLVS Christianus memorias Mar-
tyrum religiosa solennitate concelebrat, &
ad excitandam imitationem, & vt meritis eo-
rum confocietur, atque orationibus adiuuetur.

*Bernardus, sermone in vigiliam
Petri & Pauli.*

TRIA sunt quæ in festiuitatibus Sancto-
rum vigilanter considerare debemus:
auxilium Sancti, exemplum eius, confusionem
nostram.

*Hadrianus Papa 1. in scripto de imagi-
nibus ad Carolum Magnum.*

PASSIONES sanctorum Martyrum, sa- Canō 13. Cō-
cilij Africā-
ni / 47. C. ar-
thag. tertij.
cri Canones censuerunt, vt liceat etiam in
Ecclesia legi, cum anniuersarij dies eorum ce-
lebrantur.

*Gelasius in Concilio septuaginta
Episcoporum.*

QUÆDAM tamen secundum auctorita-
tem antiquam, vel consuetudinem,
E 3 Iuguo

singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia
non leguntur, ne vel leuius subsannandi ori-
retur occasio.

*Gregorius homilia 39. Euan-
geliorum.*

AD amorem Dei, & proximi, plerun-
quæ corda audientium plus exempla, quam
verba, excitant.

Leo Sermone de S. Laurentio.

NVLORVM est utilior forma, quam
Martyrum eloquentia. Validiora sunt
exempla, quam verba: & plenius est opere
docere, quam voce.

*Ambrosius Sermone 92. de Naza-
rio & Celso.*

MAGNI periculi res est, si post Prophe-
tarum oracula, post Apostolorum testi-
monia, post Martyrum vulnera, veterem
idem, quasi nouellam discutere præsumas, &
post tam manifestos duces, in errore perma-
neas, & post morientium sudores, ociosa dispu-
tatione contendas. Veneremur ergo in Sancto-
rum Martyrum gloria fidem nostram.


*Sulpitius Severus dialogo primo, qui
Gallus inscribitur, Cap. 12.*

AD excitandam virtutum æmulationem
cui pauca non sufficiunt, multa non
proderunt.

QV

QVAE SEQVNTVR
COMMVNITER MARTY-
ROLOGIO PRAEMITTI
SOLENT.

PRÆFATIO IN SVBSE-
quens Martyrologij opus.

 OTANDVM, quòd licet
multi dederint operam ad
compilandum Martyrolo-
gium: tamen tres fuerunt,
qui præcipuè opus huius-
modi tradiderunt. Primus fuit Hierony-
mus, cuius operi præmittuntur duæ episto-
læ: videlicet, duorum Episcoporum ad
ipsum, & ipsius ad eos, inferiùs annotatæ.
Secundus fuit Beda, cuius operi assignatur
secundus Prologus: qui sic incipit, Festiui-
tates. Tertius fuit Vfsuardus Monachus:
cuius opus magis habetur in vsu apud
multas Ecclesias: quæ etiam creduntur
aliqua eius operi in locis varijs addidisse:
præcipuè de Sanctis & festis pertinentibus
ad easdem. Et huius est Martyrologium
subscriptum: quod nos pro maiori
parte duximus eligendum,
& præ alijs te-
nendum.

E 4

EPISTO-

EPISTOLA CHROMATII
ET HELIODORI EPISCOPORVM,
ad beatum Hieronymum de opere Mar-
tyrologij colligendo.

DOMINO sancto patri Hieronymo Chromatius & Heliodorus episcopi in Domino salutem. Cum religiosissimus Augustus Theodosius Mediolani urbem esset ingressus: uniuersosque Italia Episcopos ad se inuississet: & ob causam aliquantulorum episcoporum, qui ex Arianae fœce suas animas inquinassent, inquireret: contigit & nostram paruitatem in eodem adesse concilio: in quo cum dicenda dicta essent, & diffinienda diffinita, cœpit Christianissimus princeps sanctum Gregorium Cordubensis Ecclesie in eo præferre antistitem, quod omni die siue non ieiunans matutinas, siue ieiunans uespertinas explicans missas, eorumque martyrum quorum natalitia essent, plurimorum nomina memoraret. Factumque est, ut omnes pariter statueremus ad tuam scribere charitatem, ut famosissimos feriales de archiuis sancti Eusebii Cesareae Palestinae episcopi inquireret, Martyrum ad nos dirigas festa: ut possimus hoc officium per tuam sanctam industriam melius perfectiusque ad honorem Dei, Martyribus exhibere.

BEATI

5

BEATI HIERONYMI SV-
PER EO IPSO AD EOSDEM
responsio.



CROMATIO & Heliodoro sanctis Episcopis Hieronymus Presbyter. Constat Dominum nostrum IESVM CHRISTVM omni die Martyrum suorum triumphos excipere: quorum passiones a sancto Eusebio Cæsariensi Episcopo scriptas reperimus. Nam Constantinus Augustus cum Cæsareâ fuisset ingressus, & diceret memorato antistiti, vt peteret aliqua beneficia Cæsariensi Ecclesiæ profutura: legitur respondisse Eusebium: opibus suis Ecclesiã ditatam nulla petendi beneficia necessitate cõpelli: sibi tamẽ desiderium immobile extitisse, vt quicquid in Republica Romana gestum sit erga Sanctos Dei: iudices iudicibus succedentes in vniuerso orbe Romano sollicita perscrutatione monumẽta publica discutiẽdo perquirerent, & qui Martyrũ a quo iudice, in qua prouincia vel ciuitate, qua die, quãue perseuerãtia passionis suæ obtinuerunt palmã, de ipsis archiuis sublata ipsi Eusebio Regio iussu dirigeret. Vnde factum est, vt idoneus relator existens, & Ecclesiasticã Historiam retexeret: & omnium penẽ Martyrum Prouinciarum omnium Romanarum trophæa diligens historiographus declararet: quatenus omni die sacrificium Deo offerentes eorum nomina meminissent, studentes quã die ipso quo

*Vide cap.
secundum
libri de Mar-
tyrologijs.*

E 5 sacrifici-

sacrificium offertur, victores diaboli extitissent
 & Martyrij sui triumpho pollentes atque ouan-
 tes, ad Regem suum peruenissent Christum.
 Hac de causa singulorum mensium: singulo-
 rumque dierum festa conscripsimus, vt iubere
 dignabamini, perennem nostræ paruitatis me-
 moriam fore credentes, cum diebus omnibus
 per tot annorum spatia sancta sanctorum nomi-
 na fuerint festiuè celebrata. Et quoniam per sin-
 gulos dies diuersarum prouinciarum diuersa-
 rumque vrbium plusquam octingentorum &
 nongentorum Martyrum sunt nomina nomi-
 nata: vt nullus dies sit, qui non intra quingento-
 rum numerum reperiri possit ascriptus, exce-
 pto die Calendarum Ianuariarum: considerans
 inter innumerabiles turbas lectoris animum
 intra vnum mensem posse lassessere, ne id eue-
 niat, breuiter & succincte eorum qui sunt in
 amplissima festiuitate in suis locis tantum præ
 omnibus memoratus sum, vt amputato fastidio
 vnus de omnibus sufficiat libellus ascriptus:
 Sane in prima parte libelli omnium beatorum
 Apostolorum festa conscripsimus: vt dies
 varij non videantur diuidere, quos vna
 dignitas Apostolatus in coelesti
 gloria fecit esse sub-
 limes.

PRÆ

P R Æ F A T I O ,

Quæ in multis libris adscribitur B E D Æ ,
super opere Martyrologij : plures autem
ipsam excerptam dicunt ex libris Beati
A V G V S T I N I .



*E*stiuitates sanctorum Apostolorum seu Martyrum, antiqui patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt; ad excitandam imitationem; & vt meritis eorum associemur; atque orationibus adiuuemur: ita tamen vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, sacrificemus, quamuis in memorias martyrum construamus altaria. Nemo enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, dixit: Offerimus tibi Petre aut Paule aut Cypriane: sed quod offertur, Deo offertur, qui Martyres coronauit: & apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipsorum locorum amore maior affectus assurgat, ad augendam charitatem, & in illos quos imitari* possumus: & in illum quo adiuuante possumus. Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo in hac vita coluntur homines sancti Dei, quorum cor ad talem pro Evangelica veritate passionem paratum esse sentimus: sed illos tantò deuotiùs quantò securiùs, post incerta omnia superata: quos etiam fidentiori laude predicamus, iam in vita feliciore victores, quam in ista adhuc vsque pugnantes. At vero illo cultu qui Græcè *λατρεία* dicitur, sed Latine vno verbo dici non po-

Lib. 20. contra Faustū
cap. 21.

* possumus.

non po-

P R A E F A T I O

non potest, cum sit quaedam diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, inde idololatrae dicuntur, qui hoc etiam idolis exhibent. Nullo ergo modo aliquid tale offerimus, aut offerendum praecipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctae animae, vel cuiquam angelo. Et quisquis in hunc errorem labitur, corripitur per sanam doctrinam: siue ut corrigatur, siue ut condemnetur*: dum etiam ipsi sancti homines vel angeli exhiberi sibi nolunt quod Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis, quae per eos facta sunt, Lyaconij eis, tanquam dijs, immolare voluerunt: scissis enim vestibus, confitentes & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri vetuerunt. Apparuit & in Angelis, ut in Apocalypsi legimus, Angelum se adorari prohibentem, atque dicentem adoratori suo: Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum: Deum adora.] Honorandi sunt ergo martyres, propter imitationem: non adorandi, propter religionem: honorandi sunt charitate, non seruitute.

* siue ut
caueatur.

Act. 14.

Apoca. 19
& 22.

EPI.

EPISTOLA SEV PRÆFATIO
 VSVARDI MONACHI, AD CARO-

*lum Magnum, Regem Franciæ, & Imperato-
 rem, super opere Martyrologij.*



Omino Regum pijsimo, Ca-
 rolo Augusto, Vsvardus indi-
 gnus sacerdos ac monachus,
 perennē in Christo coronā. Mi-
 nimè latet vestrà celsitudinem
 sapiētissime Princeps, qualiter
 monemur in imitandis antiquorum studijs, vt
 quicquid in gestis præcipuè ecclesiastico do-
 gmati congruis minus perfectum inuentum
 fuerit, debeamus vel pro posse supplere, vel
 certè suppleri optare. Quæ res pia quidem so-
 litudine (vestro, si recordamini, iussu dignâter
 admoto) me ad hoc, etsi indignum, cōpulit, qua-
 tenus Sanctorū sacras atque anniuersariò reco-
 lēdas festiuitates, ex quibusdā præcedentiū pa-
 trū Martyrologijs, in quādam colligerē vnita-
 tem. Relebāque in ipsis eorundem solennita-
 tibus, quam multos propriæ negligentiae ex-
 cessus, quos etiam purgari tali cupiebam of-
 ficio. Præterea & venerabilium Hieronymi
 scilicet ac Bedæ presbyterorum, pijs quamuis
 succinctis, super hoc prouocabar descriptis.
 Quorum prior breuitati studens, alter verò
 quāplures kalendarum dies intactos relinquēs,
 multa inueniuntur huius operis præterijssē ne-
 cessaria: quos tamē sequutus, celsui & Flori me-
 morabilis viri latiora iam in eo ipso negotio se-
 qui vestigia, præsertim in secundo eiusdē libro.

Ibī

P R Æ F A T I O .

Ibi enim multa quæ in priori omiserat, & correxit & addidit. At si quid præter quod ab illis accepi, in hoc tempore auctum vel mutatum est, sagaci à me indagine id perquisitum agnosci poterit. Ceterum benignissime, idcirco hanc exiguitatis meæ præfatiunculâ huic opusculo inferere malui, vt sciretur non me in hoc vsum leuitatis conamine, sed potius vestris (vt erat dignum) paruïsse imperijs, catholicorum fidelium solitò consulentibus vtilitati. Vndè quod vestrum est obsecro, vt si iustum decernitur, propriæ tuitionis anchora roboretur, quò videlicet & præsentibus regalis examinis auctoritate, & futuris tantæ auctoritatis firmetur examine. Excellentiam magnitudinis vestræ per multa annorum curricula, Rex regum Dominus sua dignetur custodire potentia.

A M E N .

Prolo-

Prologus Adonis Episcopi
 TREVERENSIS, IN SVVM
 MARTYROLOGIVM.



SE P V T E S me in hoc opere in vacuum laborasse, & rem non necessariam executum fuisse, breuiter tibi causam facti aperiam. Primum fuit imperium, ac iussio sanctorum virorum, ne superessent dies absque nominibus Martyrum in Martyrologio. quod venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreuerat, & tantum notati erant. Deinde quoniam collecti vndique passionum codices in tantum succreuerunt, vt non solum præteritas dierum festiuitates, verum & aliorum, qui per totum annum ibi notatum positi erant, latius, & paulò apertius describerem, infirmioribus fratribus, & minus legere valentibus seruiens, vt ad laudem omnipotentis Dei, in memorijs Martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in paruo codicillo, quod multo labore alij per plures codices requirunt. Huic operi, vt dies Martyrum verissimè notarentur, qui confusi in
 Kalen-

P R A E F A T I O .

Kalendarijs satis inueniri solent , adiuu-
nos venerabile , & perantiquum Marty-
rologium ab vrbe Aquileia cuidam sancto
Episcopo à Pontifice Romano directum
& mihi postmodum à quodam religioso
Fratre aliquot diebus præstitum . Quo-
ego diligenti cura transcriptum , positum
apud Rhauennam , in capite huius operi
ponendum putauì . Passiones autem San-
ctorum paulò longius , maximè circa finem
Martyrologio huic insertas non mireris ,
cùm tibi ratio superius cur factum sit sus-
fecerit . Ora tamen impensissimè , obsecro
vt meritis illorum confocier , quorum
triumphos , & si minus quàm
dehui , excolere
optauì .

Salutatus in Christo, Vale:



MARTY.

MARTYROLOGIVM, PER SINGVLOS ANNI DIES.

MENSIS IANVARIVS HABET DIES XXXI.

Calendis Ianuarij: Luna

12. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1

Die 1 Ianuarij. A



CTAVÆ Natiuitatis Domini. & CIRCVCNCISIO Domini nostri Iesu Christi secundum carnem; quando sanctissimum nomen Iesus ei ab Angelo impositum, mundo innotuit,

Luc. 2. c.

amiquè decorauit exordium. Romæ, natalis sancti Almachij martyris, qui iubente Alipio vrbis præfecto, cum diceret, Hodie Octauæ diei Dominicæ sunt; cessate à superstitionibus idolorum: à gladiatoribus occisus est. Via Appia, coronæ militum triginta, sub Dioclitiano imperatore. Item Romæ, sanctæ Martinæ virginis; quæ sub Alexandro imperatore diuersis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio martyrii palmam adepta est. Apud Spoletum, sancti Concordij presbyteri & martyris, temporibus Antonini imperatoris. qui primo fustibus cæsus, dehinc equuleo suspensus, ac fame post in carcere maceratus, ibique Angelica visitatione consolatus, demum gladio vitam finiuit. In Cæsareâ Cappadociæ, depositio

F sancti

adiuu
Marty
sancto
ectum
ligio
Quo
positu
operi
n San
finem
reris
it sus
secro
rum

TY

- 5 sancti Basilij episcopi, cuius celebritas decimo octavo Calendas Iulij potissimum recolitur.
- 6 In Africa, beati Fulgentij, ecclesie Ruspensis episcopi. qui ob Catholicam fidem, & eximiam doctrinam, exilio relegatus, tandem ad propriam ecclesiam redire permissus, vita & verbo clarus, sancto fine quieuit. *b Huius vita virtutibus plena, habetur.* In territorio Lugdunensi, r monasterio Iurensum, sancti Eugendi abbatis. Cuius vita, virtutibus & miraculis plena refulsit.
- 7 Alexandria, sanctae Euphrosynae virginis. r Eodem die, sancti Magni martyris. *Et aliorum plurimorum Sanctorum, martyrum, confessorum, atque virginum, Respondetur, Deo gratias.*
- ¶ Apud Viennam Galliae, sancti Clari confessoris, abbas monasterij sancti Marcelli magnae sanctitatis. cuius & vita habetur †. Castro Mileduno, depositio sancti Aspasij confessoris: cuius ibidem nomini principalis ecclesia titulatur, licet vita penitus ignoretur.

Pag. 64 54-
vij.

ANNOTATIONES.

- 1 De Octavis Domini scribunt Ordo Romanus pag. 20 / Alcuinus pag. 38, 39.
- 2 De Almachio verba Martyrologij citat Alcuinus de officijs cap. 4.
- 3 Martinæ passionem, ex qua Ado Treurenensis episcopus multa transcripsit, habet tomus 1 Surij pag. 20.
- 4 Concordij similiter, pag. 22.
- 5 Basilij laudem habet hoc die Simeon Metaphrastes: sed vitæ eius auctores notabuntur iuxta Romanum Calendarium die 14 Iunij.
- 6 Fulgentij Ruspensis episcopi vitam scribit discipulus eius ad Felicianum episcopum, eiusdem successorem. Quam Beda meritò vocat virtutibus plenam. Edita est apud Surium: & edenda cum Fulgentij operibus, quibusdam nunquam editis, apud Plantinum.

7 Eugendi abbatis vitam discipulus eius fideliter con-
scripsit. pag. 57 Suriij.

8 De Euphrosyne, die 11 Februarij. * *Regulam autem hanc descripsimus.*

Quarto Nonas Ianuarij, Luna 2 Ian. B

13.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.2.1

Octava sancti Stephani. Apud Antiochiam,
passio beati Isidori episcopi. Et in Pon-
to, ciuitate Tomis, trium fratrum, Argæi, Nar-
cisi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio princi-
pe inter tirones comprehensus, cum noller mili-
tare, cæsus ad mortem, & diu in carcere mace-
ratus, atque in mare mersus, martyrium consum-
mauit. In Thebaide, sancti Macarij abbatis.

1 Apud Siluiniacum, sancti Odilonis abbatis,
cuius festiuitas, cum in Calendis habeatur, hic ta-
men plenius recolitur. 2 Apud Corbeiam, depositio
sancti Adalardi abbatis. 3 Ipso die, sancti Sirido-
nis episcopi. *Ausculta o fili præcepta magistri*

ANNOTATIONES.

1 De Macarijs vide tertiam annotationem 15 die Ianuar.

2 De Odilone. Sigebertus Gemblacensis in libro de
viris illustribus cap. 163. Petrus Damiani, Romanæ ec-
clesiæ septimus leuita, scripsit vitam Odilonis, quarti
abbatis Cluniacensis. Est pag. 48 Suriij, petente Hugone
quinto abbate Cluniaci, conscripta.

3 Adalardi vitam scripsit sanctus Ratbertus abbas, se-
xtus sancti Adalardi in Gallica Corbeia successor, qui &
Paschasius magis v̄sitate dicitur. Pag. 72 Suriij.

Tertio Nonas Ianuarij, Luna 3 Ian. C:

14.26.7.18.29/10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/30.11.22.3.1

Octava sancti Ioannis Euangelistæ. Romæ
via Appia, natale beati Antèri papæ. *al. Antèri*

F 2 Qui ros

- Qui passus est sub Maximino, & in cœmeterio
 2 Calixti sepultus. Eodem die sancti Petri, qui
 al. Aulo- apud ciuitatem † Aulanam crucis supplicio est
 nam. interemptus. In Hellespõto, sanctorum mar-
 tyrum, Cyrici, Primi, & Theogenis. Ciuitate
 3 Parisijs, sanctæ Genouefæ virginis. quæ à bea-
 to Germano Altifiodorenfi episcopo Christo
 dicata, admirandis virtutibus late clauit, &
 vsque ad octogesimum annum in Christi seruitute
 consenuit. Cuius corpus requiescit in conuentu
 Apostolorum Petri & Pauli in monte Parisijs.
 4 Die tertia, sancti prophætæ Malachie: & sancti
 De Dan. martyris Gordij. † Patauij, sancti Danielis mar-
 Scardeon. tyris. † Eadem die, sancti Florentij, Viennen-
 fol. 104. sis episcopi, & martyris, octauæ eiusdem vrbis †.
 † Ado An. ¶ 9 In pago Viromãdensi, inuentio corporis beati
 no 241. ipsius. † Item relatio capitis sancti Iacobi Apostoli,
 5 fratris sancti Ioannis, ad sancti Vedasti monasteriũ op-
 pidi Atrebatensis. Ipso die, obitus Angelæ de Fulgineo.

ANNOTATIONES.

- 1 Anteri, siue Anterotis, meminit Pontificale Capite
 20 / & Eusebius libro sexto cap. 22 / Rufini 20. Quod
 Vsuardus habet, [cum duodecim annis rexisset ecclesiã]
 ex contextu hic repono, propter discrepantiam.
 2 Petri Balsami apud Aulonam martyrium, habet Sur-
 rius pag. 96. Ipsum transtulit Anastasius Romanæ Sedis
 bibliothecarius.
 3 Genouefæ meminit Greg. Turonensis de gloria con-
 fessorum cap. 91. Historia vitæ eius scripta est per ano-
 nymum quidem, sed qui sub finem vitæ dicit, se post
 † tricenos annos ab obitu Genouefæ, animum appulisse
 ad describendam eius vitam. Eam mutato stylo habet
 Surius, pag. 102.
 4 Gordij militis & martyris inclytum certamen, bea-
 tissimus

Forrè tre-
 cebos.

tissimus episcopus Basilius enarravit, in hodierna eius
celebritate, ex historia eius notitia. Homilia 19.

544 Quintini hac die inuentionem, latè scribit Audoë-
nus, sanctus episcopus Rothomagēsis, libro 1 vitæ sancti
Eligij, cap. sexto. * *Exurgamus ergo tandem aliquando.*

Pridie Nonas Ianuarij, luna 4. Ian. D

15. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 1. 12. 23. 4. r

Octava sanctorum Innocentium. Item, na-
talis beati Titi. qui ordinatus ab Apo-
stolo Cretensium episcopus, ac prædicationis
officium fidelissimè complens, finem beatum
adeptus est: ibique sepultus apud ecclesiam, vbi
fuerat dignus minister constitutus. Apud A-
fricam, præclarissimorum martyrum, Aquilini,
Gemini, Eugenti, Martiani, Quinti,
Theodoti, & Tryphonis. quorum gesta ha-
bentur. Romæ, sanctorum, Prisci presby-
teri, & Priscilliani clerici, ac Benedictæ re-
ligiosæ sceminae, qui sub tempore Iuliani im-
peratoris, gladio martyrium consummaue-
runt. item Romæ, sanctæ Dafrosæ, vxoris
Fabiani martyris. quæ post interfecionem
ipsum, primum relegata exilio, deinde à præfa-
to principe capite iussa est puniri. Ciuitate
Bononia, Hermetis, Aggæi & Caij r *martyrum.*

Lingonis, sancti Gregorij episcopi & confessoris. 3
q cuius gesta habentur. Ipso die, natalis sancti Ri-
goberti †, Remensis archiepiscopi, & confessoris. † Surius.

Gandavi, p natale sanctæ Pharaïldis virginis. pag. 111.

g Die quarta, sancti Theoctisti ducis † in Cucumo. Fortè mona-
chorum. id
est, abbatia.

¶ & congregatio sanctorum septuaginta Apo-
stolorum.

E s Tuderti.

Tuderti Tusciæ, sancti Rogerij confessoris, Ordinis Minorum. Cuius memoria ibidem celebratur, consensu Gregorij noni. * Et quærens dominus in multitudine populi.

ANNOTATIONES.

- 1 Titi meminit Apostolus scribens ad eum/ 2 Cor. 2 7,8,12/Gal. 2/2 Timoth. 4/Eusebius 3 hist. eccl. Cap. 4/ Appendix Græci ad Hieronymi catalogum capite 12.
- 2 De Prisco, Priscilliano, Benedicta: & Dafrosa, gesta Pigmenij & Bibianæ Ms.
- 3 Gregorij Lingonensis vitam scribit sanctus Gregorius Turonensis de vita patrum Galliarum, capite, siue, ut ipse loquitur, libro septimo. De eodem idem libro 3. hist. Francorum cap. 19. & epitaphium Ms. sancti Fortunati episcopi.

5. Ian. E

Nonis Ianuarij, luna

16.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18. 29. 10.21/2. 13. 24. 51

† g Praefestū
Theophania
De Tel. Pō.
nificale c. 9

† **V**igilia Epiphaniæ Domini. Romæ, natalis beati Teléphori papæ. qui septimus post beatum Petrum Apostolum Pontifex ordinatus, illustre martyrium duxit.

- 1 Apud Antiochiam, sancti Simeonis monachi cuius vita & conuersatio satis extitit admirabilis. Eodem die, Eduardi regis Anglorum & confessoris. & Die quinta, sanctorum martyrum Theopempti & Theonæ. & sanctæ Syncreticæ.
- 2
- 3

Pag. 115
Suri.

¶ Apud Traiectum Gerlaci eremite, ex milite confessoris. Item, ut notat Metaphrastes, beatæ Apollinaris virginis †. * Sed interrogemus cum propheta dominum.

ANNOTATIONES.

Th. cap. 26
Philoshei.

1 De Simeone. Nicephorus libro 14 Eccl. Hist. cap. 51 Simeonis admiranda opera à multis quidem, qui ea oculis ipsi suis viderunt, memoriæ prodita sunt: Commodè autem & perpulchrè ea Theodoritus Cyri episcopus in Dei amantium historia est profecutus. Citatur à Damasceno libro 3 contra iconoclastas, & in septima synodo, actione quarta. Sequitur in Nicephoro, Historiam quoque eius post magnum Theodoritum, optime ei cognominis

minis Simeon Metapraſtes conſcripſit. Hic non extat. De eodem Enagrius Hiſtoriz Eccl. lib. 1 cap. 13, 14 / libro 6 cap. 22.

2 De Eduardo ex catalogo Scriptorum Brytanniæ. Osbertus de Stoke Clare, Londini, monachus ſancti Petri, dedicauit Alberico legato Innocentij ſecundi, librũ vnũ de vita Eduardi regis qui incipit, Reuerendiſſimo domino Alberico. Claruit An. 1136. Ealredus (Ethelredum plures vocant) ordinis Ciſtertiensis abbas in Rhieualle diœceſis Eboracensis, ſcripſit vitam Eduardi regis libris duobus. Incipit, Multis veterum ſtudio fuiſſe / & carmine, Cum tibi Laurenti cogar parere / De miraculis D. Eduardi incipiendo, Rebus humanis exemptus. Cl. an. 1164. Hiſtoria autem Eduardi impreſſa tomo 1 Suri, habet titulum ſancti Ealredi in Ms. exemplari Rubeg vallis. Cui etiam Surius ſubiicit eiufdem canonizationem per Alexandrum ſucceſſorem Innocentij.

3 Synclitices vitam, Auctore Athanaſio Alexandrino epifcopo, citat Nicephorus lib. 8 Hiſt. cap. 40.

Octauo idus Ianuarij, Luna 6 Ian. F

17. 29. 10. 21. 2 / 13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 3. 13. 25. 6

EPIPHANIA Domini. qua manifeſtari cepit. ¹
gentibus, cum eum Magi adorauerunt, Melchior, Baltazar & Iaffar. Simul hoc die Eccleſia gratam memoriam celebrat baptifmi eius ſacri, ^{Matth. 2}
& primi omnium miraculorum Chriſti, ac ſub illo. ^{Matth. 3}
ceterorum, quibus celebriter manifeſtata fuit ipſius ^{Ioan. 2}
diuinitas. In territorio Remenſi, paſſio ſanctę Macrę virginis. quę iubente Rictiouaro præfide, cum in ignem eſſet præcipitata, & permaſiſſet illæſa, deinde mamillis abſciſſis, & ſqualore carceris afflicta, ſuper teſtas etiam acutiſſimas ac prunas volutata, orans migravit ad Dominum. Redonis, ſancti Melanij epifcopi & ^{De Melan.}
confefſoris, qui poſt ſigna virtutum, iugiter in- ^{Tur. inglo.}
tentus ^{conf. c. 55.}

F 4 tentus

tentus caelo, migravit à saeculo. *Apud Famagustam civitatem Cypri, beati Petri Thomasi, patriarchae Constantinopolitani, doctoris percelebris, Ordinis Carmeli professoris. qui post plures de sacra Crucis inimicis victorias, postq̄ plures conscriptos libros, ac patrata miracula, die ac hora à se praesignatis, feliciter obdormiuit. Civitate Florentia, beati Andreae Carmelita, praesulis Fesulani, odore virtutifero longe lateque fulgurante splendescens.*

4 ¶ Barcinone, beati Raimundi confessoris, tertij magistri Ordinis Praedicatorum. qui licet non sit canonizatus, eius tamen festiuitas ex consensu Pauli quarti à Barcinonensibus celebratur postridie Epiphaniae Domini. Delphis in curia Beghinarum, obitus venerabilis Gertrudis de Oosten. cuius vita habetur †. Antiquitus, annunciatio diei Paschatis per diaconum * Qui timentes

¶ Ms. proli-
se.

ANNOTATIONES.

- 1 In Epiphaniarum seu manifestationum Christi Euangelicum festum extant Homiliae & doctissimi Commentarii, tam Patrum, quam recentiorum. De eodem festo, Ordo Romanus pag. 21/ Alcuinus pag. 39/ Canus lib. 11, locorum cap. 3, obiectione 4, 5 & 6, quibus respondet cap. 5.
- 2 Petri Thomae, siue Thomasi, vitam scripserunt, Philippus Mazerius Cancellarius regis Cypri, & Ioannes Faentinus, nondum impressi.
- 3 Andreae verò Corsini vita, qui Fesularum fuit prope Florentiam episcopus, doctè & eleganter conscripta est, apud Surium, pag. 143.
- 4 Item Raimundi breuiter ex Leandro Bononiensi, de illustribus viris Ordinis Praedicatorum.

7. Ian. G

Septimo Idus Ianuarij, Luna

Matth. 2

18. 30. 11. 22. 3/ 14. 25. 6. 17. 28/ 9. 20. 1. 12. 23/ 4. 15. 26. 7.

Relatio pueri Iesu ex Aegypto. Eodem die, beati Luciani, Antiochenae ecclesiae presby-

presbyteri & martyris. qui satis clara doctrina
& eloquentia, passus est Nicomediae ob con-
fessionem Christi, sub persecutione Maximini,
sepultusque est Helenopoli Bithyniae. Apud
Antiochiam, sancti Cleri diaconi. qui pro con-
fessionis gloria septies tortus, & in carcere diu
inacceratus, ad vltimum decollatus, martyrium
consummauit. Ciuitate Heraclaea, Felicis
& Ianuarij. ¹ Ipso die, sancti Iuliani. Item ²
Papiae, Crispini episcopi & confessoris. ³ Ipso die,
sancti Canuti, ducis Daciae & martyris, filij Erici
regis. qui passus est anno millesimo centesimo tri-
gesimo. Solemniaco monasterio, beati Stilonis
monachi.

¶ Patauij, beatissimi Valentini, episcopi Rhætiarum.
Tremoniae dioecesi Agrippinensi, translatio sancti Rei-
noldi monachi. qui à lapicidis, quibus erat praefectus,
Coloniae martyrium est perpeffus. Inde Tremoniam
translatus, cum ab archiepiscopo Coloniensi Tremo-
nienfes sibi corpus alicuius sancti dari postularent, quo-
eorum terra reuerentior esset, & ab hostibus securior.

Ex Rein.
historia, par-
te 2. Legen-
da.

ANNOTATIONES.

- 1 De Luciano, Eusebius libro 9 cap. 5: 6 Rufini / libro
8 cap. 25. quod est 14 Rufini / Hieronymus de viris illu-
stribus cap. 87 / Metaphrastes pag. 148 Suriij. De alio,
Origenes libro 2 in Iob.
- 2 De Crispino Euodius, siue Enodius episcopus, in vita
S. Epiphaniij to. 1 Suriij, pag. 527.
- 3 Kanuti huius martyrium scribit Saxo Grammaticus
libro decimo tertio historiae Danorum, ad Voldemercum
regem.
- 4 Valentini Ms. vita incipit, In ciuitate Patauiensi in-
uentum est sub nostro æuo corpus sanctissimi venerandi
confessoris Christi Valentini episcopi, temporibus Cal-
listi papæ, anno Dominicæ incarnationis 1090.
- * Ideo nobis propter emendationem. F 5 Sexto

8. Iaa. A

Sexto Idus Ianuarij,

luna

19. 1. 12. 23. 4/15. 26. 7. 18. 29/10. 21. 2. 13. 24/ 5. 16. 27.

N Neapoli Campaniæ, natale sancti Severi
qui Severinus post multarum virtutum
perpetrationem, plenus sanctitate quieuit. B
luaci, sanctorum martyrum, Luciani presbyteri
Maximiani & Iuliani. quorum Maximianus
Iulianus primo à persecutoribus gladio pun
sunt: deinde beatus Lucianus post nimiam ca
dem, cum Christi nomen viua voce confite
non timuisset, priorum sententiam & ipse ex
cepit. Eodem die, sancti Eugeniiani martyri

*Augustoduni, depositio sancti Egemonij, episcopi
& confessoris. Apud Bruxellam, p depositio sancti
Gudila virginis*. cuius sacri corporis reliquie
† ibidem venerantur. ¶ Ad cuius tumultum apud
Ham Brabantia tempore hiberno populus arborum
sine manibus putantium mox excreuit, & virens
nemo fronduit. Quorum vtrumque fecit Deus
officio quo nouit & voluit: & potestate qua valuit
in testimonium eiusdem virginis, in domo Domini
vt palma florentis. Treca, sancti Frodoberti
abbatis. Ratispona, beati Erardi pontificis &
confessoris. ¶ Metis ciuitate, sancti Patientis episcopi
& confessoris. Eodem die, sancti Maximiani
Papiensis episcopi & confessoris. ¶ Die octaua
sanctæ matris Domnicæ: & sanctorum pa
trum Georgij Chozebisti, & Emiliani confes
soris.*

P patrona
nostra
† p hic
Vita Gudila
extat pag.
165 Surijs.

2 ¶ Eodem die, beati Laurentij Iustiniani.
* Constituenda est ergo à nobis.

ANNOTATIONES.

1. De Seuerino Noricorum Apostolo. Isidorus de viris illustribus cap. 14: Eugippius abbas, ad quendam Paschasium diaconem, libellum de vita sancti Seuerini monachi transmissura, breui stylo composuit. pag. 153 Surijs. De eodem Lazius, in commentarijs Reip. Romanæ, lib. 12. cap. 7. In Vsuardo expunxi ea verba, [episcopi & confessoris, fratris beatissimi Victorini martyris.] Hunc enim Ado habet Nonis Septembris. Seuerinū verò Noricorum Apostolum hoc die obiisse, & Neapolim translatum esse, constat ex Eugippio, qui vtrumque habet, & ex Paulo diacono, qui posterius afferit lib. 1. de gestis Longobardorū, cap. 12. Quare Vsuardo addita putarim quæ expunxi: aut ipsum errando duos Seuerinos confudisse.

2. De Laurentio. Trithemius de scriptoribus ecclesiasticis. Laurentius Iustinianus Venetus patriarcha claruit An. 1410. Ad cuius tumbā Venetijs multa miracula diuinitus fiūt. Eius vitā Bernardus Iustinianus, nepos ipsius, luculenter descripsit. Editus est cū operibus patrui sui.

Quinto Idus Ianuarij, luna

9 Ian. B.

20. 2. 15. 24. 5 / 16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9

A Pud Antiochiam, sub Dioclitiano & Maximiano, natalis sanctorum, Iuliani & Basilissæ virginis, vxoris eius. quorum miræ passiones leguntur. *b* *Hi sanctissimo voto casti coniuges, carnem suam virginem Christo seruantes, monasteria de rebus suis instituerunt, vt ad decem millia monachorum pater, beatus Iulianus fieret: Basilissa verò multarum virginum mater.*

Ex quorum etiam collegio venerabilis multitudo sacerdotum & ministrorum Ecclesiæ Christi, igne cremata est, quæ ad eos confugerat propter immanitatem persecutionis. Post quos Antonius presbyter Anastasius, & Celsus puer, vnà cum matre, atque alij plures passi

passi

passi sunt. In Mauritania Cæsariensi, sanctæ
Martianæ, virginis & martyris. Apud Smyr-
nam, sanctorum, Vitalis, Renocati & For-
nati. In Cantia, Adriani abbatis & confessoris.
De Adriano In Nortmannia depositio beati Vuaningi confessoris,
Beda l. 4. hic nobile monasterium Fiscanense fundavit,
bist. c. 1, 2, Leodegarium exulem fouit.
& 21.

ANNOTATIO.

¹ Iuliani, Basilissæ, & reliquorum, miræ passiones habent sub initium, Nos qui nostris oculis vidimus, Marti-
tyrum facta conscribimus: apud Metaphrastem & Sy-
rium pag. 193. * Monachorum quatuor esse Geneva.

10. Ian. C

Quarto Idus Ianuarij, luna

Act. 6.

21. 3. 14. 25. 6/17. 28. 9. 20. 1/12. 23. 4. 15. 26/7. 18. 29.

*De Mar. Me-
taph. pag.
215.*

A Pud Cyprum, beati Nicænoris, diaconi de-
septem primis. qui gratia fidei & virtutis
admirandus, gloriosè coronatus est. In The-
baide, natalis beati Pauli primi eremitæ. *Sed
transfertur post Octauas Epiphaniæ, ad diem decimum
quintum mensis eiusdem. Bituricas, na-*
¹ *talis sancti Guilelmi eiusdem vrbis archiepiscopi
vita & miraculis gloriosi. 8 Die decima, sancti*
² *Domitiani episcopi Melitinæ. Et sancti Mar-*
ciani, presbyteri & æconomi magnæ ecclesiæ.

ANNOTATIONES.

¹ Guilelmi Bituricensis vita Ms. extat in Rubra valle,
suppresso nomine auctoris. Quem tamen ex ipsa histo-
ria constat Bituricensem fuisse, & aliquos bonæ memo-
riæ vidisse, qui ipsi potestati sunt, sese à sancto Guilel-
mo sanatos esse. Inde suum compendium habet Surius
pag. 223.

2 De

De Domitiano Euagrius lib. 6 Hist. Eccl. cap. 17
 * Abbas qui præesse dignus est Monasterio.

Tertio Idus Ianuarij, Luna

11 Ian. D

22. 4. 15. 26. 7/18. 29. 10. 21. 2/13. 24. 5. 16. 27/8. 19. 30. 11

IN Africa, natalis sancti Saluij. In huius natali sanctus Augustinus verbum fecit ad populum Chartagini*. Apud Alexandriam, sanctorum confessorum, Petri, Seueri, Leucij. quorum gesta habentur. *1 Eodem die sancti Higinij papæ (& martyris). hic composuit clerum, & distribuit gradus. 2 Vigornia, sancti Eguini episcopi & confessoris. 3 Die vndecima, sancti patris Theodosij cœnobiarchæ.*

Testatur idē
 Posidius c.
 3. & vlt. Ino
 diculi.

1
 2
 3

¶ Colonia, obitus Iasparis, tertij regis. festum duplex. Cæsareæ Palestinæ, sancti Petri ascetæ, id est, religiosi, siue monachi. qui sæpe rogatus vt adolescētia suæ parceret, eorum exhortationibus neglectis, per ignem velut aurum purissimum, fidem in Christum excelso animo probauit. * Memor sit semper Abbas.

Ib. 8. Hist.
 Eccl. c. 20
 Eusebij.

ANNOTATIONES.

- 1 De Hygino, Pontificale capite siue pontifice 10, & Onuphrius ad Platinam. Martyris titulo honoratur, vt alij nonnulli, quia pro Christi cōfessione multa passus est.
- 2 De Eguino, Catalogus Scriptorum Brytanniæ habet Brituualdum Glasconium Cantiorum episcopum scripsisse vitam Eguini Vuicciorum pontificis: obiisse anno 731. De eodem, Legenda Sanctorum Angliæ.
- 3 Theodosij cœnobiarchæ sanctam vitam scribit hoc die prolixè Simeon Metaphrastes.

Pridie Idus Ianuarij,

Luna

12 Ian. E

23. 5. 16. 27. 8/19. 30. 11. 22. 3/14. 25. 6. 17. 28/9. 20. 1. 12

APud Achaiam, natalis beati Satyri martyris. qui transiens ante quoddam idolum, cum

cum exufflasset illud, signans sibi frontem; st-
tim corruit. ob quam causam decollatus est.

- 1 Eodem die, sancti Arcadij martyris, genere
miraculis clari. *Vuirimuda in Anglia, sancti*
- 2 *Benedicti primi abbatis. Item, sancti Ioanni*
episcopi Hierosolymitane ecclesie, Ordinis Ca-
meli professoris. 8 Die duodecima, sancta ma-
*tyris Tattiana. * Non ab eo perzona in monast. cri.*

¶ Evangel.
** Ergo cum aliquis.*

¶ Plebs Ithacia suum pridie recolit Cyriacum.

ANNOTATIONES.

- 1 Arcadij passionem, ex sermonibus Zenonis Veronen-
sis episcopi, habet Surius pag. 259.
- 2 de Benedicto Anglo. Beda ad finem historiae Angli-
rum. Scripsi historiam abbatum monasterij Apostolo-
rum Petri & Pauli, in quo supernae pietati deseruire ga-
deo, Benedicti, Ceolfridi & Vuertberti, in libellis duo-
bus. Hi nondum impressi sunt, sed tantum Bedae homilia
in natalem eius, tomo 7, in parte hiemali de Sanctis.

13 Ian. F

Idibus Ianuarij, Luna

24. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13.

Octava Epiphaniae. Romae, via Lauicana
coronae militum quadraginta. quas sub
Gallieno imperatore pro confessione verae fidei
percipere meruerunt. Pictavis ciuitate, nata-
lis sancti Hilarij episcopi & confessoris. *Dis-*
fertur in diem sequentem. Remis metropoli,
depositio sancti, Remigij episcopi & confesso-
ris eximia virtutis. Cuius sanctitatis praeco-
nium, merito credulitatis suae, gens Francorum
debitae venerationis cultu celebriter recolit.

De Remi.
cal. Off.

- 1 Ipso die Verfiaco, sancti Vuentij confesso-
ris. ¶ Treuiris, beati Agritij episcopi & confes-
saris. hic dum esset patriarcha Antiochenus, per
beatam

beatam
ad eand
nam, j
post san
etorum
¶ In
& confe
clusa, vi

1 De A
tum de
2 Her
Metaph
3 De K
A saphu
tur) con
Claruit
4 Iuē
dominu
Anno 12

Deci
25. 7. 18.

PIE
sc
dem q
ter alia
uerit.
Felicis
beatus
toribu
testuli
ab Ang
die, san

beatam Helenam, ob roborationem fidei Catholicae, ad eandem urbem transmissus est. *b* Apud Vienne, sancti Veri † episcopi. qui praesedit ecclesiae post sanctum Euanthium. *g* Die decima tertia, sanctorum martyrum Hermylī & Stratonici.

¶ In Scotia, sancti Kentegerni, episcopi Glascoënsis, & confessoris. In territorio Leodiensi, obiit Iueta reclusa, vidua valde sancta. *Non ab eo persona in Monasterio.*

Ado Anno
583
2
3
4

ANNOTATIONES.

- 1 De Agritio indicant Pandectae vniuersales Lambertum de Legia.
- 2 Hermylī & Stratonici martyrium habet Simcon Metaphrastes pag. 260.
- 3 De Kentegerno ex catalogo Scriptorum Brytanniae. Afaphus episcopus (vnde Afaphensis diocesis appellatur) composuisse dicitur vitam magistri sui Kentegerni. Claruit Anno 590.
- 4 Iuetae vita extat Ms. auctore Hugone Floreffensi, ad dominum Ioannem Floreffie abbatem, qui eam sepeliuit Anno 1227. * *In d. l. in itaque in d. l. 4.*

Decimo nono Calendas Februarij, luna 14 Ian. ☾

25. 7. 18. 29. 10/21. 2. 13. 24. 5/16. 27. 8. 19. 30/11. 22. 3. 14

Pictavis ciuitate, natalis sancti Hilarij episcopi & confessoris. qui ob Catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes fertur, quod mortuum suscitauerit. Apud Nolam Campaniae, natale sancti Felicis presbyteri ac confessoris. de quo scribit beatus Paulinus episcopus, quia cum a persecutoribus in carcerem mitteretur, & cochleis ac testulis vinctus superpositus iaceret, per noctem ab Angelo solutus atque eductus sit. Eodem die, sancti Euphrasij episcopi. *Apud Spoletum, p passio*

1
2
Natali 4/
in editione
Plantini, 2.

- 3 p passio sancti Pontiani martyris pretiosi, temp
ribus Antonini Imperatoris, sub iudice Fabiano
Cuius reliquiæ habentur in Traiecto inferiori.
b Apud Viennam, sancti Caldeoldi episcopi. g D
4 decima quarta, sanctorum patrum in Syna & Rho
thi interfeutorum.

¶ Mediolani, sancti Datij episcopi. de quo in dialog
Lib. 3. c. 4. beati Gregorij. Hic ponitur, cum pluribus eius loci ep
scopis, in Litanij Ecclesiæ Mediolanensis.
* In doctrina.

ANNO TATIONES.

- 1 De Hilario. Gregorius Turonensis de gloria con
fessorum, cap. 2. Ad Hilarij sepulchrum beatum, multa
quidem virtutes ostensæ narrantur, quas liber vitæ con
tinet. Liber vitæ eius, posterior videlicet. Vterque
extat ad Pascentium papam, auctore Fortunato Picta
uorum episcopo. pag. 264 Suriij.
2 De Felice. Beda in fine historiæ Anglorum. Librum
vitæ & passionis sancti Felicis confessoris de metrico
Paulini opere in profam transtuli. tomo tertio. Ideo
fecit Marcellus presbyter, ad dominum atque in Christo
florentissimum Leonem Nolanum episcopum, Ms. Me
minit eiusdem confessoris Augustinus epist. 137 / de co
ra pro mortuis cap. 16 / item Ado in Martyrologio.
3 Pontiani martyrium scribunt Vsuardus, & latine
Ado 19 die Ianuarij, ex ipsius passione. pag. 305 Suriij.
4 De eremitis in Syna & circumcirca interfectis, Nilu
monachus apud Metaphrastem pag. 312.

23 Ian. A Decimo octauo Calendas Februarij, luna
26.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.11

- 1 **I**N Thebaide, natalis beati Pauli primi ere
mitæ. cuius animam inter Apostolorum &
prophetarum choros ad cælum ferri ab Ange
lis, sanctus Antonius vidit. In Iudæa, * Aba
cuc & Michææ prophetarum. quorum corpora
sub Arcadio imperatore, diuina reuelatione re
perta

perta
abba
lis ce
vitæ,
Arue
cuius
Ande
fessor
dicti
tum i
eum p
tata)
cit. de
gloria
Paris
& col
Iesu.
berti,
etum.
fit.
lybitæ
Chryso

1 De
cap. ult
primi.
larij, &
2 Aba
lib. 9. t
cap. 28
3 De
4/ Socr
siodoru

perta sunt. Apud Ægyptum, beati Macarij ³
 abbatis, discipuli beati Antonij, vita & miracu- ³
 lis celeberrimi. item sancti Isidori, sanctitate ³
 vitæ, fideque ac miraculis præclari. Ciuitate ⁴
 Aruernis, sancti Boniti episcopi & confessoris, ⁴
 cuius vita virtutibus refulsit. In territorio ⁵
 Andegauensi, sancti Mauri abbatis, & con- ⁵
 fessoris atque leuitæ, & discipuli sanctissimi Bene- ⁵
 dicti. cuius disciplinis ab infantia eruditus, quan- ⁵
 tum in ijsdem profecerit, inter nonnulla quæ apud ^{Greg. 2 dialo}
 eum positus gessit, (res noua & post Petrum inusi- ^{c. 7}
 tata) etiam super aquas pedibus incedens patefe- ⁶
 cit. de hinc in Gallias ab ipso directus, miraculorum ⁶
 gloria clarus, in pace quieuit. q Cuius corpus, iuxta ⁶
 Parisium urbem magnifice collocatum, honoratur ⁶
 & colitur. Item, celebratio dulcissimi nominis ⁶
 Iesu. Eodem die Malbodij, depositio beati Able- ⁶
 berti, seu Emeberti, Cameracensis episcopi, qui san- ⁶
 ctum Autbertum in Cameracensi episcopatu præces- ⁶
 sit. g Die decima quinta, sancti patris Ioannis ca- ⁷
 lybitæ. q Cuius pretioso capitis thesauro vrbs ⁷
 Chrysolitana incomparabiliter ditatur. * Meminisse semper.

ANNOTATIONES.

- 1 De Paulo Thebæo. Hieronymus de viris illustribus cap. vltimo. Scripsi vitam Pauli monachi: in fine tomi primi. Quam cum omni honore suscipit Concilium Gelasij, & septuaginta episcoporum.
- 2 Abacuc & Michææ inuentionem scribit Cassiodorus lib. 9. tripartitæ historiæ cap. 49. ex Sozomeno libro 7. cap. 28.
- 3 De Macarijs & Isidoro, Rufinus lib. 11. hist. eccl. cap. 4/Socrates lib. 4. cap. 18/Sozomenus lib. 3. cap. 13/Cassiodorus lib. 7. cap. 39/lib. 8. cap. 1.

G

4 Bonitâ

4 Boniti Aruernorum, siue Claromontensis episcopi vita, cum non extaret, beatissimi patres Adelphius & Eucherius eam describi iusserunt. Extat paraphrastica omiſſa ad eos præfatione, pag. 352. Suriij.

5 De Mauro. Sigebertus Geinblacensis de viris illustribus cap. 13. Faustus discipulus sancti Benedicti, ab ipſo Benedicto missus ad Gallias, cum Mauro eius monacho vitam Mauri monachi descripsit]. Quam Papa Bonifacius sua sancta authoritate approbavit, vt habet prologus ipsius Faustii, pag. 337 Suriij. Habet etiã Rubra vallis epistolam Odonis primi abbatis Glannafolij in territorio Cenomanensi, cum libro de inuentione & translationibus sancti Mauri.

6 De nomine Iesu, ordinationem festi & officij per Clementem septimum, cum annotatione indulgentiarum ab eo concessarum anno 1530, excudebat Antwerpæ Michael Hillenius An. 34, vnico octernione. Est & apud Bernardum de hoc nomine iubilus, & super Cantica sermões, 14 & 15.

7 Ioannes. qui calybam siue tugurium inhabitauit, patriã fuit Romanus: hoc est, vt arbitror, Constantinopolitanus. Scribunt de eo Metaphrastes hac die, & Breviarium Bisfontinæ ecclesiæ, quæ vrbs etiam Chrysopolis dicitur.

16. Ian. B

Decima septima Calendas Februarij, luna

27.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16

1 **R**omæ, via Salaria, natale sancti Marcelli papæ. qui ob catholicæ fidei defensionem iubente Maximiano tyranno, primo fustibus cæsus, deinde ad seruitium animalium cum custodia publica deputatus, post multos annos ibidem seruiendo amictu indutus cilicino, defunctus est. Apud Arelaten, beati Honorati episcopi. cuius vita, doctrina & miraculis illustris fuit. Item ciuitate

tate Odobergia, sancti Ticiani, episcopi & confessoris. Perona monasterio, sancti Fursei confessoris. cuius gesta habentur. 1 Eodem die apud Marochium, passio beatorum martyrum, Berardi, Petri, Accursij, Adinti & Ottonis, 9 de Ordine Minorum. qui zelo diuino succensi, & flagrantes amore martyrij, cum ad prædicandum Christi Euangelium ad partes infidelium transfretassent, à rege Marochij pro Christi nomine martyrio coronati sunt. Quorum venerandas reliquias dominus Petrus Infans, à Marochio detulit, & in monasterio sanctæ Crucis de Colimbria venerabiliter collocavit. 1 Romæ sanctæ Priscille †.

¶ 9 cuius Paulus meminit in Actibus Apostolorum. 8 Die decima sexta adoratio pretiosæ catenæ sanctissimi & benedictissimi Apostoli Petri.

p Ipso die, inuentio corporis beatissimi Foillani martyris, in Ampolin †. & Ante omnia. ne diss:

De qua foris
Gesta Marcelli.

Act. 18.

5

Vita Gertrudis l. 2
cap. 15

ANNOTATIONES.

1 Gesta Marcelli papæ habet Surius pag. 361. quæ per Romanæ Ecclesiæ Notarios conscripta, in Martyrologijs frequentissimè citantur, & ab Amalario Antiphonarij 28 capite. De eodem Pontificale cap. 31. Verso notabitur 5 iduum Septembris.

2 De Honorato Sanctus Isidorus de viris illustribus capite 16. Hilarius Arelatensis episcopus scripsit vitam prædecessoris sui, sanctissimi ac venerabilis Honorati, suaui ac præclaro præditam eloquio. Idem Bedæ testatur quinta die Maij, verbis Gennadij. Nondum tamen est excusa: sed alia, Parisijs libris tribus, longe inferioris auctoritatis.

3 De Furseo confessorè, & fratribus eius, Foillano &

G 2

Vltimo,

Vitano, prolixè Beda lib. 3. Historiæ cap. 19. vbi in fine Capituli concludit, Quæ cuncta in libello eius sufficientius, & de alijs commilitonibus ipsius, quisquis legerit, inueniet. verbatim videlicet apud Surium pag. 365. non tamen de alijs commilitonibus. Quare putarim libellum de vita Fursey excusum, non integre prodijisse.

4 Quinque Minorum passio habetur in Breuiario Minorum antiquato, in Officio quod edidit Ioannes Tiferandus, Ordinis eiusdem Doctor Theologus, & pag. 372 Surij.

5 Petri Apostoli catenarum & gladij laudationem, habet Metaphrastes 16. Ianuarij to. 7 Aloysij.

17. Ian. C Decimo sexto Calendas Februarij, Luna

28. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 27. 8 / 19. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17

¹
Aug. in præ-
fat. de doct.
Christ.

A Pud Thebaidem, beati Antonij monachi, ^b qui sine vlla scientia literarum, Scripturas diuinas & memoriter audiendo intellexisse, & prudenter cogitando, tenuisse prædicatur: J multorumque monachorum pater, vita præclarissimus vixit. Cuius corpus sub Iustiniano imperatore, diuina reuelatione Alexandriam delatum est, atque in ecclesia sancti Ioannis Baptistæ humatum.

Lingonis, natale sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi. qui cum essent viginti quinque annorum, cum auia sua Leonilla, & Ionilla, & Neone, martyrio coronati sunt, tempore Aureliani † imperatoris. a Turbon autem scribens victorias confitentium Dominum, non post multum temporis martyrium perpeffus est.

²
id est, Aure-
lij.

³ Bituricas ciuitate, depositio sancti Sulpitij episcopi, cuius vita & mors pretiosa, gloriosis miraculis commendatur. Eodem die sancti Genulphi primi episcopi Cathurcensis, & confessoris.

¶ Ipso

¶ Ipso die, obiit Theodosius imperator Mediolani. in cuius mortem orationem habuit sanctissimus antistes Ambrosius, in celebritate quadragesimi diei obitus *tomo 3^a* ipsius, Honorio principe, filio eius, assistente. * *Quotiens aliqua 10.*

ANNOTATIONES.

1 De Antonio. Hieronymus de viris illustribus cap. 98. Antonij monachi vitam Athanasius Alexandrinus episcopus insigni volumine persecutus est]: qui ad præbendam ei aquam non paululum temporis cum eo fuit. Ibidem Hieronymus cap. 135. Euagrius Antiochiæ episcopus, vitam beati Antonij de Græco Athanasij in nostrum sermonem transtulit. pag. 381 Suriij. De eodem Augustinus lib. 8 confessionum / Chrysof. hom. 8 in Math. sub finem / Cassiodorus lib. 1 tripart. cap. 11 ex Sozomeno lib. 1 cap. 13 / Rufinus, 10 hist. eccl. cap. 8 / & 11 cap. 7 / Theodoritus lib. 4 cap. 27. al. 25 / & alij.

2 Ter geminorum passio à Neone primum conscripta, (is enim, Adone teste, exceptor erat gestorum) incipit pag. 376 Suriij, Sancto & à me pontificali apice præferendo Ceranno papæ Vuariharius. Fuit autem hic sanctus Cerannus, Parisiorum episcopus circa annum 610.

3 De Sulpitio. Hic non est Seuerus, sed Pius. cui sanctus Gregorius Turonicus dedicauit historiam de septem dormientibus in Maiori monasterio. Vitam à contemporaneo scriptam esse indicant ea verba, *Quantum eorum relatione cognoui, qui ei à pueritia vsque in tempora nostra comites ministrive fuerunt.* *pag. 411. Suriij.*

Decimo quinto Calendas Februarij, luna 18. Ian. D

29. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7 al 8

C*Athedra sancti Petri Apostoli, qua Romæ *al. Dedi-*
 catio. *1 2*
 primum fedit. Et passio sanctæ Priscæ virginis. Apud Pontum, natale sanctorum martyrum Mosei & Ammonij. qui cum essent milites, primo ad metalla deputati, nouissimè igni traditi sunt. *¶ Ipso die, sanctæ Liberatæ virginis.*
G 3

I A N V A R I V S .

- 3 virginis . 9 Turonis , natalis sancti Volusiani , se-
 4 ptimi archiepiscopi . Ibidem , depositio sancti Leo-
 bardi confessoris . Ciuitate Aruernis , sancti
 3 Venerandi , episcopi & confessoris . Eodem die ,
 sancti Deicola , abbatis Sutrensis , discipuli beati
 Columbani . Nullus in Monasterio .

ANNOTATIONES .

- 1 De festo cathedræ Petri Romæ , Onuphrius in Paulo
 quarto . Mendacissimam legendam quam Illyricus con-
 finxerat de papatu Petri , confutat D. Iudocus Tiletanus ,
 in fine apologiæ contra Illyricum .
 2 Priscæ passio Ms. habetur , vt mihi apparet , per Nota-
 rios S. R. Eccl.
 3 Volusiani meminit Gr. Turonensis libro 10 historia
 cap. 31 , in catalogo episcoporum .
 4 Leobardi vero , de vita Patrum Gallia , cap. vltimo .
 5 Venerandi deniq. lib. 2 hist. Francorum cap. 13 .

19. Ian. Z

Decimo quarto Calendas Februarij, Iuna

1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29. 10 / 21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19

el. Aba. bñ

Via Cornelia , sanctorum martyrum Marij
 & Marthæ , cum filijs suis Audifax , &
 † Abacuc , nobiliū de Perfida . qui ad orationem
 venerant Romam temporibus Claudij Princi-
 pis . Equibus , post toleratos fustes , equuleum ,
 ignes , vngues , manuum præcisionem , Martha
 in Nympha necata , cæteri sunt decollati : &
 corpora eorum incensa . Horum celebritas vno
 die præuenitur , quia dies passionis eorum , martyria
 sanctorum Fabiani & Sebastiani solummodo deputatur .
 In Smyrna , natalis sancti Germanici marty-
 ris . qui

ris. qui † sub Marco Antonino & Lucio Aurelio, † *vt scribit*
 per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fra- *Smyrnenfis*
 gilitatis excludens, sponte præparatam sibi *Ecclesia, &*
 beliam prouocauit. cuius dentibus comminu- *hist. eccl. c.*
 tus vero pani, id est, Domino Iesu Christo, pro *14: 15 Ræ-*
 ipso moriens, meruit incorporari. Apud Spo- *fini.*
 letum, *translatio* sancti Pontiani martyris, tem-
 ponibus Antonini imperatoris. quem iudex pro
 Christo vehementissime virgis cæsum, iussit
 super carbones nudis pedibus ambulare. à qui-
 bus nullæsus, equuleo & vncinis ferreis iussus
 est suspendi, & sic in carcerem trudi. Vbi an-
 gelica visitatione meruit confortari. post quæ
 plumbo feruente perfulus, tandem gladio per-
 cussus est. *a Consummauit autem martyrium suum*
decimo nono Calendarum Februariarum: decimo
quato vero Calendarum Februarij, sacrum corpus
eius mutatum est. q Monasterio † Corbionis, in al. Torb.
 pagi Dorcasino, sancti Launomari presbyteri. cuius *2*
 prædara gesta habentur. Eodem die Baioas, beati
 Conexti episcopi & confessoris. In Anglia sancti
 Vudstani, episcopi Vuigorniensis, & confessoris. *3*
 In Laude ciuitate, sancti Bassiani*, episcopi *Meminit*
 & confessoris. *Paulinus*
sub finem.

In Suctia, beati Henrici archiepiscopi Vspalensis, *vita Am-*
 & martyris anno millesimo centesimo quinquagesimo, *brofij.*
 prime, qui conuertit Finlandos. In primis dominu, *De Henrico*
Magnu l. 19
hist. Gothar.
c. 3

ANNOTATIONES.

1. Maij & sociorum agonem, in Gesta redegerunt
 Romanæ ecclesiæ Notarij: quæ inscribuntur, Passio
 G 4 Valenæ

Valentini Romani martyris . pag. 981 Suriij.

2 Launomari præclara gesta per eius fere æqualem paraphrasticòs habet Surius pag. 423.

3 De Vuolstano ex catalogo Scriptorū Brytāniæ. Scenatus Brauonius monachus Vuigornix, edidit vitā Vuolstani episcopi. Cl. anno 1170. Eius fragmētū videtur in excusum in, Legenda Sanctorum Angliæ, & apud Surius.

20. Ian. F

Decimo tertio Calendas Februarij, Iura

2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20

1
al. tredecim

R Omæ, natalis beati Fabiani papæ. qui cum * quatuordecim annis Ecclesiæ præfessus, martyrium passus est tempore Decij, & in cæmeterio Calixti sepultus. Eodem die, apud

2 Catacūbas, sancti Sebastiani martyris, qui cum haberet principatum primæ cohortis, iussus à Dioclitiano imperatore ligari in medio campo, ac sagittari à militibus atq; ad vltimū fustigari donec deficeret.

Ambros. sermone 77.

1 *Ciuitate Taurina, sanctorum martyrum Siluestri, Aduentoris, & Octauij t. q Lugduno & Calixti sancti Clementis presbyteri. & Die viginti, sancti & theophori patris, Euthymij magni.*

3

4 ¶ Eodem die, sancti Mauri, episcopi Cesennæ ciuitatis, & confessoris, eximix sanctitatis viri. Obijt Dugobertus rex Francorum. Constitutum est autem à omnino Ioanne abbate & vniuerso Capitulo Marcianensi, vt dies anniuersarius eius solēniter celebretur, pro equo idem gloriosus rex & Mathildis regina eius, cum beatam virginem Eusebiam de fonte salutari suscepissent, villam Verniacum, & vinum quod ad vsus nostros de Francia adduceretur, regali munificentia contulerunt.

ANNOTATIONES.

1 De Fabiano, Pontificale pontifice 21 / Eusebius lib. 6. Hist. Eccl. cap. 22, 27 & 32 / quæ sunt apud Rufinum

21, 25, 29 / Hieronymus de viris illustribus cap. 64 / Cyprianus epistola 4, & ad Cyprianum 31.

2 Sebastiani celeberrima gesta, emisit Liuinus Brechtus, Louanij Anno 1551, & exactius Surius pag. 434. Ex eis veteres Martyrologi multa verbatim transcripserunt, potissimum hac die / 23 Februarij / 26 Martij / 18 Iunij / 2, 5, 6 & 7 Iulij / & die 11 Augusti. Meminerunt etiam Sebastiani, Ambr. in psal. 118. serm. 20 / Greg. 1 dial. cap. 10 / Paulus diaconus lib. 6 de gestis Langobardorum cap. 2 / Ado viennensis An. 815 / Simcon metaphrastestomo 5 Aloysij / & alij.

3 Euthymij & Sabæ gesta scripsit tempore quintæ Synodi Cyrillus quidam, Lauræ monachus, valde prolixè pag. 453 Suriij.

4 Mauri Cesennatis episcopi historiam, scripsit Petrus Damiani. Ms. Louanij ad S. Martinum. *Iram non perficere.*

Duodecimo Calendas Februarij, luna 21 Ian. ☾

3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 26. 7 / 18. 29. 10. 21

Natalis beati Publij episcopi. qui secundus post Dionysium Areopagitam, Atheniensium ecclesiam rexit nobiliter, & præclarus virtutibus, ac doctrina præfulgens ob Christi martyriū gloriose coronatur. Romæ, passio sanctæ Agnetis, virginis & martyris: 2
p cuius reliquiæ habentur in Traiecto inferiori. quæ sub præfecto vrbis Symphronio ignibus iniecta, sed his per orationem eius extinctis, gladio percussa est.
 In Hispanijs ciuitate Tarracona, sanctorum martyrum, Fructuosi episcopi, 3
 Augurij & Eulogij diaconorum. qui tempore Gallieni primo in carcerem trusi, deinde flammis iniecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes vt vrerentur obtinuerunt. Trecas, sancti Patrocli martyris. 4

G 5 *In insu-*

pag. 498 Su- *In insula Augiensis monasterij, Meinradi & eremita-
rij.*
 & *martyris anno octingentesimo sexagesimo. 8 Di-
 5 vigesima prima, sancti patris Maximi confessoris
 & sancti Neophyti. Eadem die sanctorum
 martyrum, Eugenij, Canidij, Valeriani & Acyl-
 * Cogitationes malas.*

ANNOTATIONES.

- 1 De publico, Act. 28/ hist. Eccl. Eusebij lib. 4 cap. 22/
 apud Rufinum 23.
- 2 Agnetis passionem scribit Ambrosius ferm. 90. De
 eadem Prudentius peri stephanon hymno ultimo / San-
 ctus Ambrosius initio libri primi de virginibus / lib. 1 of-
 ficiorum cap. 41/ Hieronymus ad Demetriadem de vir-
 ginitate seruanda / Damasus in duobus elogijs / Grego-
 rius homilijs 11 & 12 Euangeliorum / Maximus totidem
 & alij.
- 3 De Fructuoso & diaconis eius. Augustinus in ser-
 mone (imprimendo) de natali Fructuosi, Augurij, Eulo-
 gij, & Agnetis: Audistis persequentium interrogationes,
 audistis contentium responsiones, cum sanctorum
 passio legeretur. ea ipsa, quam Surius habet pagi. 496,
 vt liquet ex citationibus Augustini. Iisdem Prudentius
 scripsit hymnum sextum peri stephanon.
- 4 Patrocli martyrium eleganti stylo iam olim descri-
 ptum, habet Surius pag. 492. De eodem Gregorius Tu-
 ronicus, de gloria martyrum cap. 63.
- 5 Maximus hic forte est episcopus Hierosolymorum/
 de quo Sozomenus lib. 1. cap. 10 / lib. 2. cap. 19/

22 Ian. A

Vndecimo Calendas Februarij, Luna

4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 27. 8 / 19. 30. 11. 21

1 **A** Pud. ciuitatem Valenciam, sub Daciano
 Hispaniarum praeside sancti Vincentij le-
 uitae & martyris. cuius passionis nobilem triu-
 phum conspicuus versificator Prudentius, lu-
 culenter versibus exequitur. Sanctus quoque
 Augusti

Augustinus, eiusdem martyris præconium, quanto sit laudis honore excipiendum, * quodam sermone commendat. Romæ, ad aquas Saluias, sancti Anastasij monachi & martyris. ² qui post plurima tormenta, carceris, verberum, & vinculorum, quæ in Cæsarea Palæstinæ perpeffus fuerat, à Persis postremo multa poena affectus, atque ad vltimum decollatus est, cum alijs septuaginta. In Gallijs, ciuitate Ebredduno, sanctorum martyrum, Vincentij, Orontij & Victoris. ³ *1* Eodem die, apud Nouariam, depositio sancti Gaudentij, episcopi & confessoris. *q* Papiæ, sancti Epiphaniij, episcopi & confessoris. ⁴ *Præcepta dei factis quotidie adimplere.*

ANNOTATIONES.

¹ In Vincentij natalem multi extant sermones beati Augustini. In quorum tertio inter alia legitur, Quæ hodie regio, quæve prouincia vlla quousque Christianum nomen extenditur, natalem nō gaudet celebrare Vincentij diaconi? & secundo sermone, Cuius cum gloriosa passio legeretur, plane vtilissimam, & fructuosissimam voluptatem oculis interioribus hausimus. Incipit Ms. Probabile satis est. cuius initium celebre est in omnium ecclesiarum antiquis Breuarijs: eandemque Simeon metaphrastice habet, pag. 504 Suriij. Prudentius ab Vsurardo est indicatus. Rursus de eodem Beda & Ado in martyrologijs/Bernardus ser. 66 in paruis/
² De Anastasio. Beda ad finem historiæ Anglorum. Librum vitæ & passionis sancti Anastasij male de Græco translatus, & peius à quodam imperito emendatus, prout potui, ad sensum correxi: Hanc correctam translationem nōdum vidi. sed Metaphrastes martyrium habet 22 die Ianuarij. & septima Synodus Aetione quarta prolixè Anastasij meminit, tam ex libro vitæ, quam ex libro miraculorum.

³ Vincen-

3 Vincentij, Orontij & Victoris gesta, collegit successor Ætherij antistitis . qui Ebredunensem rexit ecclesiam circa Annum Domini 658. Extant tomo 1 Suriij.
 4 Epiphaniij vitam edidit successor eius sanctus Euodius, vel Enodius, pag. 526 Suriij, sed ex exemplari contractioni. Plenius enim extat in Orthodoxographis.

23 Ian. B

Decimo calendas Februarij, luna

5.16.27.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.1.12.23

Act. 6

*Ambros. in
passi. Agne-
tis.*

*Gesta S.
Thyrj 14
Dec. apud
Metaph.*

*Ado anno
813*

Philippis, beati Parmenæ . qui fuit vnus de septem diaconibus. hic traditus gratiæ Dei à fratribus , iniunctum officium prædicationis plena fide consummâs, martyrij gloriâ adeptus est. Romæ, natale sanctæ Emerentiæ virginis & martyris. † quæ dum oraret ad sepulcrum sanctæ Agnetis, ac simul orantes à læsione gentilium defenderet, lapidata est ab eis. In Mauritania, ciuitate Neocæsarea, sanctorum, Severiani & Aquilæ vxoris eius, ignibus combustorum. Apud urbem Antinoëum, sancti Asclæ martyris. * qui primo atrocissime suspendio tortus , deinde flammis lateribus admotis exustus, ad vltimum verò pretiosam Deo animam, in flumen præcipitatus, reddidit. ¹ *To- leto ciuitate, beatissimi Ildefonsi, episcopi & confessoris. Apud Alexandriam, natale sancti Ioannis patriarchæ viri Dei, in compassione & largitate eleëmofynarum pijsimi. Viennæ Gal- liæ, sancti Bernardi*, episcopi eiusdem ciuitatis & confessoris, tempore Ludouici Pij. In Burgun- dia, sancti Maibodi martyris. Et alioloco, passio ³ sanctorum Eugenij & Macarij. 8 Die vigesima tertia,*

tertia, Sancti hieromartyris † Clementis Ancyra, ^{De viroq. Metaph.}
 & sancti martyris † Agathangeli. ^{Humilitatis gradus est.}

ANNOTATIONES.

1 De Ildephonso scribunt sanctus Iulianus Pomerius pag. 572 Suriij/ & Michael Caranza, editus cum libello Ildephonsi de virginitate Mariæ. Vocatur etiam Alphosus. quam vocem ab Ildephonso corruptam esse testatur Lazius libro 10 Historiæ De gentium aliquot commigrationibus.

2 De Ioanne eleëmone. Nicena secunda Synodus, actione 4. Leontius in vrbe Cypri Neapoli episcopus, scripsit sancti Ioannis eleëmofynarij episcopi Alexandrini vitam. Sigebertus de viris illustribus cap. 104. Anastasius, iubente Nicolao papa, trastulit in Latinam linguam vitam Ioannis eleëmofynarij, scriptam Græcè à Leontio episcopo. Est impressa cum vitis patrum, & tomo 2. Aloysij. De eodem Metaphrastes, qui videtur illam, quam Leontius conscripsit, longe meliori ordine congeffisse, pag. 552 Suriij. Item de translatione ad Budam apud Pelbertum Hungarum, in fine Pomerij de Sanctis.

3 De Eugenio & Macario. Annotator in Breuiarium Moguntinum, dicit horum vitam Metaphrasten referre in Artemio; meminisse & Zonaram in Iuliano: licet plures fuerint his cognomines martyres. ^{Metaph. 20 Off.}

Nono Calendas Februarij, Luna 24 Ian. C

6. 17. 28. 9. 20 / 1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29. 10 / 21. 2. 13. 24

Natalis sancti Timothei, discipuli sancti Pauli. Hic ab eodem Apostolo episcopus ordinatus Ephesi, post multos pro Christo agones, martyrio coronatus est. Apud Antiochiam, natale sancti Babylæ episcopi & martyris. qui persecutione Decij posteaquã frequenter passionibus suis ac cruciatibus glorificauerat Deum, gloriose vitæ finem sortitus est in vincu-

cap. 35 an- vinculis. b De quo etiam in decimo ecclesiastic
 & ore Rufino. historie grande narratur miraculum. Nam cum Iu-
 lianus Daphnis litaret Apollini, & nulla ex his que
 querebat, responsa susciperet, causasq; silentij per-
 contaretur à sacerdotibus, responderunt demones
 Babylæ sepulcrum prope assistere, & ideo respon-
 non reddi. Tunc ille Galileos, (hoc enim nomen
 nostros appellare solitus erat) auferre sepulcrum
 martyris iubet. Mox igitur Christiani sustulerunt
 arcam martyris, & psallentes in auribus profana
 principis, per sex millia passuum summis vocibus
 & cum exultatione dicebant, Confundantur omnes
 qui adorant sculptilia. Referuntur etiam passi
 cum eo tres paruuli, id est, Urbanus, Pri-
 lidanus, & Epolonus. Neocæsareæ ciuitate
 sanctorum martyrum, Mardonij, Musonis, Ege-
 genij, & Metelli. qui omnes igni traditi sunt
 & reliquæ eorum in Axum flumen dispersæ.

Psal. 96

Aruernis, sancti Artemij, episcopi & confessoris,
 miræ sanctitatis. g Die vigesima quarta, sanctæ
 matris Xene.

¶ P Cameraci, eleuatio corporis sancti Autberti
 episcopi & confessoris. Sed hæc ipsa obedientia.

A N N O T A T I O N E S.

1 De Timotheo Actuum 16 & seqq. quatuor / Paulus
 Apostolus, præcipue 1. Cor. 4 & 16 / Phil. 2 / Hebr.
 13 / & in vtraq. ad eum epistola / Chrysostomus homilia
 ad populum Antiochenum prima / Eusebius 3 hist. eccl.
 cap. 4 / Græca appendix ad Hieronymi catalogum
 cap. 11 / & Isidorus de vita sanctorum vtriusq. Testa-
 menti cap. penultimo. Sigebertus 3 cap. de viris illu-
 stribus, notat Polycratem passionem sancti Timothei
 Apostoli

Apostolus
501.2 Bal-
contra
Surius.
uuloru
mus se
Metap

7.18.29

C
dem
eund
Arue
viri
vrbis
episc
viri.¶ P
uentin
sebia
buleti
obijt1 De
67/80
bus Ap
est / i
redegi
lo Pau
res / d
ptione
stoli: q

Apostoli scripsisse. Metaphrastes habet Surius pag. 501.

2 Babylæ historiam scribit Chrysofomus in libro contra gentiles: tomo tertio. quam contractius ponit Surius. & Metaphrastes tomo 6 Aloysij pag. 226. Parvulorum, qui cum eo passi sunt, meminerunt Chrysofomus sermone in Iuuentinum/Suidas in voce Babylas/ & Metaphrastes 4 Sept.

Octauo Calendas Februarij, luna 25. Ian. D

7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25

Conuersio sancti P A V L I. quæ euēnit secundo ascensionis Domini anno. Eodem die, sancti Ananiæ apud Damascum, qui eundem Apostolum baptizauit. Ciuitate Aruernis, sancti Præiecti episcopi, & Amarini viri Dei. qui passi sunt à proceribus præfatæ vrbis. In ciuitate Gabalis, sancti Seueriani episcopi, mirandæ sanctitatis & doctrinæ viri.

¶ Postridie Babylæ, natalis beatorum martyrum Iuuentini & Maximi. Apud Metaphrastes, sanctæ Eusebiæ f. quæ cognominata est hospita vel externa. Stabuleti, P obiit dominus Poppo abbas/ Eodem die obiit Henricus Suso. qui fuit eximie sanctitatis.

ANNOTATIONES.

1 De conuersione Pauli Act. 9. 22/1 Tim 1/Gal. 1/Psal. 67/&c. Hieronymus de viris illustribus cap. 15. In Actibus Apostolorū plenissime de Pauli conuersione scriptū est / item sparsim in Paulinis epistolis quæ in ordinem redegit Perionius in vitâ Pauli/ Augustinus de Apostolo Paulo, & conuersione eius, habet sermones complures / de verbis Apostoli, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, sermones tres, 8, 9, & 10, de verbis Apostoli: quos & Beda citat 1 Timoth. 1, De eiusdem laudibus habet

habet Chrysoftomus homilias 9. tomo 3 / De natis hodie, Alanus, dialogo 3. cap. 28.

2 Præicti & Amarini vitam habet Surius pag. 603.

3 De Seueriano Gennadius cap. 21 / Socrates lib. 6 cap. 10 / lib. 6 cap. vlt. (& 14) / Sozomenes lib. 8 cap. 10, 16 & 17

4 In Iuuentini & Maximi natali, sermonem historicum habuit Ioannes Chrysoftomus, tomo tertio. De eisdem Theodoritus lib. 3 hist. eccl. cap. 14, siue 15.

5 Popponis historiam satis longam, scripsit cognatus eius Euerhelmus, abbas Altimontis, pag. 608 Surius.

6 Henrici Susonis vita cum eius opusculis edita est Laur. Surio. *Faciamus quod ait Propbeta.*

26. Ian. E

Septimo Calendas Februarij, luna

8.19.30.11.22 / 3.14.25.6.17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 24. 4. 15. 26

1 **A** Pud Smyrnam, natale sancti Polycarpi episcopi. qui beati Ioannis Apostoli discipulus, & ab eo episcopus ordinatus, totius Asiae princeps fuit: postea sub Marco Antonino & Lucio Aurelio, personate vniuerso populo eiusdem vrbs in amphitheatro aduersus eum, igni traditus est. *b in cuius medio rogo, mucrone perforatus, tam largum profudit sanguinem, vt ignem extingueret.* Cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphis, venientes, in præfata vrbe martyrio consummati sunt. Eodem die, sanctorum martyrum, Theogenis, cuius memoriam facit beatus Augustinus in homilijs de Pentecoste †, cum alijs triginta sex. qui contemnentes temporalem mortem, coronam vitæ adepti sunt. In territorio Parisiacensi, Bathildis reginæ. *Treniris, Mari episcopi & confessoris.* g Die vigesima sexta, sancti patris Xenophontis, & comitatus ipsius. *Et amat nobis scriptura diuina.*

in hom. de Fructuoso.

2

ANNO.

ANNOTATIONES.

1 De Polycarpo & collegis scribunt Ecclesia Smyrnen-
sis, Irenæus lib. 3 cap. 3/ Eusebius ex utroq. lib. 4 capp. 13.
14/ quæ in Rufino sunt 14, 15/ Hieronymus de viris illu-
stribus cap. 27.

2 Bathildis vitam habet Rubra vallis capp. 13. Ms. au-
ctore incerto: qui tamen Bathildem testatur suis effulsi-
se temporibus, seq. scribere quæ ab ea gesta nouit & vidit.

Sexto Calendas Februarij, Iuna 27 Ian. F

9. 20. 1. 12. 23/ 4. 15. 26. 7. 18/ 29. 10. 21. 2. 13/ 24. 5. 16. 27

NAtale beati Ioannis episcopi Constanti-
nopolitani, cognomento Chrysofomi. 1
qui verbo atque exemplo plurimum Christia-
næ profuit religioni. Item sancti Marij, 2
abbatis monasterij Bobacensis, cuius vitam
virtutibus plenam, vir illustris ac patricius Di-
namius scribit. In Bethlehem Iude, dormitio
sanctæ Paulæ. Huius vitam, virtutibus admi-
randam, sanctus Hieronymus scribens, testatur
eam longo coronatam esse martyrio. In Afri-
ca, sancti Auiti martyris. *Cenomanis, depo-
sitis sancti Iuliani, primi eiusdem urbis episcopi, vi-
ta, sanctitate, & miraculis, gloriosi. q Cabilonis,
sancti Lupi, ipsius ciuitatis episcopi. Cellensi mo-
nasterio, p depositio sancti patris * Sulpitij, episcopi
& confessoris.* 3

*Eustochio e-
pist. 27.*

* nostræ

¶ Die vigesima septima, reportatio reliquia-
rum sancti patris Ioannis Chrysofomi. q Roma,
natale sancti Vitaliani papæ. qui post beatum Pe-
trum septuagesimus octauus, cantum Romanorum
composuit, & dulcisono organo concordauit. Primus itaque humilitat.

H ANNO

1 Ioannis Chrysofostomi vitam scribit Metaphrastes, cuius Nicephorus meminit lib. 13 cap. 2 / Leo imperator habet encomiasticam orationem de magno Dei pontifice, & communi orbis terrę portu, Ioanne Chrysofostomo. Vtrūq. ponit Surius. Eiusdem vitam scribunt Palladius Helenopolitanus episcopus, tomo 2 Aloysij / Georgij Alexandrinus patriarcha, Godofrido Tilmanno interprete, citatus à Ioanne Damasceno lib. 3 de imaginibus & Cassiodorus 10 tripartitæ, à cap. 1 vsque ad 27 Socratis libro 6 / Theodoriti lib. 5 / & Sozomenis lib. 4 Suidas & Desiderius Chrysofostomi operibus præmittuntur.

2 De Mario. Petrus Equilinus lib. 3 catalogi cap. 11 Marij vitam per Dinamium, nusquam reperire valui.

3 Iuliani episcopi Cenomanensis vitam collegit & cultius scripsit, frater Lethaldus ad reuerendissimum patrem Anesgandum. Ms. Ultraiecti ad S. Saluatorem: Fuit autem Anesgandus Cenomanensis episcopus, Anno 990.

23 Ian. G

Quinto Calendas Februarij, Luna

10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 1. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 28

de his Metaphr. 14. Decembris.

Rome, natalis sanctę Agnetis secundo. In ciuitate Apollonia, sanctorum, Leucij, Thyrsi, & Calenici martyrum †. qui tempore Decij diuersis tormentorum generibus excruciat, primus ac vltimus abscissione capitis, medijs cęlesti voce euocatus, spiritum reddentes, martyrium consummauerunt. Alexandria,

- 1 beati Cyrilli episcopi. qui catholicę fidei præclarissimus extitit propugnator. In monasterio Reomeni, depositio sancti Ioannis presbyteri, viri Dei. p Eodem die Aquisgranensis basilica, natale sancti Karoli confessoris, primi de stirpe Francorum ordinatione diuina Romanorum

Augusti

Augusti. qui ab ineunte ætate sua seculi pompam despiciens, imperialis potentie gladio, & sanctæ prædicationis verbo, vitæq; salutaris exemplo, conuertit Guasconiam, . . . q; Hispaniam atque Gallaciam. In eanamque corpus beati Iacobi Apostoli nefandis idolorum ritibus oppressum, hodierno honori restituit. p Conuertit quoque ad Dominum, Frisiam, Alemaniam. atque triplici trophæo Saxoniam. Edificauit quoque proprijs sumptibus ad laudem & honorem sanctæ Trinitatis viginti septem ecclesias: quarum excellentiæ typhum obtinet Aquensis, præsentibus suffragijs gloriosa. q; Hic fide studiosissimè ampliata, statu Ecclesiæ religiose ordinato, regno etiam suo dilatato ac pacato, Anno Domini octingentesimo decimo quarto, ætatis suæ septuagesimo, imperij vero decimo quarto, quieuit in pace: & pro magnitudine fidei ac operum, cognominatus est Magnus.

¶ Apud Porphyriorem, secundum Simeonem, sancti Iacobi eremita*. & Nicomediæ, sanctorum martyrum † Inde & Domnes, & viginti millium. qui passi sunt sub Maximiano. Eodem die obitus illustrissimæ Margaretæ virginis, filijæ regis Hungarorum, Ordinis Prædicatorum. *¶ Estimet se homo de cælis à Deo semper respici.*

pagin. 721.
† 10.5 Aloy
sij pag. 471

ANNOTATIONES.

1 Cyrilli vita non extat. Eius tamen magnam portionem putarim conscribi posse ex Synodo Ephesina, & eius temporis historijs: item ex doctissimis eius operibus.

2 De Carolo Chronicon castri & cœnobij Gandensis: Anno 826 vir venerabilis Einhardus, Ludouico pijsimo imperatori multum familiaris, factus est abbas Gandensis cœnobij. qui gesta inclyta & acta gloriosi Imperatoris Karoli magni lucido stylo descripsit. Sigebertus de

H 2. vira

viris illustribus cap. 84: Einardus scripsit vitam Caroli Imperatoris, tanto veracius, quāto adhæsit ei familiarius. Impressus est Basileæ cum Vuitichindo & alijs historicis, Anno 32/& Coloniae An. 21 cum annalibus rerum gestarum à Pipino, Carolo & Ludouico. De eodem Donatus Florentinus cum Plutarcho excusus. Historia de Carolo magno & Rolando inscripta Ioanni Turpino Remensi archiepiscopo, excusa est Francoforti An. 66. Cuius tamen Sigebertus non meminit: nec à doctis probatur.

3 Margaretæ vitam frater Garinus sacrae Theologiae Doctor, eiusdem cum ea Ordinis, ex iuratorum testimonio diffusioribus dictis in compendium redegit Auinionæ, Anno Christi 1340. A Surio editus pag. 728.

29 Ian. A

Quarto Calendas Februarij, Luna

11.22.3.14.25/6.17.28. 9. 20/ 2. 12. 23. 4.15/ 26. 7. 18. 29

Romæ via Numentana, natalis sanctorum Papiæ & Mauri militum. quorum oratione iussit Laodicius vrbis præfectus ad primam confessionem Christi, lapidibus contundi, ac postea fustibus cædi, atque ad vltimum percussis plumbatis, donec expirarent. ^b Scriptum est in *gestis beati Marcelli* †. Eodem die, Treuiris, depositio beati Valerij episcopi *, discipuli sancti Petri Apostoli. In territorio Trecafsino, sancti Sabiniani martyris. qui iubente Aureliano imperatore, pro fide Christi decollatus est.

Ante mediū,
10. 1.
* Golscherus
pag. 734 Surij.

- In Britannia, Gildæ abbatis & confessoris. Eodem die Bituricas ciuitate, sancti Sulpitij Seueri, episcopi & confessoris, discipuli beati Martini, cuius vitam conscripsit. Perusia, sancti Constantij, episcopi & martyris. Voluntatem vero propriam.*

ANNO TATIO.

- 1 Sulpitij Seueri meminerunt, sanctus Paulinus in epistolis

stolis
Guibe
Seue
2 Co
dream
In qu
tustor

12. 23.

A

tulun
ctus
in qu
rosol
quo
mult
vitar
tyris
gunc
Fran
propo
illi
in pro
gna c
ætern

¶ Ip
septin
tauin
famil

1 A
nonia

stolis ad eum / Gennadius de viris illustribus cap. 19/
Guibertus quoque, abbas Gemblacensis, in apologia
Seueri, Ms.

2 Constantij historiam habet Italia per Ioannem An-
drea Palatium, prosa & carmine. Eugubij anno 1566.
In qua simpliciter stylum correxit exemplarium ve-
tustorum.

Tertio Calendas Februarij, Luna 30 Ian. B

12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 1

A Pud Antiochiam, passio beati Hippolyti
martyris †. qui Nouati schismate aliquan- *Prud. initia*
tulum deceptus, operante gratia Christi corre- *bymnia per*
ctus, ad charitatem ecclesiae redijt: pro qua & *Stepha.*
in qua illustre martyrium consummauit. Hie-
rosolymis, sanctissimi Matthiae † episcopi. *de Euf. l. 4. me-*
quo mira & plena fide gesta narrantur, quia *minic c. 2*
multa pro Christo perpeffus, vltimo in pace *Ruf.*
vitam finierit. Ipso die, sancti Flauiani mar-
tyris. Malbodio monasterio, sanctae Alde-
gundis virginis. *b Quae tempore Dagoberti regis*
Francorum, ex nobili genere progenita virginitatis
propositum elegit: in quo & permansit. saepiusque
illi Angelica visio reuelata fuit, exhortans eam vt
in proposito permaneret. Nouissime vero cum ma-
gna claritate caelestis luminis, ad vitam migravit
aeternam.

¶ Ipso die, defunctus est anno ducentesimo sexagesimo *Scardeon.*
septimo supra millesimum, Antonius peregrinus Pa- *pag. 111 de*
tauinus, qui omnia sancta loca visitauit, ex Manziorum *Padua.*
familia natus. *Cauendum ergo est fidei malum desiderium.*

ANNOTATIO.

1 Aldegundis fuit prima abbatissa in Malbodio Han-
noniae ciuitate. Cuius vita habetur. Eam scriptam esse ab

H 3 Huchaldo.

Hucbaldo Elnonensi, eumq. obiisse Anno 930. testantur
Chronica monasterij sancti Amandi in Elnone.

31. Ian. C

Pridie Calendas Februarij, luna

13.24. 5. 16. 27/8. 19. 1. 11. 22/ 4. 14. 25. 6. 17/ 28. 9. 20. 2

Dion. Alex.
6 h. fl. eccl.
c. 34/31 Ru-
fina.

al. Trid.

A Pud Alexandriam, natalis beati Methrani
martyris. † quo nolente impia verba pro-
ferre ad iusionem paganorum, omne corpus
eius fustibus colliserunt: vultumque & oculos
acutis calamis terebrantes, extra urbem cum
cruciatibus expulerunt. Ibi que spiritum qui in
eo supererat, lapidibus eiecerunt. Item Ale-
xandriæ, sanctorum martyrum, Saturnini,
Thyrsi, & Victoris. *Apud* Trientinam vr-
bem, sancti Vigilij, episcopi & martyris. In Gal-
lij, Ambianis, transitus sanctæ Vulsæ. Cnitate
Ebroicensi, beati Gaudi, eiusdem vrbis episco-
pi. 1 Eodem die, sanctorum martyrum, Cyri &
Ioannis, g mirificorum & abstinentium argento.
2 Item Mutinæ, sancti Geminiani, episcopi & con-
fessoris. Eodem die, sancti Iulij confessoris.
¶ ¶ In Castriloco, translatio sancti p Veroni con-
fessoris. 1 Eodem die, translatio sancti Marti
Euangelistæ, ab Alexandria Egypti, ad Ve-
netias. 2 Secundus humilitatis gradus est.*

A N N O T A T I O N E S .

- 1 De Vigilio quædam præmittuntur eius libris à Cas-
pare Currerio in fol. / à Cassandro in 8/
2 De Cyro & Ioanne Metaphrastes hac die. Sanctum
Sophronium de eisdem citat Damascenus, lib. 3 de ima-
ginibus/ & Septima synodus, actione 4.

F E B R V A .

FEBRUARIUS HABET
DIES XXVIII: IN ANNO
Bissextili Dies xxix.

Calendis Februarij, luna

1. Febr. D

14. 21. 6. 17. 28/9. 20. 2. 12. 23/5. 15. 26. 7. 18/29. 10. 21. 3



Atalis beati Ignatij episcopi, ¹
& martyris. qui tertius post
beatum Petrum Apostolum,
Antiochenā rexit Ecclesiam,
ac persecutione Traiani Ro-
mam vincētus mittitur. vbi
præsente eodem, circumsedente senatu, imma-
nissimis pœnarum supplicijs primo affectus,
deinde leonibus obijcitur, eorumque dentibus
præfocatus, hostia Christi efficitur. Apud
Smynam, sancti Pionij martyris. qui post squa- ²
lorem carceris, vbi multos fratrum ad martyrij
tolerantiam suis exhortationibus roborauit,
cruciatibus multis vexatus, clavis confixus, &
ardenti rogo superpositus, beatum pro Christo
finem vitæ sortitus est. Palsi sunt cum eo &
alij quindecim. Eodem die, beati Ephræm, ³
diaconi Edessenæ Ecclesiæ. In oppido Tre-
cassino, sancti Pauli episcopi. cuius & vita
virtutibus claruit, & mors pretiosa miraculis
commendatur. In Scotia, sanctæ Brigidæ ⁴
virginis, cuius vita miraculis claruit. ¹ *Hæc*
cum lignum altaris tetigisset in testimonium vir-
ginitatis suæ, statim viride factum est. Raven-
na, sancti Severi episcopi & confessoris. 9 *Quem* ⁵
Deus de lanificij arte ad episcopatum sustulit.

H 4

Eodem.

Eodem die sancti Severij, episcopi & confessoris
 Cuius corpus in basilica metropoli beatæ Mariæ Ro-
 thomagensis, in capsula venerabili conditur, & popu-
 lis hac die reuerenter ostenditur. In Valsiaco, na-
 talis sancti Præcordij confessoris. 3 Die prima, præ-
 festum hypapantes Domini & Dei, Saluatoris no-
 stri, Iesu Christi. & sancti martyris Tryphonis *.
 ¶ Ciuitate Augusta, sancti Vrsi, episcopi eiusdem
 ciuitatis. Pictauis, sancti Leonij, compresbyteri
 sancti Hilarij, ab ineunte ætate sanctissimi.

Metaph. pag.
789

- 6 ¶ Metis ciuitate, Sigeberti regis & cōfessoris, qui inter
 alias virtutes, viginti monasteria construxit. In Islan-
 dia, sancti Goedermundi episcopi & martyris.

ANNOTATIONES.

- 1 De Ignatio scribunt Eusebius lib. 3 hist. eccl. cap. 30/
 36 Rufini/ Hieronymus de viris illustribus cap. 26, Cal-
 siodorus 10 tripartitæ cap. 10/ ex Socrate lib. 6 cap. 8/
 Ado, 10 Calendas Ianuarij/ Metaphrastes pag. 758 Suriij.
 Epistolę denique Ignatij, duodecima potissimum ad Ro-
 manos, satis sui auctoris vitam prædicant.
- 2 De Pionio, cuius martyrium scripserant Smyrrensis
 Ecclesiæ fratres, pauca tantum habet Eusebius lib. 4 hi-
 storix ecclesiasticæ cap. 14/ 15 Rufini/ amandando lecto-
 rem ad libellum à se editum, de veterum Sanctorum
 martyrijs. vbi omnia facta Pionij plenissime complecti-
 tur. Hæc nobis conseruauit Simeon Metaphrastes pag.
 762, non tam ex Eusebio Cæsariensi, quàm ex epistola
 fratrum Smyrnenisium, qui præsentibus aderant.
- 3 Ephræm vitam exprimunt Metaphrastes, & Testa-
 mentum Ephræm apud Suriium. De eodem Amphilochius
 in fine vitæ Basilij/ Sozomenus lib. 3 cap. 15/ &
 vita per Gregorium Nissenum, Dilingæ Anno 62 edita,
 cum opusculis aliquot Ephræm. Sed & Gennadius in ca-
 talogo attestatur Petrum Edessenæ ecclesiæ presbytu-
 rum in mortem sancti diaconi psalmos composuisse.
- 4 Brigidæ vitam scripsisse Laurentium Dunelmensem
 præcæ;

præcer
ptorum
paraph
3 De
dinalis
excusu
& Luc
Ottgar
transtu
6 De
Scrip
tiæ fan
daræ.

15. 26.

H
niani
polim
tissim
trus b
scopa
via S
genti
cum p
tum s
enim
nio d
nedic
bis p
est b
sacro

præcentorem circa annum 1160, annotat Catalogus Scri-
ptorum Britannia. Indeque crediderim Surium suam
paraphrasin habere.

3 De Seuero Surius pag. 786. & Petrus Damiani, Car-
dinalis, in duobus sermonibus: quorum alter tantum
excusus est. item Lazius lib. 1 rerum Viennensium cap. 14
& Ludolphus monachus Ms. qui vixit anno 840 quando
Ottgarius archiepiscopus reliquias Seueri Erphordiam
transtulit.

6 De Sigeberto. Sigebertus de viris illustribus cap. vlt.
Scripsi vitam Sigeberti regis, conditoris ecclesie & abba-
tie sancti Martini extra Mettim positæ. Est Ms. Malmun-
daria. *Tertius humilitatis gradus est.*

Quarto nonas Februarij, Luna

2 Febr. E

1. 5. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 3. 13. 24 / 6. 16. 27. 8. 19 / 1. 11. 22. 4

H*Ypanti Domini: & PURIFICATIO *al. Hypa-*
beatæ Virginis. Quod festum tempore Iusti-
niani imperatoris apud Byzantium, seu Constantino-
polim sumpsit exordium. Apud Cæsaream, bea-
tissimi Cornelij centurionis, quem beatus Pe-
trus baptizauit. hic apud præfatam urbem epi-
scopatus honore sublimatus, quieuit. Romæ
via Salaria, passio sancti Aproniani. † qui adhuc
gentilis, b sub persecutione Maximiani imperatoris,
cum præsentasset aspectibus Laodicij præfecti bea-
tum Sisinnium diaconum, eductum de carcere, (erat
enim commentariensis:) audiens vna cum Sisin-
nio diacono vocem de cælo factam, Venite be-
nedicti patris mei, percipite regnum quod vo-
bis paratum est, & reliqua: credens, baptizatus
est b à Sisinnio diacono: & ad consignandum
sacro chrismate Marcello papæ oblatu: & sic
H 5 postea

al. Hypa-

panty

Niceph. l. 16

rerum Rom.

Act. 10

Gesta S. Mar

celli pag. 61

to. 1 Surij.

Matt. 25

postea in confessione Domini, finem vitæ, capitali sententia accepit. Item Romæ, sanctorum, Fortunati, Feliciani, Firmi & Candidi

Aureliani, sancti Flosculi episcopi. *et depositio sanctæ Siharie, virginis Deo sacratæ. Cantuarie, natalis sancti Laurentij, qui beato Augustino primo eius urbis episcopo successit.*

A N N O T A T I O N E S.

1 De processione & cereis in festo Purificationis, Ordo Romanus pag. 21 / Rupertus de diuinis officijs lib. 3 cap. 25 / Alcuinus pag. 41 / Bernardus serm. 2. De hypante, siue occurso Domini, extant Commentarij & homiliae item hymnus Cosmæ.

2 Cornelij Centurionis historiam habet Simeon Metaphrastes, 13 die Septembr.

3 De Laurentio Anglorum archiepiscopo, Beda lib. 1 hist. Angl. cap. 4 & 6 / & vita eius, per Gotzelinum Morinensem, monachum sancti Bertini, quæ incipit in catalogo Scriptorum Brytanniæ, Dominis charissimis, & paternæ. Claruit Anno 1110. *Quartus humilitatis*

3. Febr. F³

Tertio Nonas Februarij, Luna

16. 27. 8. 19. 1 / 11. 22. 4. 14. 25 / 7. 17. 28. 9. 20 / 2. 12. 23.

Blasij

A Pud Sebasten ciuitatem, passio sancti Blasij episcopi. qui multorum patratorum miraculorum, sub præside Agricolo post diutina mætionem, atque suspensionem in ligno, vbi pectinibus ferreis carnes eius diruptæ sunt, post teterrimum carcerem, ac demersionem lacij, vnde saluus exiuit, iubente præfato iudice, capite cum duobus pueris truncatur. Nouissime vero septem mulieres, quæ guttas sanguinis eius defluentes colligebant, deprehensæ quod essent Christianæ.

Christianæ, post dira tormenta, gladio percussæ sunt. In Africa, natalis beati Celerini, diaconi & confessoris: & sanctorum martyrum, Laurentini, Ignatij, & Celerinæ. de quorum omniū gloriosis laudibus extat beati Cypriani epistola. Apud oppidum Vapincum, Tigidis, *Epist. 24/* & Remedij, episcoporum. In Monte, *Castri- lib.4. epist.5* loco, p̄ beatæ Vualde-trudis q̄ viduæ. Apud op- *† electæ* pidum Visetum, p̄: sancti Hadelini confessoris. *†* Lugduni, Lupicini, & Felicis itidem. p̄ Apud Merbeccam, depositio sanctæ Berlendis virginis. *2* q̄ Apud Bremam, sancti Ansharij, primi epi- *2* scopi eiusdem loci, & Hamburgi, vnitorum. Cui- tate Bisontina, sancti Anatholij, eiusdem metropo- lis sanctissimi episcopi, & confessoris. In monte Caluo, sanctarum sororum, Oliueriæ & Liberatæ virginum. *b* Vienna, sancti Euentij, gloriosi episcopi *†*. *Quintus humilitatis gradus est.* *Ado An. 575*

ANNOTATIONES.

1 De Blasio. Ado paulo fufius hac die quam Vsuar- dus 15 Februarij. vnde eum transposui propter Ro- manum Calendarium. Item Metaphrastes pag. 818 Suriij.

2 De Anshario. Historiam eius paulo post mor- tem scripserunt Fratres Corbeienfes: inter quos san- ctus Rembertus. Nam Corbetenses se esse, ipsi au- ctiores non obscure indicant Lectioe 1 & 4/ Contem- poraneus sancti Remberti in gestis eiusdem. Libellus gestorum domini Ansharij, ab ipso Remberto, & alio quodam eius condiscipulo, editus est in quo libello, vbi- cumq; cōmemoratur fidissimus eius discipulus, quod cre- bro illic Lector offender, Rembertus designatur: sed quia *Nondum* cū alio quodam illa sancti Ansharij gesta *†* ipse edidit, *impressa.* *rei ve-*

rei veritatem suo tacito nomine indicare voluit. De adu-
natione Bremæ & Hamburg, est Nicolai primi bulla,
sive, vt ipse loquitur, ebullata pagina, apud Crantzium
metropolis lib. 1, capp. 38, 39.

4 Febr. G

Pridie Nonas Februarij, luna

17.28.9.20.2/12.23.5.15.26/8.18.29.10.21/3.13.24.6

IN ciuitate Ægypti, quæ vocatur Thmuis,
passio beati Phileæ episcopi, & Philorõmi
tribuni, cum quibus etiam innumera fidelium
multitudo ex eadem vrbe, Pastoris sui se-
quens exemplum, martyrio coronata est, sicut
octauus liber Ecclesiasticæ Historiæ loquitur.

Cap. 10

Romæ in foro Sempronij, sanctorum marty-
rum, Aquilini, Gemini, Gelasij, Magni & Do-
nati. Trecas, sancti Auentini †. Eodem die

Tur. de conf.
cap. 68

sancti Gilberti confessoris. q̄ qui Sempingamie
quiescit, in monasterio quod ipse condiderat. In

Liefardi

Hunecourt, p: ipso die sancti* Lietphardi, An-
glorum archiepiscopi, & martyris. p Cænobio
Laubiensi, depositio sancti Vulgisi, episcopi &
confessoris. g Die quarta, sancti patris Isidori
Pelusiota † Sextus humilitatis gradus.

de quo Bua-
grius. l. 1 c. 15

¶ Item, Remberti archiepiscopi. cuius celebrior festi-
uitas est die 11 Iunij. Eodẽ die ponit Metaphrastes pœ-
nitentiã Theophili, per intercessionẽ gloriosissimæ Dei
parentis, auctore Eutychiano, huius Theophili ministro.

5 Febr. A

Nonis Februarij, luna

18.29.10.21.3/13.24.6.16.27/9.19.1.11.12/4.14.25.7

1
Agathes

APud Siciliam, ciuitate Catanensium, nata-
lis sanctæ* Agathæ virginis & martyris,
quæ post alapas & carcerem, post equuleum &
tortiones, post mamillarum abscisionem, post
volu-

voluntationem in testulis & carbonibus, tandem sub iudice Quintiano martyrio consummata est. Viennæ, beati Auiti episcopi & confessoris. cuius fide & industria, atque admirabili doctrina, ab infestatione Arianæ hæreseos Galliæ defensæ sunt. p In Blandinio, sancti Bertulfi confessoris. q Suesionis, sancti Vodalii confessoris. r In ciuitate Brixina, sanctorum confessorum, * Gemini & Albini episcoporum. al. Inge-
 quorum vita miraculis extat gloriosa. q In Vilika, nuini depositio Aleidis virginis & abbatissæ, mira sanctitatis.

Alexandriæ, martyrium sancti & gloriosi martyris Isidori †. *Septimus humilitatis gradus.*

Metaph. pag.
840

ANNOTATIONES.

1 Agathæ martyrium ex gestis manuscriptis habet Ado succincte 5 Februarij : & plenius Metapraestes, pag. 842 Suriij. De eadem Missa Ambrosiana, & Fazellus in Siculorum historia. Rursus de Agathe est hymnus Damasi, qui extat apud veteres poetas : & alter Aldhelmi episcopi, in libro secundo de virginibus.

2 De Alcimo Auito Gregorius Turonicus lib. 2 Historiæ cap. 34/ & epitaphium ipsius apud Fabritium ad poetas Ecclesiasticos. cuius præclare meminit Ado Viennensis, sic scribens Anno 492, Quantus autem in ecclesia Christi vixerit, quisquis scire plenius vult, post eius innumera in diuinis laboribus opera, epitaphium ipsius legat, ibi quantus fuerit, videre poterit.

3 De Bertulfo auctor vitæ in prologo. Bertulfi vitam veteri olim stylo descriptam, vt nouo scribendi percurrerem studio, domini abbatis nostri Folkardi obtinuit iussio. Vixit circa annum 1073, monachus Blandinij, siue Gandauj ad sanctum Petrum. *pagin. 346 Suriij.*

4 De Aleide. Coenradus in vita Vuolfelmi. Berta sanctimonialis, soror sancti Vuolfelmi, scientia literarum plurimum exciuit. Hæc vitam beatæ Adelheidis, primæ

primæ abbatissæ Vilecensis, eleganti stylo composuit. Est in codice Ms. vbi pleniori vocabulo dicitur Bertrada.

6 Febr. B

Octauo Idus Februarij, Luna

19. 1. 11. 22. 4 / 14. 25. 7. 17. 28 / 10. 20. 2. 12. 23 / 5. 15. 26. 1

- A** Pud Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctæ Dorotheæ virginis. quæ primum equuleo vexata, deinde palmis diu cæsa, ad vltimum capite punita est. in cuius confessione
- 2** quidam Theophilus scholasticus conuersus; & mox in equuleo eodem acerrime tortus, nouissime gladio cæsus est. *b* Hac cum commendata esset duabus sororibus, id est, Christæ & Calistæ, quæ à fide nuper apostatarant victæ doloribus, vt eam auerterent à Christo, eas iterum conuertit ad Christum, ita vt in cupam missæ per præseptum, incensæ ad martyrij palmam peruenerint.
- 3** Aruernis, sancti Antholiani martyris. Eodem die, sanctorum Vedasti & in Pabula, p Hel-
- 4** none monasterio, Amandi. quorum & vita, & mors, plurimis extitit miraculis gloriosa. è quibus prior * Atrebatensium p pontifex à sancto
- al. Adar-* **Remigio Remorum archiepiscopo consecratur: & ab**
tensium **eodem huic ciuitati, gratia Saluatoris ordinante, destinatus, per quadraginta annos ecclesiam Dei, verbo prædicationis, & exemplo vitæ, strenuè gubernauit. Ad cuius merita declaranda, columna miri splendoris è cælo super domum illius agrotantis irradians, obitum eius præsignauit. Secundus vero Traiectensium rexit ecclesiam: & benedictione ab Aichario episcopo accepta, in pago t**
ad est, territo-
rio. **præter**

præterfluenta Scaldi fluij , cui vocabulum est Gandauum , verbum Domini intrepidus annunciauit. P Qui multorum miraculorum virtutibus pollens , inter alia fertur , quod reo , cui ante mortem à sæuo iudice non potuerat vitam impetrare , post mortem à pio iudice Deo vitam impetrauit , & salutem. ¶ In territorio Lossensis , iuxta villam MaesEike , monasterio Eike , Harlindis & Relindis virginum. Ciuitate Prænensensi , sancti Garini , episcopi & confessoris. § Die sexta , sancti patris Buculi , episcopi Smyrna. ¶ Ipso die , Saturnini , Theophili , & Reuocata. ¶ Roma via Appia , passio sanctæ Soteris virginis. ¶ Traiecti ad Mosam , festiuitas omnium pontificum Traiectensium , Seruatij , Monulphi , Gondulphi , Martini , Valentini , Candidi , & reliquorum. Detrahitur huius gradus.

ANNOTATIONES.

1 Doróthæ gesta habet Surius pag. 866. quibus Martyrologia pulchrè consentiunt. Fuit etiam Alexandrina martyr , de qua Eusebius lib. 8 historiæ eccl. cap. 27. cui Doróthæ nomen fuisse , scribit Rufinus cap. 16 suæ paraphrasis.

2 Theophili passio , in Gestis Dorotheæ continetur. Quod autem Vsuardus scholasticum eam vocet , in bonam partem est accipiendum. clarius enim cum aduocatam nominasset: vt & Gesta habent. Nam in iisdem semel tantum , & per contemptum , de eo dicitur , Scholasticus tuus Theophilus , qui vsque hodie postulabat contra Christianos : estque scholasticus , declamator versatus solum in fictis causis & otiosis , non in veris litibus . Vnde Plinius epistolarum libro 2 , Scholasticus tantum est . quo genere hominum nihil aut simplicius , aut syncerius , aut melius.

melius. Nos enim qui in foro, verisq. litibus terminus
multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus.

3 De Antholiano. Antiqua S. Prædicti historia. Passiones martyrum Cassij, & Victorini, Antholiani & Austremonij, ac cæterorum Sanctorum, qui in Aruernorum vrbe, sanguinem fuderunt pro Christo, glorioso lucubrauit stylo (Prædictus episcopus Aruernensis). De eodem Antholiano Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 65.

4 Vedaſti vitam, non Beda tomo tertio, sed Alcuinus scribit, pag. 870 Suriij. Miracula sancti Vedaſti ab Haymino magistro edita, quæ incipiunt, Sane quæ nuper oculis & liber de virtutibus sancti Vedaſti, per Fratres eiusdem cœnobij, habentur Ms. Lobij.

5 Amandus Gandensium Apostolus, obiit anno 661. Vita eius tomo 1 Suriij, non multo post scripta est. Refert enim auctor, Bonum presbyterum sibi narrasse, quod præsens erat cum Amandus Tornaci à iudice non obtinebat furis liberationem, quem suspensum ad vitam reuocauit. Hæc historia in codicibus ad S. Amandum titulum habet, Baudemundi. Quam alio libro suppleuit Milo. Vnde epitaphium eius habet Anno 871, in Chronico Elnonensi,

*Milo poëta sophus cubat hoc sub marmore clausus,
Carminè dulciloquus, qui librum sobrietatis
Edidit, & sanctum pulchrè depinxit Amandum,
Floribus exornans: metro, prosaque, venustans.*

Prosa incipit, Præfato libello de virtutibus sancti Amandi edito: carmen ad Hayminum sacerdotem,

Festa proquinquabant nostri veneranda patroni.

Rursus, Philippus de eleemosyna scripsit vitam Amandi, capp. 52. & Gillebertus decanus Elnone sancti Andree, deportationem sancti Amandi per Franciam ac miracula per Amandum in via patrata. Habentur Ms. in Flandria ad S. Amandum.

6 De Sotere martyre, nescio tamen an de hac, Ambrosius lib. 3 & 4 de virginibus / & finis passionis sancti Pancratij Romani to. 3 Suriij.

Septi-

Septimo idus Februarij, Luna

7. Febr. C

20. 2. 12. 23. 5/15. 26. 8. 18. 29/ 11. 21. 3. 13. 24/ 6. 16. 27. 9

IN Britannijs, ciuitate Augusta, natalis beati Auguli episcopi. qui cursum temporis per martyrium explens, æterna meruit suscipere præmia. Item sancti Moysëtis episcopi. hic primo in eremo vitam solitariam ducens, signis ac virtutibus magnifice innotuerat: post vero gentem Sarracenorum, cui episcopus fuerat factus, grandi ex parte ad fidem Christi conuertit: sicque gloriosus meritis quieuit in pace.

Cominij, natale sancti Chrysolij. qui huc venit a Marcello papa ad prædicandum missus. Binchij ex p Laubijs, beati Amoluini, episcopi & confessoris.

¶ *In Anglia, sancti Odonis, episcopi & confessoris. 2 Die septima, sancti Parthenij †, episcopi Lampfaceni: & sancti Lucae, in Storio Græcia.*

Crispinus apud Metaph.

¶ *In Anglia, p eleuatio corporis sanctæ Riktrudis. 3 Eodem die, sanctæ Helena corporis aduentus ad Altonillare monasterium. quæ mater Constantini imperatoris existens, ad hoc religiose viuendo peruenire meruit, vt sacratissimæ crucis Domini nostri Iesu Christi fieret inuentrix.*

Apud Phrygiam, natalis beati numerosique Martyrij, pariter ab vniuersa vrbe quadam Christianorum ciuium suscepti. Huius auctor & dux extitit, vir pietate & religione clarus, Adactus nomine. Cuius in confessione Christi constantiam omnis populus sequens, cum mulieribus viri, cum pueris senes, cum ciuibus ciuitas, iniecto igne concremantur, ita vt nullus penitus ex illa vrbe, etiam cum optio daretur, abscederet. Eodem die, ciuitate Lucensi, Richardi regis †, patris sanctæ Vualburgis, qui propter Christum longissimam peregrinatione subijt.

Eus. l. 8. cap. 23. sed 13 Rufini.

Epitaphium eius pa. 896 Surijs.

1 ANNO

ANNOTATIONES.

- 1 De Moyfete, Rufinus lib. 11 hiftoriæ ecclefiasticæ cap. 6/ & Sozomenes lib. 8 cap. 38.
- 2 Odonis archiepifcopi vitam composuit Osbernus Cantuarienfis præcentor. qui claruit Anno 1074. Ex catalogo Brytanniæ Scriptorum.
- 3 De Helenæ translatione. Sigebertus de viris illuftribus cap. 99. Almannus monachus Altuillarenfis fcripfit translationem Helenæ reginæ, à Roma ad cœnobium Altuillarenfe. Extat Ms. *Donus humilitatis gradus.*

8 Febr. D

Sexto Idus Februarij, Luna

21. 3. 13. 24. 6/16. 27. 9. 19. 1/12. 22. 4. 14. 25/7. 17. 28. 10

A Pud Armeniam minorem, natalis sanctorum, Dionysij, Æmiliani, & Sebastiani. Eodem die, Alexandriæ, sanctæ Cointhæ

B. Dio. Alex. 6 hift. eccl. c. 34/31 Rufini. martyris. * hanc pagani correptam ad idola perducunt, adorare cogebant: quod cum illa execrans recusaret, vincula pedibus eius innectentes, & per plateas totius ciuitatis eam trahentes, horrendo supplicio discerperunt. Ciuitate Corduba, Salomonis martyris. Eodem die, natale sancti Nicetii, episcopi Bisontini & confessoris, præclaræ sanctitatis viri. Ipso die, depositio sancti Pauli, episcopi Virdunensis, & monachi, ipsius ecclesiæ restauratoris, & rectoris præcipui. *g Die octaua, sancti Megalomartyris Theodori, ducis exercitus.*

De Theod. Metaph.

¶ r Romæ, Pauli episcopi, Lucii & Cyriaci.

In Bithynia, beati Eugenij, & Mariæ filiæ. de quibus Metaphrastes. *Decimus humilitatis gradus.*

ANNOTATIO.

- 1 Pauli Virdunensis episcopi vitam habet tomus primus

mus historiarum Surij, & in ea narrationem Bercharij *pag. 899*
presbyteri: qui rogatus à Dadone Viridunensi episcopo
(obiit is anno 880) omnium superiorum antistitum eius
ecclesiæ, nomina & res gestas, quatenus nosse potuit,
mira breuitate conscripsit.

Quinto Idus Februarij, Luna 9 Febr. E

22. 4. 14. 25. 7/17. 28. 10. 20. 2/13. 23. 5. 15. 26/ 8. 18. 29. 11

A Pud Alexandriam, passio sanctæ Apol-
niæ virginis. † cui persecutores primum
dentes excusserunt: deinde cum minarentur
eam se viuam incensuros, nisi cum eis impia ver-
ba proferret, illa paululum quid ageret intra se-
metipsam deliberans, repente de manibus im-
piorum prorupit, & in ignem quem parauerant,
profluit. Sueuo apud Cyprum, sanctorum
Ammonis & Alexandri. Gandavi in Blandi-
nio, ex r Fontanella monasterio, p sancti Ansberti, r
sanctæ Galliarum sedis archiepiscopi. In Hoyo,
sancti* Maingoldi, ducis & martyris, regis Hugonis
Anglorum filii. § Die nona, sancti martyris Ni-
cephori †. Undecimus humilitatis gradus.

S. Dio. Alex.
6 Hist. eccl. c.
34 / 31 Rm.
fint.

al. Mengo

Metaph. pag.
904

ANNOTATIO.

r De Ansberto Rothomagensi episcopo. Vitæ eius
initium est, Venerabili & omni honore amplectendo,
eximio sacerdoti Christi Hilberto, abbati cœnobij Fon-
tanellensis, minimus famulorum Domini seruus Angra-
dus. Est Ms / & præter præfationem impressa pag. 906
Surij.

Quarto Idus Februarij, Luna 10 Febr. F

23. 5. 15. 26. 8/18. 29. 11. 21. 3/14. 24. 6. 16. 27/ 9. 19. 1. 12

R Omæ, natalis sanctorum martyrum, Zo-
tici, Irenæi, Hyacinthi & Amantij. In
I a Oriente.

Oriente, sanctæ Soteris virginis. quæ grauitet
& diutissime alapis cæsa, cum cætera quoque
pœnarum genera vicisset, gladio martyrium
consummauit. Item Romæ, via Lauicana, mi-
litum decem. Apud castum Calsinum, san-
ctæ Scholasticæ virginis, sororis sancti Benedi-
cti abbatis. In pago Rothomagensi, sanctæ
Austrebertæ virginis. In *Stabulo Rodis*, nate
sancti Guilelmi confessoris, Ordinis eremitarum
sancti Augustini. In *Aruernis*, depositio sancti Si-
gonis, eiusdem ciuitatis præclaræ sanctitatis episcopi,
& confessoris. In *Bisontij*, depositio Prothadij epi-
scopi & confessoris, tempore Clotarij regis. In *Die*
decima, sancti martyris Charalampi. In *Campa-*
nia, natale sancti Siluiani, episcopi & confessoris. Et
Baldegundis abbatissæ.

¶ Dordraci, sanctæ Suræ, virginis & martyris, com-
memoratio, sub nomine Soteris, quod Latine interpre-
tatur Saluatricæ. *Duodecimus Humilitatis.*

ANNOTATIONES.

1 De Scholastica scribit Gregorius lib. 2 dialogorum
cap. 33 & 34. In quæ Gregorij verba est sermo secundus
inter varios apud Bedam to. 7. Subiungitur ibidem car-
men de Scholastica. Est & aliud de ea per S. Aldhelmum
lib. 2 de virginitate cap. 10.

2 Austrebertæ vitam, quæ prima fuit in Pauliaco ab-
batissa, grauitet & religiose conscripsit eius fere æqua-
lis, pag. 918 Suriij.

3 De Vuilhelmo Cornelius Grapheus Alustensis in
vitam eius, quam carmine scripsit. Albertus egregius
ranti doctoris discipulus, Theobaldus quoque quidam,
sanctitate etiam ac doctrina conspicuus, grauissima, vt
ipse refert, valetudine à diuo liberatus, Diui Guilelmi
historiam fideliter literarum monumentis tradiderunt.
Theobaldum habet Surius pag. 924. præter cap. 31/ nisi
id ma

id ma
stingu
desper
se, vt
tulum
libera
tus à l

24.6.

A
stro
naste
rex C
tus e
phrô
lius v
lis et
ti, epi

1 De
cap. 19
ni abba
cram fa
pulus f
post ip
etiam v
Senoni
propag
nis fun
huic te
Surius,
2 Eup
trum al

id malis librum miraculorum vocare, & in 28 capita distinguere. refert enim Theobaldus ultimo miraculo, se desperate ægrotantem orasse, & à Vuilhelmo obtinuisse, ut in vita eius consummanda vnicum insereret capitulum, quod restabat; intelligens videlicet sui per eum liberationem: cuius vitam & miracula scripserat rogatus à Priore Prouinciali Francia, & fratribus eius.

Tertio idus Februarij, luna

11. Febr. G

24.6.16.26.9/19.1.12.22.4/15.25.7.17.28/10.20.2.13

A Pud Lugdunum, natalis sancti Desiderij episcopi & confessoris. Eodem die castro Nantonensi, sancti Seuerini, abbatis monasterij Agaunensis. cuius precibus Dei cultor rex Clodoueus à diutina infirmitate sua liberatus est. Alexandria, depositio sanctæ Euphrósynæ virginis. quæ in monasterio, ¹ *vt illius vita docet*, virtute abstinentiæ, & miraculis etiam, claruit. *Aruernis, sancti Desiderati, episcopi & confessoris. Hyemis tempore. N à Calendis.*

ANNOTATIONES.

¹ De Seuerino. Demochares de Missæ sacrificio to. 2 cap. 19: Faustus presbyter scripsit historiam diui Seuerini abbatis. Initium vitæ eius Ms. in Throno, est, Sacram sane libelli seriem, quam Faustus presbyter, discipulus sancti Seuerini abbatis, de eius vita vel actibus post ipsius obitum ediderat, transcribentes, iubente etiam venerabili viro Magno †, & meritis & nomine Senonicæ vrbs antistite, aliquanto clariori sermone propagare duximus, sensum & ordinem eiusdem lectionis funditus exequendo: nec etiam diuersum aliquid huic textui inferendo. Hanc in compendium rededit Surius, pag. 957.

*Etate Cæ
rosi Magni.*

² Euphrósynes historiam habent non tantum Vitæ Patrum alphabeto 15, sed & Metaphrastes pag. 43 Surij.

I 3

Pridie

12 Febr. A

Pridie Idus Februarij, luna

25.7.17.28.10/20.2.13.23.5/16.26.8.18.29/11.21.3.14

IN Hispanijs, natalis sanctæ Eulaliæ virginis, quam constat tempore Dioclitiani martyrij accepisse coronam, ciuitate Barcinona. In Africa, sanctorum martyrum, Saturnini presbyteri, Datini, Felicis, Ampelij, & sociorum eius, qui passi sunt pro Christo sub Anulino proconsole. Apud Alexandriam, Modesti & Ammonij infantum. *b In Africa, passio sancti Damiani militis. g Die duodecima, sancti patris Meletij, archiepiscopi Antiochiæ magnæ.*

¶ Item Constantinopoli, sancti Antonij, magni inter Dei pontifices, & admirabilis inter patriarchas.

ANNOTATIONES.

¹ Saturnini & collegarum passio habetur ex Actis publicis, pag. 949 Suriij. Quæ sincere videtur & grauius relata in publica Acta. Qui autem appendicem subiunxit, is ex eo conuincitur fuisse de schismate & parte Donati, quia schismatico & mendaci spiritu multa effudit contra catholicos episcopos, Mensurium & Cæcilianum.

² Meletij archiepiscopi Antiocheni encomium scribit Ioannes Chryostomus apud Metaphrastem, quod citatur à Septima Synodo, Actione 4. Extat etiã Gregorij Nysseni oratio in eius funere recitata. De eodem, auctores tripartitæ historiæ.

³ Antonij archiepiscopi vitam, seu funebrem de eorum orationem, habet apud Metaphrastem, beatissimus Nicephorus, philosophus & orator. *Hæmæ tempore.*

13 Febr. B

Idibus Februarij, luna

26.8.18.29.11/21.3.14.24.6/17.27.9.19.1/12.22.4.15

APud Antiochiam, natalis sancti Agabæ prophetæ, de quo beatus Lucas in Apostolicis Actibus scribit. In Melitena, ciuitate

Act. 11. 21

Arme

Armeniae, sancti Polyeucti martyris. qui Latinè interpretatur multum orans. Ciuitate Andegauis, sancti Licinij episcopi, venerabilis sanctitatis viri. ^a *Romæ, sancti Gregorij papæ secundi. qui rexit Ecclesiam annis sedecim, tempore Leonis & Constantini imperatorum.* ^b *Hic in Germania per Bonifacium episcopum verbum salutis prædicauit.* ^c *Apud Torcellum, sanctæ Fuscæ, virginis & martyris.* ^d *In Brytannia, Ermenildæ virginis †.* *In Lugduno, Stephani episcopi. In territorio Treuerensi, Confluentiæ castello, sancti Castoris confessoris. cuius gesta habentur. Ciuitate Meldensi, sancti Gisleberti episcopi & confessoris.* ^e *Die decima tertia, sancti patris Martiniani †.*

id est, vidua sanctimonialis.

Metaph. pag.

^f *Eodem die, depositio Stephani eremitæ, qui Grandimontensis Ordinis extitit fundator deuotus. Itē obitus Iordani †, secundi magistri Ordinis Prædicatorum. & Amulrici episcopi Monasteriensis nōdum canonizati. Paduæ ad sanctum Prosdocimū, obitus Eustochiæ virginis. quæ ex monachæ sacrilego partu, vt rosa ex spinis, effloruit, & à pessimo dæmonio vsque ad extremum vitæ fatigata, inuicta animi patientia omnia, superauit.*

973

Leander. l. 2. de ill. Prædic.

3

ANNOTATIONES.

- ¹ Polyeucti martyrium in Melitene Armeniae, habet Metaphrastes 9 Ianuarij pag. 188 Suriij.
- ² De Gregorio secundo Pontificale tomo 3 Conciliorum fol. 11 & sequentibus.
- ³ De Eustochiâ. Bernardinus Scardeonius de antiquitate vrbis Patauij lib 2. classe 6. Extat liber in D. Prosdocimi monasterio innumerabilium pœne miraculorum beatæ Eustochiæ, quem nuper cum maxima admiratione & animi lætitia perlegi. Extat etiam libellus de eius vita & laudibus à Petro Baraccio episcopo Patauino cōscriptus. Scripsit quoq. multa de eadem Latino vulgariq. sermone Hieronymus Saligerius, tunc illius monasterij confessionarius sacerdos, vir doctissimus.

I 4

Decimo

14. Febr. C Decimo sexto Calendas Martij, Luna

27. 9. 19. 1. 12/22. 4. 15. 25. 7/18. 28. 10. 20. 2/15. 23. 5. 16

Valentini
viriisque
gesta cele-
berr. habet
romus 1 Su-
vij.

Romæ, natalis beati Valentini presbyteri qui post multa sanitarum & doctrinæ insignia, fustibus cæsus, & sic decollatus est, sub Claudio Cæsare. Item Romæ, sanctorum martyrum, Vitalis, Feliculae, & Zenonis. Ciuitate Interamnis, beati Valentini episcopi, qui post diuturnam cædem, custodiæ mancipatus, cum superari non posset, medio noctis silentio eiectus de carcere, decollatus est. Apud Alexandriam, sanctorum martyrum, Bassi, Antonij, Protolici, qui in mare merfi sunt. item Cyrionis presbyteri, Moyses, Balsiani, Agathonis. qui omnes igne combusti sunt: item Dionysij & Ammonij decollatorum. s Die decima, quarta sancti patris, Auxentij. Dominico die temperius surgatur ad vigiliis.

De Aux.
Metaph.

15. Febr. D Decimo quinto Calendas Martij, Luna

28. 10. 20. 2. 13/23. 5. 16. 26. 8/19. 29. 11. 21. 3/14. 24. 6. 17

Ado. & Ge-
sta pag.
1004 Suriij.

Ciuitate Brixia, sanctorum martyrum Faustini & Iouitæ diaconi. r qui sub Adriano imperatore examinati, dixerunt ei, Audi Adriane tortuose coluber, imò & scœuissime anguis, per ambages, & amfractus cursitas, vt nos à recto possis deuiare. Hoc tibi sit agritum, quod latratui tuo non obediemus, nec illis tura ponemus, sed Domino creatori nostro tura simul & libamina, iugiter immolamus. Quod audientes populi ex Mediolanensium vrbe conglobantes se mutuo, venerunt ad beatos martyres, & baptizari se fecerunt. Tunc

Adria-

Adrianus hoc audiens, furore accensus, mox eos gladio plecti fecit, & capita truncari. Romæ, sancti Cratonis martyris. † qui à Beato Valétino fidei documentis institutus, non multis post diebus, cum vxore & vniuersa domo, martyrio est consummatus. In Gallijs, ciuitate Vafionensi, sancti Quinidij episcopi. cuius mortem in conspectu Domini pretiosam crebra miracula testantur. eiusque gesta habentur. Ciuitate Interamnis, sancte Agapes virginis. Antiochię, Ioseph diaconi. Ipso die beati Seueri, presbyteri & confessoris. cuius meminit beatus Gregorius in libro dialogorum. Huius corpus attulit ex Italia Roperus episcopus Treuirensis. Vexione in Dacia, sancti Sigfridi episcopi, præclara sanctitatis viri, qui Suetiam ad Dominum conuertit.

*Valentini
Inter am. ge-
sta pag. 984
co. 1 Surij.*

¶ Constantinopoli, dedicatio ecclesię sancte Sophię. 1

ANNOTATIONES.

1 De ecclesia Sophię, Nicephorus lib. 17 Historiæ, cap. 20, ex Procopio / & Euagrius lib. 4 cap. 30 In matutinis dominica die.

Decimo quarto Calendas Martij, Luna 16. Febr. E

29. 11. 21. 3. 14 / 24. 6. 17. 27. 9 / 20. 1. 12. 22. 4 / 15. 25. 7. 18

Natalis beati Onesimi. de quo sanctus Paulus scribit Philemoni. Quem idem Apostolus episcopum ordinans, prædicationisque verbum ei committens, apud Ephesiorum ciuitatem reliquit. *a De quo & beatus Ignatius, Ephesis scribens Epistolã, ita dicit, Ego suscepi multitudinem vestram in nomine Domini, in Onesimo dilecto præceptore nostro, vestro autem episcopo. Obsecro eum secundum Christum Iesum diligere vos,*

*c. vnico
De eodem
Metaph.*

Epist. 11

I 5 & vos

& vos omnes in concordia eius in ipso esse. Benedi-
 ctus enim Deus, qui vobis talibus talem episcopum
 donavit habere in Christo. Hic Romam perdu-
 ctus, atque ibi pro fide Christi lapidatus: inde ad
 locum ubi fuerat ordinatus, corpus eius delatum
 est. Ciuitate Cumis, sanctæ Iulianæ virginis
 quæ post varia tormenta, & carceris custodiam
 palam cum diabolo confixit. Deinde flamma
 ignium & ollam superans feruentem, capiti
 decollatione martyrium consummavit. ^b *Quæ*
passa est quidem in Nicomedia, sed post paucum
tempus Deo disponente in Campaniam est translata.
 Apud Ægyptum, sancti Iuliani martyris, cum
 alijs numero quinque millibus. Metis ciuitatis,
 natalis sancti Simeonis, episcopi & confessoris.
 Ipso die, Ambianis, sancti Honesti martyris.

De Iul. Mc-
 sap. p. 4.
 1011

Diebus aut priuatis.

17 Febr. F

Decimo tertio Calendas Martij, Iuna

1. 12. 22. 4. 15 / 25. 7. 18. 28. 10 / 21. 2. 13. 23. 5 / 16. 26. 8. 19
IN Perside, ciuitate Babylonia, natalis sancti
 Polycronij, episcopi & martyris. qui præsi-
 dente Decio persecutore, os lapidibus cæsus,
 manibus extensis, oculos ad cælum leuans, emi-
 sit spiritum. ^b *Scriptum est in passione sancti Lau-*
rentij. Apud urbem Concordiam, passio sancti
 etorum, Donati, Secundiani, Romuli, cum alijs
 octoginta sex. In Scotia, sancti Fintani, pre-
 byteri & confessoris, magnæ virtutis viri. Ipso
 die, monasterio Sithu, p in pago Teruanensi, sancti
 Siluini Teruanensis, episcopi Tolosanae ciui-
 tatis. ^r *Claromonte, sancti Lupiani confessoris.*
^q *Treueris sancti Bonosij, episcopi eiusdem vrbis.*

In initio,
 cum gestis
 Abdou.

g Die

g Die d
tironis.

r De
 Aloysij,
 men est

D

2. 13. 23.

N

r

carner

qui fu

episco

natus

suppl

omni

tibus,

suppli

etorum

eius B

essent

no fu

deinc

marty

in rbe

ciuita

& M

q

Pan

ris pe

nopol

g Die

g Die

Die decima septima, sancti martyris Theodori
tironis. *Planē agenda Matutina vel Vespertina &c.*

ANNOTATIO.

¹ De Theodoro tirone Metaphrastes tomo quinto
Aloysij, & ibidem Nectarius episcopus. Videndum ta-
men est num nonnulli diuersos Theodoros confundant.

Duodecimo Calendas Martij, luna ^{18 Febr. ☾}

2.13.23.5.16/26.8.19.29.11/22.3.14.24.6/17.27.9.20

Natalis beati Simeonis, episcopi & marty-
ris. qui propinquus Saluatoris secundum
carnem extitisse dinoscitur, ac filius Cléophæ,
qui fuit frater Ioseph. Hic Hierosolymorum
episcopus post Iacobum fratrem Domini ordi-
natus, persecutione Traiani multo tempore
supplicijs affectus, martyrio consummatus est,
omnibus qui aderant, & ipso iudice, miran-
tibus, vt centum viginti annorum senex crucis
supplicium pertulisset. Ciuitate Ostia, san-
ctorum martyrum, Maximi, Claudij, & vxoris
eius Præpedignæ, cum duobus filijs. qui cum
essent præclarissimi generis, iubente Dioclitia-
no sunt tenti, atque in exilium deportati; dein-
de incendio concremati, odoriferum sacrificium
martyrij Deo reddiderunt. ^a Quorum reliquias
in rheuma [†] iactatas, Christiani perquisitas, iuxta est fluxus
ciuitatem sepelierunt. [†] In Africa, Lucij, Siluani, ^{aquarum.}
& Maximi.

*De his fusa
Gesta Su-
sanna.*

[†] p Colonia, commemoratio ossium sanctissimi
Pantaleonis martyris. quando caput eiusdem marty-
ris per Henricum de Ulmine militem, de Constanti-
nopoli * translatum est.

ad nos

Pataris,

*Metaph. de
his.*

Pataris, sanctorum martyrum, Leonis & Pargorij

ANNOTATIO.

1 De Simeone Eusebius, & apud eum Egesippus, libri
3 hist. eccles. cap. 10. & 26: quæ sunt Rufini 11 & 32.
In sanctorum vero festiuitatibus.

19. Febr. A

Vndecimo Calendas Martij, luna

3. 14. 24. 6. 17/27. 9. 20. 1. 12/23. 4. 15. 25. 7/18. 28. 10.

*De Gab. Ge-
sta Susanne,
21 Augusti.*

Romæ, natalis sancti Gabini, presbyteri &
martyris. qui à Dioclitiano diu in custo-
diâ vinculis afflictus, pretiosa morte cœli gau-
dia comparauit. In Africa, sanctorum, Pu-
blii, Iuliani, & Marcelli. *¶ Eodem die, sancti
Eustathij, patriarchæ ecclesiæ Constantinopolita-
næ. ¶ Treuiris, sancti Leguntij, episcopi & con-
fessoris. Ciuitate Beneuento, sancti Barbatij, epi-
scopi & confessoris.*

*Metaph pag.
1018*

*¶ Item sancti & gloriosi admirabiliū operum effe-
ctoris, patris Auxibij, archiepiscopi Soliensis, qui fuit di-
scipulus sancti benedicti quæ Apostoli & Euangelistæ
Marci. Eodem die obiit Bonifacius, Lausanensis in
Burgundia episcopus, qui Bruxellæ natus, in Camera
monasterio Ordinis Cisterciensis, iuxta idem oppidum
quieuit. *¶ A sancto pascha vsq; ad penthecoste.**

20 Febr. B

Decimo Calendas Martij, luna

4. 15. 25. 7. 18/28. 10. 21. 2. 13/24. 5. 16. 26. 8/19. 29. 11. 22

A pud Tyrum ciuitatem, beatorum marty-
rum, quorum numerum solius Dei scientia colligit, qui iubente Dioclitiano, multis tor-
mentorū supplicijs sibi inuicem succedenti-
bus, occisi sunt. Primo quidem flagris per omne
corpus dilaniati, deinde diuersis bestiarum ge-
neribus traditi: sed ab his diuina virtute custo-
diti,

diti, p
rium c
multit
nio &
scopi.
agonē
est. I
Neme
therij,
p In Sa
beati E
rolo * e
stia fu
sacra m
dicio.
scopi Ca

¶ Ap
tum vig
rundo a

1 Den
ecclesiast
2 Eleu
Auctor c
miracula
sis, qui A
3 Euch
pag. 102

5. 16. 26.

A P

dicti, post addita feritate ignis & ferri, martyrium consummauerunt. Horum gloriosam multitudinem incitabant ad victoriam Tyrannio & Siluanus: sed & Pelens atque Nilus episcopi. Zenobius quoque presbyter, qui felicem agonem, unam cum eis, martyrii palmam adeptus est. In Cypro insula, sanctorum Pothamij & Nemelij. *Tornaco ciuitate, depositio sancti Eleutherij, episcopi & confessoris ecclesie eiusdem.*

*p. In Sarchinio, monasterio sancti Trudonis, depositio beati Eucherij, qui Aurelianensem episcopus à Carolo * exilio est relegatus. quod tamen cum pro in-* 3 Martello.
stitia fuisse perpeffum, crebra miracula, quæ per eius sacra merita diuina fieri concedit clementia, sunt indicio. 8 Die vigesima, sancti patris Leonis, episcopi Caranes q in Sicilia.

¶ Apud Persidem, sancti Sadoth † episcopi, & centum viginti octo. qui cum eo subire martyrium, in se- Metap. pag. 1024.
ruando anno persecutionis Saporis. Ut ait propheta.

ANNOTATIONES.

1 De martyribus Tyrijs scribit Eusebius lib. 8. historiae ecclesiasticae cap. 7, & 25: sed Rufini 14.

2 Eleutherij vita Ms. incipit, Temporibus Dioclitiani. Auctor citat de vita eius Audoneum discipulum: item miracula, quæ ipsi retulit Heidilo episcopus Tornacensis. qui Anno 881 eleuauit corpus sancti Eleutherij.

3 Eucherij vitam habet Surius mutato nonnihil stylo, pag. 1026. Meminit & Sigebertus, anno 723.

Nono Calendas Martij, luna

21 Febr. ☾

3. 16. 26. 8. 19 / 29. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 27. 9 / 20. 1. 12. 23

A Pud Siciliam, sanctorum martyrum septuaginta nouem, qui sub Dioclitiano per-

per

per diuersa tormenta confessionis suae con-
nam, à Christo sibi paratam, accipere merue-
runt. In Africa, ciuitate Adrumeto, sancto-
rum, Veroli, Secundini, Seruuli, & aliorum vi-
ginti. *Metis ciuitate, natalis sancti Felicis, episcopi
& confessoris. qui sedit annos quadraginta et dies
& menses sex. 8 Die vigesima prima, sancti patris
Timothei, qui fuit in Symbolis.*

¶ q Mediolani, p festum sancti Ambrosij pro-
etoria, ipso inuocato adepta ad Parabiagum, anno
Domini millesimo trecentesimo trigesimo octauo.

Syrus pag.
1030

¶ p Eodem die, obitus sancti Pipini †, (&) vigilia
dispersæ sancti Pipini / cuius corpus Niuellæ quiescit in
tumba portatili, & circumfertur in Litanij: sicut in
Idubergæ, & nutricis sanctæ Gertrudis.
Jam de nocturnis vel matutinis digessimus.

22 Febr, D

Octauo Calendas Martij, Luna

6.17.27.9.20 / 1.12.23.4.15 / 26.7.18.28.10 / 21.2.13.14

1 **A** Pud Antiochiam, cathedra sancti Petri
2 **TRI.** Eodem die, sancti Papiæ Hiero-
politanae ciuitatis episcopi. qui Ioannis Aposto-
li auditor, Polycarpi autem condiscipulus &
sodalis fuit. Item sancti Aristionis. qui fuit
vnus de septuaginta duobus Christi discipulis
2 Alexandriae sancti Abilij episcopi. qui post
beatum Marcum secundus episcopus, tredecim
annis sacerdotium virtute conspicuus mini-
strauit. b *Viennæ, sancti Paschasi †, episcopi
& confessoris, q admirandæ sanctitatis viri.*

Ado An.
303

¶ Gandau, p translatio corporis sancti Gudwini
archiepiscopi. In primis semper diurnis horis

ANNOTATIONES.

1 In Cathedrae Petri festum & natalem diem, est apud
Augustin

Augustin
Carnote
uersariu
Turonen
2 De P
Eusebius
Rufini 39
Anno

7.18.28.

A P
M
imperat
horto q
increpan
ratore t
retur, ca
ta duor
vrbe co
perunt.
& conf
mos ad
tyrij glo
die, vigi
Milburg
ris, inuen
sti. In
tyris eg

1 De M
habet G

Augustinum sermo dici. item Sermo vltimus Iuonij Carnotensis. Huc pertinent Leonis sermones in anniversarium diem assumptionis suae / 23 canon 2 synodi Turonensis, & alia.

2 De Papia, Aristione & Abilio mentionem ingerit Eusebius in tertio libro suae historiae, de primis cap. 33. Rufini 39: de tertio cap. 12 & 16 / apud Rufinum 13 & 21.

Anno bissextili in lectione dici 23, omittatur vigilia S. Matthiae.

Septimo Calendas Martij, Luna

23. Febr. E

7. 18. 28. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 29. 11 / 22. 3. 14. 25

A Pud * Sirmium, beati Sireni monachi & *Firmiū Italiae ciuitatis Picensis.*
 martyris. qui ^b cum vnus ex Maximiani imperatoris domesticis vxorem, hora incongrua in horto quem ipse sibi excolebat, deambulantem, acrius increpando repulisset, iubente Maximiano imperatore tentus, cum se Christianum esse confiteretur, capite caesus est. Item natale * sexaginta duorum. qui martyrij certamen in praefata vrbe consummantes, regna per mansura perceperunt. Ipso die, sancti Polycarpi, presbyteri & confessoris. † quicum beato Sebastiano plurimos ad fidem Christi conuertit, atque ad martyrij gloriam exhortando perduxit. *al. septuaginta.*
 Eodem die, vigilia beati Matthiae Apostoli. *Scribitur fuisse in gestis Sebast.*
 q In Anglia, Milburgis virginis, filiae regis Merciorum. Treueris, inuentio sancti Celsi episcopi & confessoris Christi. In territorio Aruernensi, sancti Syrenei, martyris egregij. *Expensio ergo psalmo centesimo octauo decimo.*

ANNOTATIONES.

1 De Milburge. Catalogus Scriptorum Brytanniae habet Gotzelinum monachum sancti Bertini cripsisse vitana

FEBRUARIUS.

vitam D. Milburgæ, Claruisse Anno 1110 / & sancti
Odonem Bellenfem edidisse de inuentione librum, obiit
anno 1160.

2 De Celso, Tritthemius in chronicis Hirsaugiæ. The-
doricus monachus cœnobij sancti Matthie prope Tre-
rim, ordinis Benedictini, scripsit de inuentione sancti
Celsi, librum vnum. Cl. anno Domini 1005. Est M
Coloniæ. ad Minores.

Lectio diei intercalaris.

24 Febr. F

Sexto Calendas Martij, Luna

8. 19. 29. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15.

Vigilia sancti Matthie apostoli. Et aliorum
plurimorum sanctorum martyrum, confessorum,
etque virginum.

ANNOTATIO IN BISSEXTVM.

Quidam die intercalari repetunt totam lectionem diei
23. Parum etiam refert an luna utroque die eadem le-
gatur: an vero, ut diei, sic & lunæ fiat in pronuncian-
do accessio, quod legitimum est.

24 Febr. F
vel 25.

Sexto Calendas Martij, Luna

8. 19. 29. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15.

Natalis beati MATTHIÆ Apostoli, qui
post ascensionem Domini ab Apostolo
sorte electus, apud Iudæam Euangelium Christi
prædicauit. Item, inuentio capitis præcurso-
ris Domini, tempore Marciani principis: quan-
do idem Præcursor duobus monachis, primum
ubi idem caput eius cælatum iaceret, reuelauit.

Porte de eo
Turo. de glo.
Mar. cap. 97

In Cæsarea Cappadociæ, sancti Sergij & mar-
tyris, cuius gesta præclarissima habentur.
Treuiris, beati Modesti episcopi. In Anglia
Ethelberti regis Cantiorum, & confessoris, qui præ-
dicatione

dicatio
gorius
sjs ext
E
Montan
Flavian
ab ipfis
sens ad

i De
quem V
vero ali
nus, lib
Eusebiu
thia, Ap
Treuiri
2 De
sua libr

9. 20. 1. 11

A
Diosco
impera
tius, p
sita su
quatuor
si: Sera
itaque
Item
Vualde
præfuit
dia, epif

dicatione sancti Augustini, quem sanctus papa Gregorius miserat, conuersus, fidei ampliandæ & ecclesijs extruendis, studiosum cooperatorem se exhibuit.

¶ Eodem die annotatur † vita & martyrium sancti Montani, & sociorum eius, Lucij, Iuliani, Victorici, Flauiani, & cæterorum / scriptum eleganti stylo, partim ab ipsis martyribus, partim ab eorum familiari, qui præsens aderat. *Vespera autem quotidie.*

à Suriô. C85
dex Ms. Iobij, ponis
18 Maij.

ANNOTATIONES.

1 De Matthia legitur in quibusdam ecclesijs sermo^o quem Vrbinas in milloquio ascribit Augustino: Bedæ vero alij quidam. Meminit eiusdem Clemens Alexandrinus, libris Stromatum, 2, 3 & 7. quorum medium locum Eusebius citat lib. 3 hist. cap. 23 / Rufini 29 / rursus de Matthia, Appendix Græca ad Hieronymi catalogum cap. 10 Treuericam historiam cum Pseudoabdia edidit Lazius.

2 De Ethelberto rege confessore, Beda historiae gentis suæ libro 1 cap. 25, 32, 33 / lib. 2 cap. 3 & 5.

Quinto Calendas Martij, Luna

25 Febr. G
vel 26.

9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 27

A Pud Ægyptum, natalis sanctorum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Dioscori, Serapionis, & Papiæ, sub Numeriano imperatore. quorum primus, secundus, & tertius, pro confessione deitatis constanter exquisita suppliciorum genera tolerantes: reliqui quatuor, Claudius & Dioscorus, flammis incensi: Serapion & Papias, gladio cæsi sunt. Omnes itaque celebre martyrium dedicauerunt.

Item sanctæ Aldetrudis virginis, filie sanctæ Vualdetrudis: quæ Malbodio monasterio secunda præfuit. In Sicilia, sancti Gerlandi, ex Burgundia, episcopi Agrigentini, tempore Rogerij comitis.

K 8 Die

1 *g Die vigesima quinta, sancti patris Tarasij, archiepiscopi Constantinopolis. Vbiq̄ue credimus.*

ANNOTATIO.

pa. 1036
Surij.

1 De Tarasio Suidas in dictionario; Ignatius diacōnus, & vasorum custos magnæ Constantinopolitane ecclesiæ, metropolitanus Nicææ, grammaticus, scriptor vitas Tarasij † & Nicephori, sanctorum & beatorum patriarcharum.

26 Febr. A
vel 27

Quarto Calendas Martij, Luna

10.21.2.13.24/ 5. 16. 27. 8. 19/ 30. 11. 22. 3. 14/ 25. 6. 17.

al. Pergen **I**N ciuitate † Perge Pamphylia, natalis beati Nestoris episcopi, qui persecutione Decij, cum die noctuq̄ue orationi insisteret, postulatans vt grex Christi custodiretur, comprehensus, nomen Domini mirabili libertate & alacritate confessus, equuleo crudelissime tortus est: exinde crucis suspendio victor migravit.

- 2 Apud Alexandriam, sancti Alexandri episcopi, gloriosi senis. hic post beatum Petrum Arium presbyterum suum, hæretica impietate deprauatum, & diuina veritate conuictum, de ecclesia eiecit: ac postea inter trecentos decem & octo patres in Niceno Concilio eundem damnauit. *r Item Fortunati, Felicis, cum alijs viginti septem. q In territorio Archiacensis sancti Victoris confessoris. g Die vigesima sexta.*
- 3 *sancti Victoris confessoris. g Die vigesima sexta.*
- 4 *sancti patris Porphyrij, archiepiscopi Gaza.*

ANNOTATIONES.

1 De Nestore latius Beda in martyrologio, ex Gestis apud Surium, pag. 1055.

2 De Alexandro, Rufinus, lib. 1, siue 10, historie ecclesiæ.

cles. cap. 1 / Theodoritus lib. 1 capitibus primis.

3 De Victore Bernardus epistola 312 ad Guidonem
abbatem Arremarensem. Seruata antiquorum veritate
scriptorum, quæ tu mihi transmiseras, de vita sancti Vi-
ctoris, cuius apud vos corpus sacratissimum requiescit,
duos dictavi sermones † qualicunque sermone meo, *Sunt inter
Sermones.*
illud quantum potui cauens, vt nec breuitas obscuros,
nec prolixitas redderet onerosos. Deinde quod ad can-
tum spectat, hymnum composui, metri negligens, vt
sensui non deessem. Responsorialia duodecim, cum anti-
phonis viginti septem, suis in locis disposui &c.

4 Porphyrij vitam Marcus eius discipulus & familia-
ris, satis prolixè scribit, apud Metaphrastem. *Si cum hominibus potentibus.*

Tertio Calendas Martij, Iuna

27 Febr. B

11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29

vcl 28.

Alexandriæ, passio sancti Iuliani marty-
ris †. is cum ita pòdagra constrictus es-
set, vt neque incedere, neque stare posset, vna
cum Euno ministro suo in sella iudici offertur,
qui camelis impositi, per totam iubentur cir-
cumduci urbem, & flagris hinc inde inspectan-
te populo laniari, vsquequo finem ipsis verbe-
ribus fortirentur. In Hispanijs, ciuitate His-
pali, natalis sancti Leandri, episcopi & confes-
soris. cuius prædicatione & industria, tota gens
Gothorum, per Recharedum regem, ab Aria-
na impietate conuersa est. Lugduni, sancti
Baldomeri viri Dei. cuius sepulchrum crebris
miraculis illustratur. *Eodem die, in Nort-
mannia, beatæ Honorinæ, virginis & martyris.*

*S. Dio. A.
lex. 6. hist.
eccle. c. 34 /
21. Rufini.*

g Die vigesima septima, sancti patris Procopij,
Decapolitæ confessoris.

¶ Item apud Metaphrastem, sanctorum Andronici & *pag. 1084*
Athanasij. *Si maior congregatio fuerit.*

K 2

ANNO.

FEBRUARIUS.

ANNOTATIONES.

1 Leandri Gregorius meminit 3 dialogorum cap. 36 / & initio moralium / item S. Isidorus de viris illustribus cap. 28.

28 Febr. C
vel 29.

Pridie Calendas Martij, Iuna

12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 30

al. Iuren-
sibus 1

IN territorio Lugdunensi, locis † virentibus, depositio sancti Romani abbatis. qui primus illic eremiticam vitam duxit, & multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum postea pater extitit monachorum. 1 Eodem die sanctorum Macarij, & Rufini, Iusti & Theophili. g Die vigesima octava, sancti patris & confessoris Basilij, synascetae sancti Procopij.

P. diaconus
l. 6 de Lon-
gob. c. 14

† Papiæ, translatio † sancti patris Augustini, episcopi & confessoris.

ANNOTATIO.

1 Lupicini & Romani vitam scribit sanctus Gregorius Turonicus, libro siue capite 1 de vita patrum.

Singuli per singula lecta dormiant? M A R.



MA

13. 24. 5



larie
ciuitat
dem c
Vrsati
sus est
confe
ctitati
psit.
Adria
lorum,
dum in
Suuith
tempo
verbu
ragene
minan
sancti
marty
natale
Dauic

MARTIVS HABET DIES

X X X I.

Calendis Martij, luna

i Mart. D

13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1



OMÆ, Sanctorum ducento-
rum sexaginta Martyrū, quos
iussit primo Clanudius pro
Christi nomine damnatos,
arenam fodere: deinde præce-
pit, vt foras muros portæ Sa-

*Passio Va-
lentini pres-
by. to. i Su-
rij pag. 981*

lariæ mitterentur, & in amphiteatro eiusdem
ciuitatis, militum sagittis interficerentur. Eo-
dem die, sancti Donati martyris. qui sub * duce
Vrsatio, & Marcellino tribuno, Carthagini pas-
sus est. Andegauis, sancti Albini episcopi &
confessoris, viri præclarissimæ virtutis & san-
ctitatis. cuius vitam Fortunatus presbyter conscri-
psit. Ciuitate Massilia, sanctorū, Hermetis &
Adriani. Eodem die festiuitas sanctorum Ange-
lorum, custodum singulorum hominum. Apud oppi-
dum imperiale, quod Vuerda dicitur, natalis sancti
Suuiberti Vuerdensis episcopi, & confessoris. qui
temporibus Pipini vna cum sancto Vuillibrordo
verbum salutis gentibus prædicauit. Hic inter cete-
ra genera morbum, quem Physici squinantiam † no-
minant, solitus est curare. Eodem die Massilia,
sancti Adalangi episcopi. 8 Die prima, sicut sanctæ
martyris Eudociæ. 9 In territorio Cenomanensi,
natale sancti Suiardi abbatis. In Britannia, beati
Dauid, Meneuensis archiepiscopi, & confessoris.

al. iudice

1

2

*Synanchen,
& angina,
quod angaa
guttur.*

3

4

K 3 Apud

Cesta Thyr. f. Apud Antinoëum urbem, passio beati Leonidis.

ANNOTATIONES.

- 1 De Albino. Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 96. Albini confessoris nuper vitæ liber conscriptus est à Fortunato presbytero: editus to. 2 Suriij. pag. 2
- 2 De Suuitberto. Rixfridus septimus episcopus Traiectensis, in epistola ad S. Ludgerum. Habemus & reuenter habemus, libellum continentem gesta & Legendam sancti Suuitberti episcopi, & coepiscopi sancti Vuillibrordi, editam mandato & auctoritate sancti patris Gregorij, episcopi Traiectensis ecclesie, à sancto Marcellino presbytero, consodali & confratre sanctorum Vuillibrordi & Suuitberti. S. Ludgerus cap. 1 libri de elevatione, canonizatione & miraculis sancti Suuitberti ad Rixfridum. Expauesco, & tremisco aliquid addere ad complementum illius libri, editi & conscripti à tam excellenti gentilium prædicatore, egregio presbytero sancto Marcellino. Est excusus cum Marcell. to. 2 Suriij, & Colonia Anno 1508. Cap. 5 dicit Suuitbertum vbique terrarum appellari patronum pestis squinantie.
- 3 Siuardi abbatis Anisolenis vita, habetur per coetaneum, breuiter scripta: pag. 44 Suriij.
- 4 De Dauide, ex Catalogo Scriptorum Brytanniae. Siluester Gyraldus Cambrensis scripsit vitam David Meneugnis, & Caradoci presbyteri. Cl. Anno 1210.

Si quis frater contumax aut inobediens.

2 Mart. E

Sexto Nonas Martij, luna

14.25.6 .17.28/ 9.20.1.12.23/ 4.15.26.7.18/ 29.10.21

Romæ via Latina, sanctorum martyrum Iouini & Basiliei. qui passi sunt sub Gallieno & Valeriano imperatoribus. Item Romæ, martyrum plurimorum, quos diu cruciatos imperator Alexander capitali sententia in extremo damnauit.

De Vuill.

Marcell. vi.

Vuilleici confessoris, presbyteri sancti Suuitberti episcopi

episcopi
Theodor
sitio san
Lindisf
mini ple
rem. F
donec se
Domin
intonat
corda e

Tr
Et j
gij, b
nos qui
pum, E
Pauli,

Brug

1 De C
Hist. Ec
Catalog
nus, siue

15.26.7

A
toris, s
cum ac
set Chr
num se

episcopi. 8 Die secunda, sancti hieromartyris ^{ta Sui-}
Theodoti, episcopi Cyreniæ. 9 In Britannia, depo- ^{bertii. c. 26}
sitione sancti Ceaddæ, episcopi gentis Merciorum, &
Lindisfarnorum. quem Beda prædicat timoris Do-
mini plenum, & nouissimorum suorum assidue memo-
rem. Hic aëre commoto in ecclesia sollicitus orabat,
donec serenitas aëris rediret. Mouet enim, aiebat, aëra
Dominus, ventos excitat, fulgura iaculatur, de cælo
intonat, vt terrigenas ad timendum se suscitet, &
corda eorum in memoriam futuri iudicij reuocet.

¶ Item Lucij episcopi ^b in Cæsareâ Cappadociæ.
Et sanctorum martyrum, 1 Absoloni & * Lor- al. Largi.
gij, ^b & Heracli. Et Simplicij papæ. qui sedit an-
nos quindecim. Hic Petrum Alexandrinum episco-
pum, Eutychianum damnauit. In portu Romano,
Pauli, Secundolæ, Ianuariæ.

Brugis obitus Caroli martyris, Comitis Flandriæ.

ANNOTATIO.

1 De Ceadda. Virtutes eius Beda commemorat lib. 3
Hist. Eccl. cap. 28 / lib. 4 cap. 2 & 3. Vitam eius, testante id
Catalogo Brytann. scripsit Daniel episcopus Vuentanus,
siue Vintoniensis. qui obiit Anno 746. *Secundum modum culpæ.*

Quinto nonas Martij, luna

3 Mart. F

15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24. / 5. 16. 27. 8. 19 / 30. 11. 22. 3

A Pud Cæsaream Palæstinæ, sanctorum
martyrum, Marini militis, & Asterij sena-
toris, sub persecutione Valeriani. quorum prior
cum accusatus fuisset à commilitonibus quod es- ^{Eus. l. 7. c. 14 / Rufin. 12. 13.}
set Christianus, & ille clarissima voce Christia-
num se esse testaretur, martyrij coronam capitis

K 4 abscessio

abscissione suscepit. Cumque sequens capite truncatum martyris corpus subiectis humeris, & substrata veste, qua induebatur, exciperet, honorem quem martyri detulit, continuo ipse martyr accepit. ^b *Scriptum est in historia ecclesiastica.* Eodem die, natalis sanctorum, Hemeterij & Cheledonij. qui primum apud Legionensem Galæciæ ciuitatem milites, exurgente persecutionis procella, pro confessione nominis Christi plurimis afflicti tormentis, Calagurrim vsque perducti, atque ibi coronati sunt martyrio. ^b *Scribit hæc Aurelius Clemens in libro Coronatorum.* ^p *In Blandinio monasterio, Viniualoci abbatis.* ^q *Babenbergæ, sanctæ Kunegundis virginis.* ^g *Die tertia, sanctorum martyrum, Eutropij, & comitatus ipsius, Cleonici & Basilisci.* *Is autem frater.*

Hymno 1

1

2

ANNOTATIONES.

- 1 Viniualoci historiam paraphrasticòs habet Surius pag. 52/
2 Kunegundis imperatricis, pag. 60.

4 Mart. G

Quarto Nonas Martij, luna

16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.4

1

Romæ via Appia, natalis beati Lucij, papæ & martyris. qui persecutione Valeriani & Gallieni ob Christi fidem exilio relegatus, & postmodum diuino nutu ad ecclesiam suam redire permissus, martyrium capitis obtruncatione compleuit. Item Romæ, via Appia, sanctorum martyrum nongentorum, qui positi sunt

sunt in
dem di
aliorum
Adrian
mæ tran
ptembr
ris, sant
tris Ge
¶ p
tyris.

1 De
63/ & E

17.28.9

A

demp
de ant
quoqu
sancti
tyrum
confess
¶ C
festo q
tabatur
proiect

18.29

N

funt in cœmeterio ad sanctam Cæciliam. Eo-
dem die, Caij * Palatini in mare merfi: *r & Forre pala-*
aliorum viginti septem. *q Nicomediæ; sancti tini, id est,*
Adriani, cum alijs viginti tribus, cuius corpus Ro- *aulici*
ma translatum est, atque sepultum, sexto idus Se-
ptembris. vbi & eius passio est annotata. Treni-
ris, sancti Basini episcopi. *g Die quarta, sancti pa-*
tris Gerasini; qui fuit in Iordane.

¶ Ipso die, eleuatio corporis beati Adriani mar-
tyris. *Si quis frater præsumpserit sine iussione Abbatis.*

ANNOTATIO.

1 De Lucio, Pontificale cap. 23/Cyprianus epist. 58, &
63/ & Breuiarium Daniae.

Tertio Nonas Martij, luna

5 Mart. A

17. 28. 9. 20. 1/12. 23. 4. 15. 26/7. 18. 29. 10. 21/2. 13. 24. 5

A Pud Antiochiam, natalis beati Phocæ
martyris. † qui post multas quas pro re- *Greg. Tur. de*
demptoris nomine passus est iniurias, qualiter *gloria mar.*
de antiquo illo serpente triumphauerit, hodie *c. 99*
quoque populis declaratur. Ipso die, passio
sancti Eusebij Palatini, & aliorum nouem mar-
tyrum. *Suessionis, sancti Drausij, episcopi &*
confessoris.

¶ Cæsaræ Palæstinæ, sancti Adriani martyris, qui die *8. hist. eccl. c.*
festo quo natalitia fortunæ Cæsariensium (sic enim pu- *21 Euf.*
tabatur) celebrari solent, leoni primum ad discerpendum *Omni sollicitudine cura?*
proiectus fuit: deinde gladio est iugulatus.

Pridie Nonas Martij, luna

6 Mart. B

18. 29. 10. 21. 2/13. 24. 5. 16. 27/8. 19. 30. 11. 22/3. 14. 25. 6

Nicomediæ, natalis sanctorum, Victoris &
Victorini, qui per triennium cum Clau-
diano

K 5

diano

Pomerij, cuius prognosticon extat

diano & Bassa vxore eius, tormentis multis afflicti, & retrusi in carcerem, ibidem vitæ successum impleuerunt. Ciuitate Toletæ, depositio Iuliani * episcopi. qui apud eiusdem loci incolas famosissimus habetur. In monte Carmelo, beati Cyrilli presbyteri, Carmeli eremicole per deuoti. cui Deus, tanquam fidei amico de futuro mundi statu quam plura reuelauit. Treueris, sancti Quiriaci presbyteri. Seckingi, depositio Fridolini abbatis & confessoris. g Die sexta, sanctorum quadraginta duorum martyrum, recenter inuentorum in Ammorio.

2 ¶ Gandau, obitus sanctæ memoriæ Coletæ de Corbeia, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, quæ instituit Clarissas Coletanas. Metis, sancti Grodegandi †, archiepiscopi & confessoris.

Sig. c. 78 de vi. il. & v. 34.

ANNOTATIONES.

1 De Fridolino Ægidius Tscudus in descriptione Rheticiæ Alpinae, cap. 12. Descriptionis vitæ sancti Fridolini auctor fuit Noggerus, abbas sancti Galli, qui vixit ante 650 annos.

2 Coletæ Gandauensis vitam scripsit Stephanus Iuliacus, sacræ paginæ professor. Ms. cuius compendium Parisijs impressum est in 8. Si quis frater frequenter

7 Mart. C

Nonis Martij, luna

19.30. 11. 22.3/ 14. 25.6.17.28./ 9.20.1.12.23/ 4.15.26.7

1 **I**N Mauritania, ciuitate Thuburbanorum, natalis sanctorum martyrum, Perpetuæ & Felicitatis, & cum eis, Reuocati, Saturnini, & Secundoli. quorum vltimus in carcere quieuit: reliqui omnes ad bestias sunt traditi, sub Seuero principe, b die natalis eius. Quique

dum adhuc seruantur in carcere, & Felicitas parturiret, omnium sanctorum precibus impetratum est, vt octauo mense pareret. Eodem die, in Taracina Campaniæ ciuitate, monasterio Fossæ nouæ & sancti Thomæ Aquinatis, doctoris & confessoris. 2
 qui de nobili genere Comitum Aquinorum claram originem ducens, patre inuito Ordinem ingressus est Prædicatorum, & literarum studijs diligenter intendens, sacræ Theologiæ cathedra sublimatus, totum mundum claritate suæ scientiæ illustrauit: & anno millesimo ducentesimo, septuagesimo quarto, vitæ vero suæ quinquagesimo inchoante, diem clausit extremum. Apud Valeriam prouinciam, sancti Equitij abbatis. cuius meminit beatus Gregorius, dialogorum libro primo. 8 Die cap. 4
 septima, sacrosanctorum martyrum episcoporum in Chersone, Basilei, Ephraim, Charitônis, Eugenij, & reliquorum.

¶ Cæsariæ Palæstinæ, natalis sancti Eubuli. qui gloriosam pro pietate mortem, caducæ vitæ præponens, post bestiarum laniatus, gladio trucidatus fuit: omniaque martyrum certamina suo sanguine postremus obsignauit. In Segenberge, sancti Volkeri martyris. 2. hist. eccles. cap. 21. Eusebij.

ANNOTATIONES.

1 De Perpetuæ & Felicitatis natali, indicat Possidius in indiculo tractatus tres beati Augustini. qui ex Cambrensi codice excudentur apud Plantinum. Meminit item Perpetuæ Tertullianus de anima, Capite de inferis / Augustinus de animæ origine libro 3 cap. 9 / in Psalmum 47 versus finem / & Perpetuæ, Felicitatis, ac sociorum, de tempore barbarico cap. 5.

2 Thomas Tolosam est translatus. Vitam eius scribunt Ioannes 22, & Antonius Pizamanus, cum opuscu-

opusculis sancti Thomæ excusi Venetijs, anno 1490/
Ioannes Garzo libro 4 de illustribus viris Ordinis Præ-
dicatorum: & Surius pag. 68. Item Græce Demetrius
Cydoneus, teste Xysto Senensi, libro 4 bibliotheca
sacra. *Frater qui proprio vitio, sus.*

8 Mart. D

Octauo Idus Martij, luna

20. 1. 12. 23. 4/15. 26. 7. 19. 29/ 10. 21. 2. 13. 24/ 5. 16. 27. 8

IN ciuitate Antinoetarum, natalis sanctorum,
Philémonis & Apollonij diaconi. qui ten-
ti, & à iudice auditi, cum constanter sacrifica-
re idolis nolissent, perforatis calcaneis per ci-
uitatem horribiliter tracti, nouissime gladio
cæsi, martyrium compleuerunt. Eodem die,
apud præfatam urbem, passio sanctorum, Arria-
ni, Theotici, & aliorum trium. quos iudex sub-
mersos in mare necauit: sed obsequio delphini
corpora eorum littori sunt restituta. Cartha-
gini, sancti Pontij, diaconi beati Cypriani epi-
scopi. * qui vsque ad diem passionis illius cum
eo exilium sustinens, egregium volumen vitæ
& passionis ipsius reliquit, ac clarus passionibus
coronam vitæ promeruit. *p In pago Teruanen-
si, sancti Hunfridi, episcopi eiusdem ciuitatis, &
abbatis Sithiensis. q cuius corpus de letis Morinis,
Ipras est translatum. In Anglia, sancti Feli-
cis †, episcopi & confessoris. qui de Burgundia ve-
niens, nationi Anglorum Orientalium Christum an-
nunciavit. g Die octaua, sancti patris & confes-
soris Theophylacti, episcopi Nicomediæ.*

*Hier. de vi.
ih. c. 78*

*Beda. lib. 2
cap. 15.*

ANNOTATIO.

1 Philémonis, Apollonij, Arriani & aliorum quatuor,
martyr.

martyrium habet Metaphrastes, in passione Thyrsi, die
14 Decembr. *Omnia aetas vel intellectus.*

Septimo Idus Martij, Luna

9 Mart. 5

21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9

A Pud Sebasten Armeniæ minoris, natalis
sanctorum quadraginta militum. qui
tempore Licinij regis, post vincula & carce-
res creberrimos, post facies cæsas lapidibus,
missi sunt in stagnum, & sic demum crurifra-
gio martyrium consummauerunt. Erant autem
nobiliores inter eos Quyrion & Candidus.

Apud Nyssenam ciuitatem, depositio sancti
Gregorij episcopi, fratris beati Basilij Cæsa-
riensis, tam vita quàm eloquentia clarissimi.

Ciuitate Barcinona, sancti Patiani episco-
pi. † qui, tempore Theodosij principis, optima
senectute finem vitæ sortitus est. *Hier. de virg
ill. c. 118
Zellarius Monast. Ery.*

ANNOTATIONES.

1 De quadraginta martyribus. Basilus scripsit lauda-
tionem in hos martyres, homilia 20. Extant & fra-
tris eius Gregorij Nysseni orationes duæ in laudem eo-
rundem: & tomo quarto Aloysij sermo sancti Gauden-
tij Brixienfis episcopi, habitus in die dedicationis Basili-
cæ Concilij sanctorum, vbi inter cætera ait, Habent
plane idoneum suis meritis, dignissimumque præco-
nem, beatæ recordationis virum confessorem Basilium,
ecclesiæ Cæsariensis antistitem, cuius eloquentia sin-
gularis, & sermo Apostolico sale conditus, paupertatem
mei retundit ingenij. De iisdem Metaphrastes
tomo 2 Suriij/ Sozomenus lib. 9 cap. 2.

2 Gregorij Nysseni meminit Theodoritus lib. 4 hist.
eccl. cap. 30 vel 28/ & Hieronymus de viris illustribus
cap. 138. Extantque eius opera.

| Sexto

10 Mart. F

Sexto Idus Martij, luna

22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.10

Apud Euf.
l. 5. c. 15 / 16
Rufini.

A Pud Apamiam, natalis sanctorum Alexandri & Caij martyrum. qui, ut Apollinaris scribit Hierapolitanus episcopus, in libro contra Cataphrygas †, persecutione Antonini Veri, glorioso martyrio coronati sunt. In Perfide, sanctorum martyrum numero quadraginta duorum. Parisijs, depositio sancti Droctouei abbatis, discipuli beati Germani episcopi. Luxouio monasterio, sancti Attalæ abbatis. g Die decima, sanctorum martyrum, Codrati & sociorum eius †.

De his Me-
saph.

¶ In Vissenaken iuxta Thenas in montibus, sancti Himelini confessoris. qui natione Scotus, & beato Rumoldo carne propinquus, prefato loco, febre pestilentiali tactus, diem obiit, mirificante Domino obitum eius multis signis & miraculis. *Humilitatem ante fca.*

ANNOTATIO.

1 De Attala, Ionas Scotus, discipulus discipulorum Columbani, scripsit vitas sanctorum, Columbani, & Attalæ †, ac Eustathij, successorum eius. Quæ manifesto errore Bedæ tribuuntur, tomo 3 operum Bedæ.

Pag. 92 54-
rij.

11 Mart. G

Quinto Idus Martij, luna

23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11

IN Carthagine, sanctorum martyrum, Heracleij, Sozimi, & Candidi, Piperionis, & aliorum viginti. Ipse die, Gorgoni & Firmi. ¶ In territorio

territorio

territorio Herbipolensi, sancti Gumberti confessoris.

In pago Atrebatensi, depositio sancti Vindiciani episcopi. Item Carthagine, sancti Constantini, clarissimi viri. 3 Die vndecima, sancti patris Sophronij, patriarchæ Hierosolymorum.

¶ Cuius nomen inferi sanctis diptychis sanctarum ecclesiarum iudicavit sanctum Concilium sextum, Constantinopolitanum. Con. Act. 13. Substantia Monasterij in ferramentis 20.

ANNO TATIVNCVLA.

Hoc die Vsuardus solos habebat martyres 40: qui positi sunt die nona, iuxta Rom. eccl. obseruationem.

Quarto Idus Martij, luna

13 Mart. 4

24. 3. 16. 27. 8/19. 30. 11. 22. 3/14. 25. 6. 17. 28/9. 20. 1. 12

Romæ, beati Pontificis Gregorij, doctoris & Apostoli Anglorum. Apud Nicomediam, passio sancti Petri martyris. Hic cum esset cubicularius Dioclitiani principis, & liberius causaretur de immensis martyrum supplicijs, iubente eodem in medium educitur, ac primo suspensus, diutissime flagris torquetur: deinde aceto & sale perfusus, ad vltimum in craticula assatur: sicque vere Petri extitit & fidei hæres, & nominis. Item Nicomediæ, sanctorum Egdunij presbyteri, & aliorum septem. qui diebus singulis suffocati sunt, vt cæteris metus incuteretur. Romæ, sancti Mamiliani martyris. 3 Die duodecima, sancti patris & confessoris Theophanis.

Lib. 2. lib. eccl. c. 6.

b Sancti Nomæ

De Mamil. presb. Gesta Urbani

De Theoph. Metaph.

¶ Qui & Isaacius dictus est: magnaque animi constantia restitit iconomacho Leoni. In Britannia minori, Pauli Leonensis episcopi, tempore Iustini iunioris.

ANNO

i. De Gregorio, Bedalib. 2 hist. Anglorum cap. 1. Paulus diaconus lib. 3 de gestis Langobardorum cap. 11. Ideo, inquit, de beato Gregorio plura dicere omittimus, quia iam ante annos aliquot eius vitam Deo auxiliante contextuimus. Habetur Ms. Sigebertus eiusdem meminit de viris illustribus cap. 80 / rursus cap. 107 librorum quatuor, quos Ioannes diaconus Romanæ ecclesiæ, vrbano stylo scripsit de vita Gregorij ad Ioannem papam. Hæc excusi sunt cum operibus Gregorij, Parisijs, & tom. Surijs. *Præcipue hoc vitium radicitq; ampe.*

13 Mart. B

Tertio Idus Martij, Iunia

25. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 11

A Pud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum, Macedonij presbyteri, Patriciæ & Modestæ. Nicæa ciuitate, sanctorum martyrum, Theusetæ, Horris, Theodoræ, Nymphodoræ, Marci, Arabiæ. qui omnes igni traditi sunt. In Thebaide, depositio sanctæ Euphrasiæ virginis.

¶ In Ipso die, monasterio Cluniaco, translatio sanctæ Consortiæ. § Die decima tertia, reportatio reliquiarum sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolis.

¶ Qui vitalem sacrarum imaginum vsum aduersus impietatem defendit. Hermopoli, sancti Sabini martyris.

De Sab. Me-
saph.

ANNOTATIONES.

- 1 Euphrasiæ vitam habet Surius pag. 216. quæ etiam cum vitis patrum est impressa.
- 2 In Nicephori patriarchæ Constantinopolis exilium, & in translationem sanctarum ipsius reliquiarum, est apud Metaphrastem oratio Theophanis presbyteri & præpositi. Pag. Surijs 227. *Sicut scriptum est.*

Pridie

Pridie Idus Martij, Luna

14 Mart. C

26.7.18.29.10/21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.14

Romæ, passio sanctorum martyrum quadraginta & septem. Hi * baptizati sunt à beato Petro Apostolo, cum teneretur in custodia Mamortini, cum coapostolo suo Paulo, vbi nouem menses detenti sunt. Qui omnes sub deuotissima fidei confessione, Neroniano gladio consumpti sunt. In Africa, sancti Petri martyris. Item sancti Euphrosij. *Et eodem die, Zacharia pontificis. qui sedit Romæ annos decem. q̄ hic quatuor libros dialogorum beati Gregorij transtulit in Græcum, & per Bonifacium Moguntinum episcopum, Pipinum patrem Caroli, in solim regni sublimauit, in Sueffionum ciuitate. Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi. & Et sancti martyris Alexandri in Pvdne.*

*Ut habes
Processi passio
sio 2 Julij.*

*De Zach. p̄-
tificale c. 93
10. 3 Concilio*

¶ In Quindelingeberg monasterio, diocesis Halberstadenfis, dormitio Machtrildis reginæ, matris Ottonis primi, imperatoris. cuius vita virtutis specular fuit.

ANNOTATIO.

¶ De Mathilda, Vuitichindus Saxo ad Mathildam filiam Othonis, lib. 3 rerum gestarum ab Henrico & Othone / & Liutprandus Ticinensis lib. 4 cap. 7 rerum Europæ. *Suæ tres sic sibi inuicem seruiant.*

Idibus Martij, Luna

15 Mart. D

27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15

IN Cæsarea Cappadociæ, passio sancti Longini. qui latus Domini lancea perforauit, vt in gestis eius inuenitur †. Apud Thessalonicam

*Apud Me-
saph. pag.
232.*

nīcam ciuitatem, natalis sanctæ Matronæ martyris, quæ a cum occulte Christum colens, quotidiē furtiuis orationibus ecclesiam frequentaret, deprehensa & multipliciter afflicta, nouissime robustis fustibus vsque ad mortem cæsa, in confessione Christi incorruptum Deo spiritum reddidit. *g Die decima quinta, sancti martyris Agapij, & sociorum eius. Septimanarij autem.*

16 Mart. E Decimo Septimo Calendas Aprilis, Luna

28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16

A Pud Aquileiam, natalis beati Hilarij episcopi, & Tatiani diaconi. qui sub Beronio præside, post equuleum, atque alia tormenta, vna cum Felice, Largo, & Dionysio, martyrium terminarunt. Romæ, passio sancti Cyriaci diaconi †. qui post longam carceris macerationem, reliquata pice pertusus, &

Gesta Marti celli to. 1 Surij, pag. 361

in catasta extensus, attractus etiam neruis, & fustibus cæsus, ad vltimum cum Largo & Smaragdo, & alijs viginti, iubente Maximiano, capite truncatus est. Horum tamen festiuitas sexto Idus Augusti recolitur. quo die à beato Marcello papa, eorum corpora sunt leuata, ac venerabiliter tumulata. *Eodem die, natale sancti Heriberti archiepiscopi Coloniensis. Huius venerabile corpus in monasterio Tuiciensi ad Rhenum honorifice requiescit: quod idem vir sanctus in honore sanctæ Dei genitricis à fundamento erexit. Recesa, in territorio Cliuensi, festum sancti Dentlini, pueri septem annorum. Marcianis, p depositio sanctæ*

1 **I** *29.10.21*
I *& c*
I *stum et*
I *Niuge*
I *filie Pi*

*sanctæ Eusebiæ virginis. 8 Die decima sexta, 2
sanctorum martyrum, Sabini † & Papæ.*

¶ Aruernis, depositio sancti Patricij, episcopi & confessoris. *Infirmorum cura ante omnia. ins.*

*De hoc forte
Meta. 13 bM.*

ANNOTATIONES.

1 Hereberti vitam nouo stylo conscripsit Rupertus abbas Tuitiensis, pag. 246 Suriij. Hanc, & miracula, antea libris duobus scripserat Lambertus Leodiensis, monachus Tuitiensis, mandante metropoli Agrippina. Sic enim habet præfatio inter alia, Matri ecclesiarum sanctæ Rom. Ecclesiæ, & in vniuerso orbe terrarum, filijs vniuersis vniuersalis ecclesiæ, Metropolis Agrippina Colonia: Curam scribendi communi consensu vni ipsius monasterij fratri commisimus, qui ministri obedientia nihil aliud scripsit, quam quod vidimus, aut à fidelibus audiuimus. Et in fine, Scripta sunt imperante Honorio tertio, Hermanno metropolis nostræ archiepiscopo, cœnobij ipsius in quo requiescit, abbate Vuerimboldo. Ne vero suppresso nomine dictantis, causetur muta pagina, tituletur obsecundantis nobis fratris nostri Lamberti, nomine & memoria.

2 De Eusebiæ, Chronicon Marcianense. Eusebiæ sanctæ virginis vitam, & actionum gesta, edidit quidam profundioris scientiæ, & prosa, & carmine. Habentur Ms. Marcenis, vbi auctore Marcianensi, Prosa incipit, Cum primum ad scribendum. Carmen vero.

Ordinibus varijs, quorum compagine vestis.

Decimo Sexto Calendas Aprilis, luna

29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 27. 8 / 19. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17 17 Mart. ¶

IN Scotia, natale sancti Patricij, episcopi & confessoris, qui primus ibidem Christum euangelizauit. Eodem die, monasterio Niugella, p transitus sanctæ Gertrudis virginis, filie Pipini ducis. cuius præclara gesta habentur.

L. 2 Alexan-

MARTIVS.

Alexandria, natalis sancti Ambrosij, eiusdem ecclesie diaconi. Cabilone, natale sancti Agricola, episcopi & confessoris.

¶ P Lyræ, translatio sancti Gumhari, præclari confessoris. Apud Dononium, eleuatio corporis sanctæ Regine. Licet ipsa natura.

ANNOTATIONES.

1 Patricius Apostolus fuit Hibernorum, qui apud veteres Scotorum quoq. nomine comprehendebantur. Vita duobus libris habetur tomo 3 Bedæ, non per Bedam, sed per Hibernum Bedæ longe imparem, qui se in fine secundi Probum nominat, & fratri Paulino vtrumq. scripsisse indicat. Eiusdem vitam tribus libris scriptam esse à Guilh. Malmesburie Benedictino, testatur catalogus Scriptorum Brytanniæ.

2 Gertrudis vita tribus libris conscripta habetur Niuellæ, oppido Brabantie: & in eorum prologo, Vitam piissimæ virginis scribere decreuimus, secundum quod veracissima ac fidelissima narratione, licet inculto sermone, nobis tradidit †, qui vitam & virtutes eius oculis suis vidit, quiq. sacras exequijs præsens fuit.

*Libro unico
10.2. Srij.*

3 De Agricola. Annonius vel Aimonius de gestis Francorum lib. 3 cap. 42, Agricola utiq. in vita beati Germani Parisiorum præsulis memoratur. Meminit eiusdem Gr. Turonicus lib. 5 historiæ Francorum, cap. 45.

18 Mart. G Decimo Quinto Calendas Aprilis, luna

30.11.22.3.14/ 25.6.17.28.9/ 20.1.12.23.4/ 15.26.7.18

1 **N**Atalis beati Alexandri episcopi. qui de Cappadocia, ex propria ciuitate, sanctorum locorum desiderio, Hierosolymam veniens, *b cum Narcissus eiusdem vrbis episcopus, iam senex regeret ecclesiam, diuina reuelatione eiusdem loci gubernaculum b cum eo suscepit. & post venerandam senectutem, ductus Cesaream,* perfe-

persecutione Decij, ob confessionem Christi
martyrium compleuit. Ipso die, memoria ve-
nerabilis archangeli Gabrielis, nostræ redemptionis ^{Lucæ i}
paranympbi. Eodem die, reconditio sancti Apia-
ni, episcopi & confessoris. Item, sanctæ Speciosæ
virginis. In Britannia, passio sancti Eduardi re-
gis †. ^g Die decima octava, sancti patris Cyrilli, ^{Surius pag.}
archiepiscopi Hierosolymorum. ²⁷⁶

¶ Qui promptissimus defensor Apostolicorum
dogmatum, maximas ab Arjanis passus est perse-
cutiones. *Mensis fratrum edentium.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Alexandro episcopo, Eusebius libro 6 historię
ecclesiasticę, capitibus apud Rufinum 7, 9, 16 & 29.
- 2 Cyrilli nunc extant Catecheses. Grodecius autem in-
terpres præposuit eis ex ecclesiasticis historijs, De vita
& scriptis Cyrilli.

Decimo Quarto Calendas Aprilis, luna 19 Mart. A

1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.2.13.24.5/16.27.8.19 r

N Atale beati Ioseph, sponsi beatissimæ virginis ⁱ
Mariæ. Item, natalis beati Ioannis, ma- ^{Matt. 1.2.}
gnæ sanctitatis viri, qui de Syria oriundus, per-
uenit ad Italiam, ibique apud Penarensē vr-
bem, multorum feruorum Dei, per quadra-
ginta † annos pater existens, multis clarus vir-
tutibus, quieuit in pace. Eodem die, apud ^{quatuor}
Surentum, sanctorum, Quinti, Quintilli, ^{addunt Be-}
Quartillæ, Marci, cum alijs nouem. Ciuita- ^{da & Ado}
te Brixia, sancti Caloceri martyris †. ^{Ado 15 ca.}
Casarea Cappadociæ, Theodori presbyteri, & alio- ^{len. Marc.}
rum septem. In portu Ganda, p depositio sancta
L 3 Lando

MARTIVS.

2 Landoaldi confessoris q & archipresbyteri. Hic beatus Lambertus episcopus in pueritia nutritus, & sacris literis eruditus. Item, natale sanctorum sociorum eius, Amantij diaconi, Adriani internuncij, & reliquorum, qui cum eo honorifice quiescunt apud Gandauum, in* ecclesia sancti Bauonis. x Ipso die, al. mona-sterio sanctorum Apollonij & Leontij episcoporum. ¶ q Vercelliaco monasterio, translatio sanctæ Mariæ Magdalene. Sufficere credimus.

ANNOTATIONES.

1 De Ioseph, Bernardus homilia 2 super Missus est/Petrus de Aliaco Cameracensis Cardinalis in homilia de duodecim honoribus Ioseph/Scriptit & Ioannes Gerson Cancellarius nonnulla pro institutione festi. Testatur quoque abbas Tritthemius libro 2 epistolarum, se in laudem Ioseph scripsisse librum, & adiunxisse Rosarium ex præconijs meritorum eius. &c.

2 De Landoaldo. Nodgerus Leodiensis episcopus erudite scripsit Anno 980 historiam translationis Landoaldi archipresbyteri, & sociorum, ex Vuintershoue Gandauum. que tunc contigit per Vuomarum abbatem, data à Papa Ioanne auctoritate, & imperatore consentiente. Habet eam Surius.

20 Mart. B Decimo tertio Calendas Aprilis, Luna

2.13.24. 5.16./ 27.8.19.30. 11/ 22.3.14. 25.6/ 17.28.9.20

Col. 4

IN Asia, natalis sancti Archippi, commilitonis beati Pauli. cuius meminit idem Apostolus in epistola sua, scribens Colossensibus.

1 Apud Britanniam, depositio sancti Cuthberti. qui ex anachorita, ecclesiæ Lindisfarnensis antistes, rotam ab infantia vsque ad senium vitam, miraculorum signis inclytam duxit. In Syria, sanctorum, Pauli Cyrilli, Eugenij, cum alijs quatuor.

quatuor. Ipso die, ex 1 Fontanella monasterio,
 p in Blandinio monasterio, sancti Vulfranni con- 2
 fessoris, p Senonum archiepiscopi. q Item, sancti
 Ioachim † confessoris, patris beatæ Mariæ virginis. Epiph. haresis
 g Die vigesima, sanctorum qui nominantur patres 79 Damas.
 in monasterio sancti Sabæ, interemptorum. l.4.c.15

¶ Colonia ad gradus, obitus Rixæ, reginæ Hungariæ,
 neptis sancti Annonis episcopi. Cuius non canonizata
 corpus, patet in magnis festis. Unusquisque proprium donum.

ANNOTATIONES.

1 De Cuthberto. Beda ad finem historiæ Anglorum.
 Vitam sancti patris, monachi, simul & antistitis, Cud-
 berti, & prius heroico metro †, & postmodum plano *Ms. capituli-*
 sermone descripsi: tomo 3 Bedæ, 2 Suriij. Idem in præfa- *bus 46*
 tione eiusdem historiæ gentis Anglorum, Ea quæ de san-
 ctissimo patre nostro & antistite Cudberto, vel in hoc
 volumine *, vel in libello gestorum ipsius conscripsi. *lib. 4. c. 27.*
 partim ex eis quæ de illo prius à fratribus ecclesiæ Lin- *5 sequenti*
 disfarnensis ecclesiæ scripta reperi, assumpsi, simpliciter
 fidem historiæ quam legebam, accommodans, partim
 vero ea quæ certissima fidelium virorum attestazione
 per me ipsum cognoscere potui, solerter adijcere curavi.

2 Vulfrannus archiepiscopus, & Fontanellensis mo-
 nachus, obiit anno 720. cuius vitam scripsit grauer
 Ionas, eiusdem temporis & loci monachus, ad sanctum
 Bainum episcopum Taruanensem, & Fontanellæ abba-
 tem, pag 293 Suriij.

Duodecimo Calendas Aprilis, luna 21 Mart. C

3.14.25.6.17/ 28.9.20.1.12/ 23.4.15.26.7/ 18.29.10.21.2

A Pud castrum Cassinum, natalis sancti Be- 1
 nedicti abbatis. huius vitam, virtutibus
 & miraculis gloriosam, beatus papa scribit Gre- *libro 2. dia-*
 gorius. Alexandria, beati Serapionis anacho- *logorum.*
 ritæ, magnarum virtutum viri. In territorio 2

L 4 Lugdu-

MARTIVS.

3 Lugdunensi, sancti Lupicini abbatis. cuius vita sanctitatis & miraculorum gloria illustris fuit. 3 Die vigesima prima, sancti patris & confessoris Iacobi episcopi. A Sancto Pascha.

ANNOTATIONES.

1 De Benedicto. Paulus Varnefridus, diaconus Cassinensis, de gestis Langobardorum lib. 1 cap. 17. Benedictus primum in loco qui Sublaco dicitur, qui ab vrbe Roma quadraginta millibus abest, & postea in Cassino, & magnis vitæ meritis, & Apostolicis virtutibus effulsit. Cuius vitam, sicut notum est, beatissimus papa Gregorius in suis dialogis † suavi sermone composuit. Ego quæque pro paruitate ingenij mei, ad honorem tanti patris, singula eius miracula, per singula disticha, elegiaci metri modo contexui. Aimonius de gestis Francorum lib. 2 cap. 22. Sed & Odo venerabilis abbas Floriacensis cœnobij, in quo sæpius nominatus requiescit pater Benedictus, ipsius memoriam in quodam sermone mirificis extollit laudibus. Marcus quoque poëta, vt habet Sigebertus de viris illustribus cap. 33. familiaris Benedicti Cassinensis, vitam eius à Gregorio descriptã, deflorauit heroico breuiloquio, & pauca superaddidit: & cap. 101 Adreualdus, qui & Aduuertus, monachus Floriacensis, scripsit historiam miraculorum, quæ ostensa sunt per Gallias sancti Benedicti Cassinensium meritis, à tempore quo eius Corpus translatum est à monte Cassino, ad cœnobium Floriacense, vsque ad tempus Odonis regis Francorum. & iterum Sigebertus cap. 102, Aimonius monachus Floriacensis, historiam miraculorum sancti Benedicti, ab Adreualdo initiatam, perfecit, perducens vsque ad tempus Roberti regis Francorum. Paulus diaconus est Ms. Gemblaci / Odo & Adreualdus ibidem, & in Villari. Dialogus deniq; an beatus Benedictus monachorum pater almissicus fuerit sacerdos, extat in volumine Consiliorum Cardinalis Zarabellæ, interlocutori- bus Michaële & Hieronymo monachis ordinis sancti Benedicti, congregationis sanctæ Iustinæ de Padua.

Lib. 2 capp. 34. ex relatione quatuor discipulorū.

2 De

2 De
tamen
3 Lu
fis, de

4.15.26

A
ris. H
dem
præcl
uit in
rum no
antisti
martyr
¶ 9
sanctar
manar
Part
sta dici
ber ext

5.16.27

I
ni,
rum g
ca, vt
nerico
nis, im
marty
Si Th

2 De Serapione mentio est 8 tripartitæ cap. i. Nescio tamen an de hoc: quod quidam annotarunt.

3 Lupicini vitam scribit sanctus Gregorius Turonensis, de vita patrum cap. i.

Vndecimo Calendas Aprilis, Luna

22 Mart. D

4.15.26. 7.18. / 29.10. 21.2. 13/ 24.5.16. 27.8/ 19.30.11.22

A Pud Septimaniam, ciuitate Biterris, depositio sancti Aphrodisij, episcopi & cōfessoris. Hic à beato Paulo Narbonensi episcopo, eidem vrbi ordinatus antistes, fidei documentis præclarus, virtutumque meritis ornatus, quieuit in pace. *r In Africa, sancti Saturnini, & aliorum nouem. q Trecas, depositio sancti Camelianii antistitis. g Die vigesima secunda, sancti hieromartyris Basilei †, presbyteri Ancyrane ecclesie. Sozo. l. 9. ¶ q In monasterio, quod Eike dicitur, translatio sanctarum virginum, Herlindis & Relindis germanarum.*

Parthenopoli ciuitate, beatæ Margaretæ quæ contracta dicitur, virginis multæ patientiæ. de cuius vita liber extat †. *Immi tempore silentio debent studere.* *per Ioannem Dominicanū Ms.*

Decimo Calendas Aprilis, Luna

23 Mart. E

5.16. 27.8. 19/ 30.11. 22.3. 14/ 25. 6. 17. 28.9/ 20.1.12,23

IN Africa, sanctorum martyrum, Victoria-
ni, Frumentij, & alterius Frumentij, & duorum germanorum. qui persecutione Vuandalica, vt scribit Victor Africanus episcopus, sub Hunericorege, pro constantia catholice confessionis, immanissimis supplicijs excruciat, egregio martyrio coronati sunt. In Antiochia, sancti Theodori presbyteri. In ciuitate Cesarea, **L 5 sancti**

M A R T I V S.

Sancti Iuliani. g Die vigesima tertia, sacrosancti martyris Niconis, & ministrorum discipulorum eius, cum ipso martyrizatorum.

¶ q Bergis, p elevatio sancti Vinnoci abbatis. Ad horam divini officij mox vt auditu fuerit &c.

24 Mart. F

Nono Calendas Aprilis, luna

6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.2.13.24

De Pigm. latius Beda ex Ms. gestis.

Romæ, passio beati Pigenij presbyteri. hic Iulianum apostatam à puero nutruvit, & literis sacris erudiuit. à quo ipse postea in Tyberim pro fide Christi necatus est. In Mauritania, natalis sanctorum Romuli & Secundoli fratrum, qui pro Christo passi sunt.

- 1 Item in Phrygia, sancti Agapeti. Apud Syriam, sancti Seleuci. Tridenti, passio beati
- 2 Simonis pueri. In monasterio Vuasteno, sancte
- 3 Catharinæ abbatissæ, filie beatæ Birgittæ.

De quibus li. 8 hist. eccl. c. 13 Euf. & Dionysij. * editam in operib. Thomæ.

¶ g Die vigesima quarta, præfestum euangelisimi. Cæsaræ, sanctorum octo martyrum †, Timolai, Dionysij, Romuli, Paulæ, Alexandri, Alexandri: Agapij, & Dionysij. Dauentriæ obiit Florentius presbyter, qui fratres de communi vita instituit. cuius vitam scripsit Thomas de Kempis *. Ad mensam autem.

ANNOTATIONES.

- 1 Agapito episcopo Sinadæ Phrygiæ, Suidas / & libro 11 tripartitæ cap. 3 ex Socrate lib. 7, cap. 3
- 2 Simon infans martyrium passus est à Iudæis anno 1475, quo eodem anno passionem eius descripsit Ioannes Matthias Tyberinus, ad Senatum & populum Britannum. Excusus aliquot paginis, & to. 2 Suriij.
- 3 Catharinæ vita viginti capp. impressa est Romæ, cum reuelationibus matris suæ Birgittæ.

25 Mart. G

Octauo Calendas Aprilis, luna

7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25
Iesus

Iesus Christus Dominus noster passus est. *Aug. 4 de Trin. c. 3 Luca 1*
 Apud Nazareth ciuitatem Galilææ, ANNUNCIATIO Dominica. In Sirmio, passio sancti Irenæi episcopi, tempore Maximiani imperatoris. qui primo tormentis acerrimis vexatus, deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, nouissime absciso capite consummatus est. Romæ, sancti Cirini martyris. qui à rege Claudio post facultatum amissionem, post carceris squalorem, post multorum verberum afflictionem, gladio interfectus est. *Scriptum est in passione beati Valentini †. Nicomediæ, natalis Dulæ, ancillæ cuiusdam militis, quæ pro castitate occisa est. In Antro insula, sancti Hermelandi abbatis. cuius gloriosa conuersatio, miraculorum collaudatur præconio.*

Presbyteri, 10. 1 Surijs.

1

p Item ipso die, depositio sanctissimi Humberti, episcopi & confessoris Christi, virtutibus & miraculis gloriosi.

¶ Eodem die, genesis mundi. & immolatio Isaac. Gen. 1. 22. & transitus filiorum Israël per mare rubrum. Exod. 14. victoria Michaëlis Archangeli contra draconem. Iudæ c. Apoc. 12.

ANNOTATIO.

1 Hermelandus ex Fontanella assumptus est in primum abbatem Antrensem. cuius vitam pulchre descripsit cœnobita Antrensis, ex ijs que visu, relatione que fratrum, didicit. Pag. 373 Surijs. *Qui pro grauiori culpa.*

Septimo Calendas Aprilis, luna 26 Mar. A

2. 19. 20. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 26

A pud Pentapolim Libyæ, natalis sanctorum, Theodori episcopi, Irenæi diaconi, Serapionis, & Ammonis lectorum. Romæ, via Lauica-

pag. 451 20.
 a Surijs.

Laucana, sancti Castuli martyris. qui, vt in ge-
 stis beati Sebastiani legitur, ^b cum esset Zetarius
 palatij, & hospes sanctorum, à persecutoribus ter-
 tio appensus, tertio auditus, in confessione Do-
 mini perseuerans, missus est in foueam, & di-
 missa super eum massa arenaria, martyrio mi-
 grauit ad Christum. In Sirmio, sanctorum,
 Montani presbyteri, & Maximæ, in mare mer-
 1 forum. Item in Vuerdena, depositio sancti Lud-
 geri episcopi & confessoris. qui fuit episcopus primus
 Monasteriensis, tempore Caroli magni imperatoris.
 Eodem die, beati Felicis secundi, episcopi Treue-
 rensis.

¶ p Lobijs, eleuatio sancti Vrsuari episcopi. que
 agitur Dominica ante natale sancti Ioannis Baptiste.

ANNOTATIO.

1 Ludgeri sanctam vitam duobus libellis conscripse-
 runt, Omnibus in Christo fidelibus, Dei Sanctorumq.
 eius non fictis amatoribus, fratres in cœnobio sancti Sal-
 uatoris, & sancti confessoris Ludgeri: quando sanctissime
 eius vitæ conscij adhuc aliquanti in corpore supererant:
 pag. 384 Surijs. Si quis dùm pronuntiat.

27 Mar. B

Sexto Calendas Aprilis, luna

9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/ 29. 10. 21. 2. 13/ 24. 5. 16. 27

1: IN Ægypto, depositio sancti Ioannis eremi-
 tæ. qui inter cætera virtutum insignia, etiam
 prophetico spiritu plenus, Theodosio impera-
 tori Christianissimo victorias de tyranno præ-
 dixit. In Pannonia, sancti Alexandri martyris.
^b Hierosolymæ, resurrectio Domini nostri Iesu
 Christi. ¶ q Dertona, sancti Marciani, episcopi &
 marty-

martyris. Vuormaciae, sancti Ruperti, episcopi & confessoris †. qui temporibus Childeberti, in Bauaria, Suias pagis Austria, Styria, & toto Norico, doctrinam Christi 412 propagauit.

¶ Constantinopoli, sancti Isaacij viri Dei †. Perfide, *Metaph.* nouem martyrum. 2

ANNOTATIONES.

1 De Ioanne, Rufinus lib. 11 historiae eccles. cap. 19 / Augustinus de cura pro mortuis cap. 17 / De eodem Eua-
grius, sed ab Hieronymo reprehensus, & Palladius eius
discipulus, cap. 43 historiae Lausiaca.

2 Nouem istorum martyrum passionem habet *Meta-
phrastes* die 29 Martij, in martyrio Ionæ. *Si quis dñm in labore.*

Quinto Calendas Aprilis, Iuna 28 Mart. ☉

10. 21. 2. 12. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 1. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 28

IN Cæsarea Palæstinæ, sanctorum marty-
rum, Prisci, Malchi, Alexandri. † qui perse- *Euf. 7 Hist.*
cutione Valeriani, diuino fidei calore succensi, *Eccles. cap. 11*
vltro iudicem aduentantes, cur tantum in sangui-
nem piorum desæuiat, obiurgant. Quos ille
continuo pro Christi nomine bestiis tradidit
deuorandos. Apud urbem Cabilonem, de-
positio sancti Guntramni regis. qui ita se spi-
ritualibus actionibus mancipauit, vt relictis
sæculi pompis, thesauros suos ecclesijs & pau-
peribus erogaret. Tharso Ciliciæ, Casto-
ris & Dorothei. Apud Naxum, siue Ne-
sum, Ciciliæ oppidum, sancti Cononis, Basiliani
monachi, abstinentia & sanctitate clari, tempe-
state Rogerij secundi, anno millesimo, ducentesimo,
vigesimo sexto. 3 Die vigesima octaua, sancti Ste-
phani Thaumaturgi, & sancti Hilarionis iunioris. 4
¶ Re-

tertij, de
quo Pontif.
c. 46

¶ b Romæ Sixti papæ*. qui sedit annos octo.
q Colonia, ex Tungris transportatio corporis san-
cti Energisli episcopi.

ANNOTATIONES.

1 De Guntramno posuit Vsuardus verba Gregorij Tu-
ronensis ex libro de gloria martyrum cap. 76. Idem Gre-
gorius sparsim de eo scribit lib. 4 historiae vsq. ad caput
13 libri vndecimi. qui liber Gregorio in Basileensi edi-
tione accessit. rursus Paulus diaconus lib. 3 de gestis
Langobardorum cap. 17.

2 De Hilarione, hoc fortassis, libro sexto historiae tri-
partitæ, cap. 12 & 28. *Nuncianda hora operis.*

29 Mar. D

Quarto Calendas Aprilis, luna

II. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 2. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29

- 1 **A** Pud Africam, natalis sanctorum confes-
forum, Armogastis, Archimini & Saturi.
qui, tempore Vuandalicæ persecutionis, sub *
al. Geisc- Genferico rege, pro confessione veritatis multa
zico. & graua perpessi supplicia, atque opprobria,
cursum gloriosi certaminis impleuerunt. Ipso
2 die, sancti Eustasij, abbatis monasterij Luxo-
uiensis. qui pater ferme sexcentorum extitit
monachorum, & vitæ sanctitate conspicuus,
etiam miraculis claruit. ¶ *Ciuitate Nicomedia,*
passio sanctorum, Pastoris & Victorini, q Satur-
nini, Iulianæ, & aliorum quatuor. Ipso die, san-
cti Bertholdi, confessoris Ordinis Carmeli. g Die
3 *vigesima nona, sancti patris Marci, episcopi Are-*
thusij. & Cyrilli diaconi, & aliorum, qui sub In-
4 *liano tyranno certauerunt.*
5 ¶ Eodem die, sanctorum Ionæ & Barachisij, marty-
rum sub Saporio Perfarum rege.

ANNO.

ANNOTATIONES.

1 De Armogaste & collegis, scribit Victor sub finem libri primi, sed Codices mendose habent, quendam archimum, nomine Masculan. Vera enim lectio, eaq. Martyrologijs consentanea, est in peructusta & prima editione, cap. 13: quendam Archimum nomine, Masculinum. Hoc est, ex Mascula ciuitate.

2 Eustasij vitam, discipulus eius Ionas Scotus scribit, to. 3 Bedæ / to. 2 Suriij,

3 Marci Arethusij martyrium late scribit Gregorius Nazianzenus, in uectiua prima in Iulianum / & Sozomenus lib. 5. cap. 19 / Theodoritus lib. 3 cap. 7, alias 6 / Cassiodorus lib. 6 tripartitæ cap. 12.

4 De reliquis martyribus sub Iuliano tractatur iisdem libris. De Cyrillo diacono à Theodorito lib. 3 cap citato / & sexto tripartitæ cap. 15.

5 De Ionæ & Barachisij martyrio historiam conscripsit Esaias Adami filius, eques regis Saporij, & auditor atque spectator eorum quæ fiebant. Est apud Metaphr. & Surium. *Diositas inimica est animæ.*

Tertio Calendas Aprilis, luna 20 Mar. E

12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 30

Romæ via Appia, natalis beati Quirini, martyris & tribuni. * qui sub Aureliano *Gesta Alex. papa.* Comite vtriusque militia, & Traiano imperatore, post linguæ abscisionem, & equulei suspensionem, manuumque ac pedum detractionem, agonem martyrij gladio consummavit. Thessalonica, natalis sanctorum, Domini & Victoris. Apud castrum Siluanensium, depositio sancti Reguli, episcopi & confessoris. In pago Brachbantensi, villa Lembeca, p transitus sancti Veroni. 9 Apud *Ado 15. Cal. Martij.* civitatem Astensem, sancti Secundi martyris †. *Eodem*

Eodem

MARTIVS.

Eodem die, natalis sanctæ Maxentiæ viduæ,
matris sancti Vigiliij. 1 Aurelianus, Pastoris
episcopi.

2 ¶ 8 Die trigesima, sancti patris Ioannis, qui scri-
psit scalam. A Calendis aut Octobris.

ANNOTATIONES.

1 Veroni inuentionis historia Ms. incipit, Comitl Ro-
ginero Comitum nobilissimo Olbertus Gemblacensis,
nomine, non merito, abbas. Claruit anno 1048.

2 Ioannis Climaci vitam per Danielem monachum,
habet Surius, & tomus operum Climaci.

31 Mart. F

Pridie Calendas Aprilis, luna

13.24.5.16.27/8.19.30. 11.22/4.14.25.6.17/28.9.20.1

Israël 1

AMos prophetæ. quem Ozias rex * veste
per tempora confixum necauit; ac postea
femiuius ad patriam deuectus, ibique sepultus
est. Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filia
Quirini martyris. quæ post deuietum sæculi
huius cursum, sepelitur via Appia, iuxta patrem
suum. In Africa, sanctorum Diodoli & Anesi.

8 Die trigesima prima, sancti & miraculis clari
Hypatij, episcopi Ancyrae.

¶ Eodem die, Felicis papæ & martyris. ¶ In
Blandinio, p̄ eleuatio & translatio sanctorum, Vuan-
dregisili abbatis, & Ansberti, atque Vulfranni, ar-
chipræsulum. Antè omnia Janæ.

ANNOTATIO.

1 Amos. De temporibus eius per Oziam regem Iuda
confixis, meminit Hieronymus in principium Amos.
item Epiphanius & Isidorus, de vitis Prophetarum scri-
bentes.

APRILIS

14.25.6



Roma
& ma
& Ste
pi &
multis
uit ad
¶ I
b cuius

1 De
cap. 7. C
post Br
Hugoni
thulian
Pontifi
434 Sur

15.26.7

A

APRILIS HABET

DIES XXX.

Calendis Aprilis, Luna

1 Apr. G

14.25.6.17.28 / 9.20.1.12.23 / 5.15.26.7.18 / 29.10.21.2



Omæ, passio beatissimæ *De Theod. ge.*
 Theodoræ, sororis illustris- *sta Alex pæ-*
 simi martyris Hermetis. Hæc *pæ, 3 Maij.*
 sub Aureliano martyrizata,
 sepulta est iuxta fratrem suum
 via salaria, non longe ab vrbe

Roma. Eodem die, sancti Venantij, episcopi
 & martyris. In Ægypto, sanctorum Victoris
 & Stephani. *Gratianopoli, beati Hugonis episco-*
 pi & confessoris. *qui anachoriticam vitam exegit*
multis annis, & miraculorum gloria clarus migra-
uit ad Christum.

¶ Ipso die, translatio sancti Vvalerici, confessoris.
 cuius sepulchrum crebris miraculis illustratur.

ANNOTATIO.

1 De Hugone. Petrus Sutor de vita Carthusiana lib. 2
 cap. 7. Guigo de castro Valentiniensis diocesis, quintus
 post Brunonem maioris Carthusiæ Prior, vitam beati
 Hugonis Gratianopolitani antistitis, & vineæ Car-
 thusiænæ complantatoris, iubente Innocentio secundo,
 Pontifice summo, luculento sermone conscripsit, Pagina
 434 Surij. *Licet omni tempore.*

Quarto Nonas Aprilis, Luna

2 Apr. A

15.26.7.18.29 / 10.21.2.13.24 / 6.16.27.8.19 / 1.11.22.3

A Pud Cæsaream Cappadociæ, passio san-
 ctæ Theodosiæ. quæ Dioclitiani tempo-
 M re, vl-

re , vltro se confessoribus in custodia socians ,
tenta & nihilominus in equuleo cruciata , Dei
virtute post de vinculis & bestijs eruta , nouissi-
me martyrium capitis abscisione compleuit .

- 1 Eodem die , natalis beati Nicetij Lugdunen-
sis episcopi . cuius & vita miraculis claruit , &
pretiosa mors nihilominus miraculis com-
mendatur . Apud Palestinam , depositio beatae
2 Mariae Ægyptiacæ , quæ peccatrix appellatur .
cuius actus valde mirabiles , & omni laude dignissi-
mi inueniuntur . 1 Item apud Comum , sancti A-
bundij , episcopi & confessoris . 9 In Gallia agro
3 Turonensi , sancti Francisci , de Paula Calabriae op-
pido , Ordinis Minimorum fundatoris .

¶ Lobijs , p commemoratio meritorum venera-
bilium Christiconfessorum , Vrsuari , & Ermini ,
quando à Hungris liberati sunt Laubienses , per me-
rita eorum .

Lingonis , sancti Urbani , episcopi & confessoris , ma-
gnarum virtutum viri , qui vineas precibus suis sæpius
conseruauit . Apud Cæsaream Palestinæ , passio alterius
Theodosiæ , virginis Tyriæ . quam libro octauo scribit
Eusebius Cæsarensis † . Hoc die , transitus viri Dei
Nodgeri episcopi Leodiensis . cuius præclara gesta ha-
bentur . *Fratres qui omnino .*

cap. 17 inte-
græ versio-
vis.

ANNOTATIONES .

1 De Nicetio Lugdunensi , Gregorius Turonicus
de vita patrum Gallia cap. 8 / de gloria confessorum
capite 61 / Libro autem quarto historiae , caput 36 de eo ,
nondum extat .

2 De Maria Ægyptiaca , quam quidam secundum histo-
riam ponunt 9 Aprilis . Sigebertus de viris illustribus cap.
69 . Paulus diaconus Neapolitanæ ecclesiæ , transfudit de
Græco in Latinum , vitam sanctæ Mariae Ægyptiacæ .
Hanc scripsit Sophronius Hierosolymitanus episcopus
teste

teste Nicephoro Callisto libro 17 capite 5. Allegatur in Nicæna synodo, & à Damasceno contra iconoclastas: edita cum vitis patrum Coloniae excusis, aut potius pagina 698 Surij. Additio ad Sigebertum capite octavo. Hildebertus ex Cenomanensi episcopo archiepiscopus Turonensis, scripsit eleganti metro vitam Mariæ Ægyptiacæ. est Ms.

3 Franciscus Paulensis obiit An. 1507. cuius vitam scribit Leo decimus in bulla Canonizationis, quæ impressa est quaternionibus quatuor, & pag. 462 Surij.

Tertio Nonas Aprilis, Luna

3 Apr. C

16. 27. 8. 19. 1/11. 22. 3. 14. 25/6. 17. 28. 9. 20/2. 12. 23. 4

IN Scythia, ciuitate Tomis, natalis sancto-
rum, Euagrii & Benigni. Thessalonicæ,
passio sanctarum virginum Agapis & Chionie,
sub Dioclitiano. quæ primo in carcere macera-
tæ, post in ignem missæ, sed intactæ à flammis,
post orationem ad Dominum fusam, animas
reddiderunt. Apud Taurominium Siciliae, de-
positio beati Pancratij episcopi, ab Archagano pa-
gano interfecti: cuius vitam scripsit Euagrius eius
discipulus. In Anglia sancti Richardi, episcopi
Cicestriensis, & confessoris. In monasterio Alto
villari, translatio corporis beati Madelupi sacerdo-
tis. 8 Die tertia, sancti patris Nicetæ, ducis mona-
sterij Medini.

¶ Item, depositio beatæ Burgundoforæ, virginis, &
abbatissæ Euoriacensis. de qua in vita beati Columbani
abbatis. *Frater qui pro quouis.*

ANNOTATIONES.

1 Agap^{us}, Chionie & Iren^{us} martyrium, describitur in celeberrima passione matris istarum Anastasie, & apud Metaphrastem pag. 432 Surij. De eisdem S. Aldhelmus

M 2 lib. 3

libro 5 histor.
cap. 19.

lib. 2 de virginitate (cuius Beda meminit *) sic canit,
Tres simul illustres sumpserunt sorte sorores
Splendida purpureis plectentes ferta coronis,
Dum simul inregritas candens, & passio rubra,
Virginibus Christi cumulabant præmia dupla:

Prosa est in
Orthodoxo-
graphis.

Quarum per prosam descripsi carmina dudum ꝑ.

2 Richardi Cicestrij vitam duobus libris scripsit circa
Annum 1270 Radulphus Cicestrius Bockinge, Ordinis
Prædicatorum, ad Isabellam Arundeliæ Comitissam, siue
Comitem. Ms. Louanij ad Martinenses. Succincte autem
Surius pag. 486, & Urbanus papa in litera Canonizatio-
nis, apud Radulphum libro 2, cap. 15.

3 In Nicetam orationem funebrem scripsit Theoste-
rius, illius beatissimi viri discipulus, apud Metaphra-
stem, pag. 470.

4 Burgundoforæ vita titulo Bedæ habetur tomo 3 Be-
dæ: sed Ionæ est, non Bedæ: Neque vita Burgundoforæ
appellari debuit, cum nihil pœne habeat de Burgundo-
fora, sed obitus aliquot virginum commemoret, quæ in
eius monasterio vixere.

4 Apr. D

Pridie Nonas Aprilis, luna

17. 28. 9. 20. 2 / 12. 23. 4. 15. 26 / 8. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 5

De Ambr. 7
Dec.

Mediolani, depositio beati Ambrosij epi-
scopi & confessoris. cuius studio inter
cætera doctrinæ & miraculorum insignia, tem-
pore Arianæ perfidiæ tota Italia ad catholicam
fidem conuersa est. Apud Hispalim, deposi-
tio beati Isidori episcopi. *g Die quarta, sancto-
rum patrum, Ioseph hymnographi, & Georgij, qui
fuit in Malæo. Vtratorium hoc sit.*

ANNOTATIO.

1 De Isidoro, Braulio Cæsaraugustanus to. 2 Suriij.

5 Apr. E

Nonis Aprilis, luna

18. 29. 10. 21. 3 / 13. 24. 5. 16. 27 / 9. 19. 1. 11. 22 / 4. 14. 25. 6
Apud

A pud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum, † Martiani, Nicānoris & Apollonij-
 Theſſalonice, sanctę Irenis virginis. quę post

al. Mar-
 tianę.

tolerantiam carceris, sagitta percussa est à Sifin-
 nio comite : sub quo & sorores eius simul, Aga-
 pes & Chionia, * martyrizatę sunt. Apud Cę-

al. Marty-
 rizarunt.

saream, sancti Amphiani. 1 Item apud Venetiam
 Britannię, beati Vincentij Valentini, cognomento
 Ferrarij, confessoris Ordinis Prędicatorum, sanctita-
 te, doctrina, miraculis quę clarissimi. 9 Hic supra
 triginta millia Iudęorum, ac Maurorum, ad Christum
 convertit. In Scotia, sancti Tigernaci, episcopi &
 confessoris. 8 Die quinta, sanctorum martyrum,
 Theoduli & Agathapodis.*

2
 3
 Metaphr. 4
 April.

¶ 9 Lauduno clauato, prima translatio sanctę
 Cilinię, matris sancti Remigij episcopi.

Eodem die, sanctorum martyrum, sanctę † Thermes,
 cū sorore, & ancilla. Apud Leodiū in monte Corneli-
 on, obiit Iuliana virgo, & prefecta eiusdę loci. quę tertio
 obitus sui die ad cœnobium Villariense translata, illic in-
 ter corpora sacra est sepulta. Vbi & eius vita habetur.*

Metaph. pag.
 512.
 prolixę.

ANNOTATIONES. Omnes superuenientes hospites.

- 1 Eirenes martyrium & sororum eius, à quibus descri-
 batur, notatum est 3 die Aprilis.
- 2 De Amphiano Vsuardus habebat Apud Cęsaream
 Lycię: sed expūxi (Lycię). Martyriū enim Amphiani, seu
 Apphiani Lyciensis & Ædesij fratris eius, quod in Cęsa-
 rea Palestinę pertulerunt, scribunt Eusebius lib. 8 histor.
 eccle. cap. 14 & 15 integrę versionis / & ex eo Metaphra-
 stes 2 Aprilis tomo 7 Aloysij pag. 44.
- 3 De Vincętio, Leäder lib. 1 de illustribus viris Ordinis
 Prędicatorū. Saluius Cassetta, generalis magister 32, edi-
 dit vitam D. Vincentij confessoris. Eandę scribit Ioannes
 Antonius Flaminus Foro Corneliensis libro 5 de illust.
 M 3 viris

APRILIS.

viris Ordinis Prædicatorum / & ante istos, Petrus Rausanus Panormitanus, libris quinque / quorum quatuor habet Surius. Scripsit hos libros anno 35 à morte Sancti, iubente Magistro Ordinis Martiale Auribello vt ea conscriberet, quæ apud Maximum Pontificem, vniuersamq. Romanam ecclesiam, claris veridicisq. testimonijs de eius mirabilibus factis comprobata sunt.

6 Apr. E

Octauo Idus Aprilis, Iuna

19. 1. 11. 22. 4 / 14. 25. 6. 17. 28 / 10. 20. 2. 12. 23 / 5. 15. 26. 7

R Omæ, natalis beati Sixti papæ & martyris, qui temporibus Adriani, vt sibi Christum lucrifaceret, libenter mortem sustinuit temporalem. In Macedonia, sanctorum Timothei & Diogenis. ¹ Item, sancti Cælestini papæ. ² q Et beati Vuermebandi abbatis. In Dacia, Vuilhelmi abbatis Roschildensis & confessoris. ³ Die sexta, sancti patris Eutyhij, archiepiscopi Constantinopolis. ⁴ Loquina Abbatis.

ANNOTATIONES.

- 1 De Xysto vel Sixto primo, pontificale cap. 8
- 2 De Cælestino, Prosper cōtra Collatorē cap. 41 Cyrilus epistola 10 / Pontificale cap. 45 / Socrates lib. 7 cap. 11.
- 3 Vuilhelmi abbatis Roschildensis vitā discipulus eius conscripsit, Ms. in Rubea valle. Quam Surius habet pag. 576, in compendiū redactā, & phrasi plerumq. mutata.
- 4 Eutyhij vita apud Simeonem inscribitur Eustathio humili presbytero. pag. 546 Surij.

7 Apr. F

Septimo Idus Aprilis, Iuna

20. 2. 12. 23. 5 / 15. 26. 7. 18. 29 / 11. 21. 3. 13. 24 / 6. 16. 27. 8

A Pud Africam, natalis sanctorum martyrum, Epiphaniij episcopi, Donati, & aliorum tredecim. Eodem die, Egesippi viri sanctissimi, qui vicinus Apostolorum temporum, à passione

passione Domini vsque ad suam ætatem ecclesiasticorum Actuum texuit historias, sermone simplici: vt quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. In Alexandria, sancti Pelusij presbyteri. *g Die septima, sancti patris Georgij, episcopi Melitines.*

¶ Crispinij, p obijt dominus Aibertus inclusus / cuius memoria facit Crispiniū in Litanijs monasterij. Festum vero in sacello vicino, in quo quiescit, postriedie dedicationis eius oratorij: quod est, secunda die Maij. Pompeiopoly, sancti Calliopij martyris †. In Eiflia, monasterio Steinfelt, sanctæ memoriæ Hermanni, qui & Ioseph propter simplicitatem dictus est †.

ANNOTATIONES.

1 De Egesippo, Rufinus lib. 4 hist. eccles. capitibus 8, 11, & 22 / apud Christophorsonum 8, 10 & 12 / Hieronymus de viris illustribus cap. 32.

2 Aiberti vita incipit Crispinij, Ego Robertus Dei miseratione Ostrouandensis archidiaconus, humilis & indignus, opusculum quod de vita & moribus domini Aiberti, venerabilis presbyteri, Deo inspirante, composui. Est to. 2 Suriij. sed deest ibi prior Prologus. *Nullatenus liceat.*

Sexto Idus Aprilis, luna

8 Apr. G

21.3.13. 24.6 / 16. 27. 8. 19. 1 / 12.22. 4. 14. 25 / 7.17. 28.9

A Pud Corinthum, beati Dionysij episcopi. *1*
cuius eruditione & gratia quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur vsque hodie. Claruit autem idem Christi electus temporibus Marci Antonini, & Lucij Aurelij. Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri. *2*

Item beati Alberti, patris ordinis Carmeli, episcopi & confessoris Hierosolymitana ecclesie.

¶ p Marchianis, eleuatio sancti Ionati, confessoris Christi. *g Die octaua, sanctorum Apostolorum, † Herodiōnis, * Agabi, † Rufi, & sociorum.*

M 4 Item

† Rom. 16
* Act. 11. 24Metaphr.
p. 586
Cuius vita
habetur Ms.
& impressa.

A P R I L I S.

pag. 396

Item, sancti Bademi archimandritæ & martyris, cuius
martyrium habet Metaphrastes Simeon †.

ANNOTATIO.

1 De Dionysio Corinthi episcopo, Eusebius lib. 4 hist
cap. 22/23 Rufini/Hieronymus de viris illustr. cap. 37.
2 De Perpetuo sexto Turonum episcopo, scribit san-
ctus Gregorius Turonicus lib. 2 historię Francorum cap.
14/ & lib. 10 cap. 31/item Sollius Sidonius lib. 4 epist. 18
ad Lucontium. *Vestimenta fratrum.*

9 Apr. A

Quinto Idus Aprilis, luna

22. 4. 14. 25. 7/ 17. 28. 9. 20. 2/13. 23. 5. 15. 26/ 8. 18. 29. 10

Act. 6

Natalis sancti Próchori. qui fuit vnus de
septem diaconibus primis. hic fide &
miraculis præclarus, apud Antiochiam marty-
rio consummatus est. In Sirmio, passio san-
ctarum septem virginum, quæ dato simul pre-
tio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternam.

p In Gallijs ciuitate Rothomagensi, beati Hu-
gonis, præfatæ vrbis archiepiscopi, & confessoris.
Cuius corpus magna reuerentia asseruatur, & ful-
get, in Præpositura sancti Vedasti, Haspris dicta, in
diœcesi Cameracensi. q In castro Monte, p tran-
situs beatæ Vualdedrudis. q quæ ex Vincentio viro
nobili genuit sanctas virgines, Aldedrudem & Ma-
delbertam: deinde ab illo, seruata charitate, sepa-
rata, in Castriloco ad exercitium spirituale mul-
tam sanctarum virginum militiam adunauit.

g Die nona, sancti martyris Eutychie.

1 q Eodem die, r translatio corporis sanctæ Mo-
nicæ, matris sancti Augustini, ex Ostia Tiberina
Romam, pontificatu Martini quinti papæ, anno
decimo tertio sui pontificatus.

Apud Palestinam, secundum historiam, depositio
sanctæ

sanctæ Mariæ Ægyptiacæ . quæ à nonnullis hoc die re-
colitur, ab alijs quarto Nonarum Aprilis, vbi ab Vsuar-
do est annotata. *Stramenta autem.*

ANNOTATIO.

1 De Monicæ translatione habetur bulla Martini Ms/
& in Breuiario Augustinensium pars eius.

Quarto Idus Aprilis, luna

10 Apr. B

23. 5. 15. 26. 8/18. 29. 10. 21. 3/14. 24. 6. 16. 27/9. 19. 1. 11

E Zechielis Prophetæ . qui à iudice populi
Israël apud Babyloniam interfectus, in se-
pulchro Sem atque Arphaxat est sepultus.

Romæ, beatorum martyrum, quos sanctus
Alexander papa baptizauit, cum teneretur in
carcere. Hos omnes Aurelianus princeps nauis
† vetustæ impositos, in altū mare deduci, & illic
ligatis ad colla lapidibus, mergi in profundum
maris, fecit. Alexandriæ, sancti Apollonij pres-
byteri, & aliorum quinque. *In Gandauo, depo-
situs beati Macarij, episcopi & confessoris. g Die
decima, sanctorum martyrum, Terentij, Pompeij, &
sociorum †. Mensa Abbatis.*

*Gesta Ale-
xandri, 3
Maij.
al vetusta
2
Metaph.
pag. 609.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Ezechiele, Epiphanius de vitis prophetarum cap.
9/ Isidorus cap. 39 &c.
- 2 Macarij sui, historiam vitæ & eleuationis, conscri-
ptam iussu Sigeri abbatis, habet Gandauū, & Surius pag.
612. Obijt peste 1012: eleuatus est sub Sigerio, Anno 1067.

Tertio Idus Aprilis, luna

11 Apr. C

24. 6. 16. 27. 9/19. 1. 11. 22. 4/15. 25. 7. 17. 28/10. 20. 2. 12

Romæ, natalis beati Leonis papæ. cuius
temporibus extitit sancta synodus Chalce-
donensis. Apud Cretam, vrbe Gortyna, sancti
M 5 Philippi

Philippi episcopi. qui magnis virtutibus & optimis studijs præditus fuit. Floruit autem temporibus Antonini Veri & Lucij Aurelij imperatorum. In Dalmatia, ciuitate Salona, sancti Domnionis episcopi, cum militibus octo.

3 Nicomediæ, sancti Eustorgij presbyteri. In Britannia, sancti Guthlaci, confessoris & anachorite. qui multis virtutibus fulgens, requieuit in pace.

Noviomi, sancta Godoberta virginis. Lugduno, Sicarij episcopi. Turonis, Agirici abbatis.

4 8 Die vndecima, sancti hieromartyris Antypæ, episcopi Pergami Asia.

¶ p In Bronio monasterio, aduentus sancti Leodegarij, episcopi & martyris.

Item beatæ memoriæ Reineri solitarij, qui apud ecclesiam Osnaburgensem, vita & miraculis admodum effulsit. *Artifices si sint in monasterio.*

ANNOTATIONES.

1 De Leone ter sancto, Pontificale cap. 47/ Vita operibus præmissa, auctore, vt puto, Canisio. Pluraq. ex ipsius auctoris scriptis, de vita eius addi possent.

2 De Philippo Gortynensi, scribit Eusebius, ex S. Dionysio Corinthi episcopo, lib. 4 hist. eccl. cap. 22, apud Rufinum 23/ & Hieronymus de viris ill. cap. 40, ex citati Eusebij libro 4 cap. 24.

3 De Guthlaco. Catalogus Scriptorum Brytanniæ. Felix Crolandiensis Benedictinus, Ealsvvaldo Mecœnati suo, Orientalium Anglorum regi, dedicauit vitam Guthlaci reclusi. quæ incipit, Iussionibus tuis obtemperans. Miracula eiusdem, de translatione eiusdem, & epitomen vitæ eius. Quæ adhuc extant. Claruit An. 730. Guilhelmus Ramseye, ordinis sancti Benedicti in Crolandia, scripsit vitam D. Guthlaci carmine heroico, quam prius scripserat prosa Felix Crolandiensis. Petrus de Blesis in lucem emisit Guthlaci confessoris vitam libro vno. Is incipit, Quia gesta illustrium virorum. Claruit anno 1160. Substantia vitæ arbitror apud Suriu esse, pag. 625.

4 De An-

4 De Antype martyrio Apocalypsis 2/ & Metaphrastes.

Pridie Idus Aprilis, luna

12. Apr. D

25. 7. 17. 28. 10/20. 2. 12. 23. 5/16. 26. 8. 18. 29/11. 21. 3. 13

R Omæ via Aurelia, natalis beati Iulij papæ.

† qui sub Constantio imperatore decem mensibus tribulationes & exilia perpeffus, post eius mortem cum magna gloria ad suam sedem reuersus, quieuit in pace. Eodem die, sancti Zenonis episcopi. qui inter procellas persecutionis Veronensem urbem mirabiliter rexit.

Pontificalis

c. 36

b De quo Gregorius in libro Dialogorum refert.

lib. 3 ca. 19^o

Vapinco, depositio sancti Constantini episcopi.

p Monasterio Sithiu, depositio sancti Erkenbodonis Morinorum episcopi, & abbatis Sithiensis.

g Die duodecima, sancti patris & confessoris Basilij, episcopi Parij.

¶ Eo die, sancti Sabæ Gotthi martyris. hic cum Gotthie magistratus Christianos cogeret edere idolis immolata, & gentiles quidam propinquis suis pro immolatis, non immolata proponerēt, recognita protestatus est, Si quis ex carnibus illis comederit, Christianus esse non potest.

ANNOTATIONES. *Notiter quis Veniens.*

1 De Zenone sustuli Vsuardi verba, ac tempore Gallieni martyrio coronatus est. Honorari enim eum vt confessorum, constat ex Romano Martyrologio, & Officio Mediolanensis ecclesiæ die 8 Decembris, & aliunde. Extatq. Lobij narratio venerabilis Coronati Christianissimi notarij de vita sancti Zenonis episcopi & confessoris. Gregorius interim 3. dial. cap. 19 bis eum martyrem nominare maluit quàm confessorem, eo quod inter procellas persecutionis multa viriliter pertulerit, qua eadem de causa Iuuenalem quoq. alibi martyrem nominat.

Hom. 37

Euang.

2 Sabæ martyrium scribit apud Metaphrastem ecclesia Dei quæ est in Gotthia, ecclesiæ in Cappadocia, & omnibus catholicæ ecclesiæ Christianis. pag. 635 Suri.

Idibus

3 Apr. E

Idibus Aprilis, luna

26. 8. 18. 29. 11/21. 3. 13. 24. 6/17. 27. 9. 19. 1/12. 22. 4. 14

- 1 **A** pud Pergamum Asiae urbem, natalis sanctorum, Carpi episcopi, Papylij diaconi, & Agathonicae optimae foeminae, aliarumque multarum, quae pro beatis confessionibus martyrio coronatae sunt, sub Antonino Vero & Aurelio Commodo. Cum quibus & vir mirabilis
- 2 Iustinus Philosophus, pro religione Christi plurimum laborans scripto, remunerationem linguae fidelis martyrij munus accepit. In
- Greg. 3 dial. 6. 31.* Hispania, sancti Hermenigildi*. qui ob catholice fidei confessionem securi in capite percussus, regnum, caeleste pro terreno, rex & martyr intrauit. *Suscipiendus autem.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Carpo & collegis, Eusebius ex epistola Smyrnenensis ecclesiae lib. 4 historiae eccles. cap. 14/15 Rufini/ & Metaphrastes pag. 641 Suriij.
- 2 De Iustino consequenter Eusebius per tria capita, & eodem 4 libro, capitibus 8. & 11. Vitam ex eius scriptis collegit Ioach. Perionius, pag. 638 Suriij.

14 Apr. F

Decimo octavo Calendas Maij, luna

27. 9. 19. 1. 12/22. 4. 14. 25. 7/18. 28. 10. 20. 2/13. 23. 5. 1

*De huius Gesta
Caciliae.*

Romae via Appia, natalis beatissimorum martyrum †, Tiburtij, & Valeriani, & Maximi, sub Almachio praefecto. quorum primi fustibus caesi, & gladio percussi: vltimus tandem plumbatis est verberatus, donec exhalaret spiritum. Apud Alexandriam, sancti Frontonis abbatis, cuius vita sanctitate & miraculis extitit gloriosa. Interamnis, beati Proculi marty-

martyris. item sanctę Domninę virginis, cum socijs virginibus coronatę.

¶ Lugduni, Lamberti episcopi & confessoris. In Hollandia, oppido Schiedamis, obitus Lijdvijdt virginis, patientię singularis. *Si quis forte.*

ANNOTATIONES.

1 De Lamberto. Angradus in vita sancti Ansberti, Plurima de tanto patre (Lamberto abbate in Fontanella, & post pontifice in Lugduno) per eum, & sub eius regimine gesta, dici poterant, quę in eius gestis olim plenius memorię tradidimus.

2 Lidvidis vita extat Ms. per venerabilem Thomam Kempensem, & impressa auctore Ioanne Brugman Minorita, Schiedamis anno 1498.

Decimo septimo Calendas Maij, Iuna 13 Apr. ☉

28.10.20.2.13/23.5.15.26.8/19.29.11.21.3/14.24.6.16

A Pud Persidem, ciuitate Corduba, natalis sanctorum Olympiadis & Maximi nobilium. † qui iubente Decio fustibus cęsi, & deinde plumbatis: ad vltimum capita eorum securibus sunt tunsa, donec emitterent spiritum. In Italia, beatorum martyrum, Maronis, Eutychetis, & Victorini. * qui primo apud insulam Pontiam in Christi confessione longum ducentes exilium, postmodum sub principe Nerua a traditi sunt in seruitutem Aureliano sponso, quem Flauia Domitilla ob Christum contempserat. Quos iussit terram fodere per totum diem, ad vesperam vero cantabrum manducare: deinde cum conuertissent plurimos ad fidem, iussi sunt varijs interfici pœnis. In Reomago cœnobio, depositio sancti Siluestri, discipuli sancti Ioannis confessoris.

*Gesta Lau-
rentij, Abdon,
& sociorum.*

** Gesta Ne-
rei, 12 Maij.*

¶ Ipso

¶ Ipso die, Helnone monasterio, susceptio crucis geminae, quae duobus in locis de ligno Dominicae crucis habens, à Vualterio Vuariniaco, nobili milite, de Hierusalem allata, & ibidem ecclesiae oblata, ab abbate & conuentu cum solenni processione est recepta, cum gaudio & exultatione.

Metaphr. 10.
6. Aloy.
16. Apr. A

¶ Item, inchoatio Niceni primi Concilij f.

¶ Si quis de Ordine Sacerdotum.

Decimo sexto Calendas Maij, Luna

29. 11. 21. 3. 14 / 24. 6. 16. 27. 9 / 20. 1. 12. 22. 4 / 15. 25. 7. 17

et. Celesti

¶ Apud Corinthum, natalis sanctorum, * Calixti, & Carisij, cum alijs septem, omnium in mare merforum. Cæsaraugustæ, sanctorum decem & octo martyrum, Quintiliani, Calsiani, Matutini, Publij, Urbani, Martialis, Fausti, Successi, Felicis, Ianuarij, Primitiui, Euentij, Cæcilianiani, Optati, Frontonis, Luperci, Apodemi & Iulij. Hi omnes sub Daciano Hispaniarum praeside poenis affecti, atque interempti sunt. Ibi-

dem Engratiæ siue Encratis, virginis ac martyris, & Caij, atque Crementij, qui secundo confessi, gustarunt saporem martyrij. Palentiae in Hispanijs, natalis sancti Turibij, episcopi Astoricensis: ad quem scripsit Leo pontifex epistolam contra Priscillianistas. Hic innumeris claris miraculis, Christianam religionem ac fidem catholicam quam maxime inuit. Iuxta Valencenas, in pago Sebourch, quiescit sanctus Drogo confessor inchoytus. qui mirum modo calculosis & ruptis inuocatus subuenit. Depos-

Epist. 93

positio eius decima sexta Aprilis, anno Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto. ¶ In Sicilia iuxta Castellum bonum, sub Marone monte ac gemellis

mellis
positio
eti M
lesimo

¶ F
huius
beatu
mo R
Orbon

sunt i
vbi c
rem.

archie
calceis
los san

mus, se
reuolu
habea

betur,
tyrum

In p
eensis

De
de Enc
Aur. P

D
1. 12. 22

A
episto
plurib

mellis collibus, in cœnobio sanctæ Mariæ à partu, depositio beati Guilelmi confessoris. In Dacia, sancti Magni, Comitis Arcadiæ, & martyris, anno millesimo centesimo quarto.

¶ P Colonia, translatio sancti † Albinus martyris. *al. Albanus* huius Deo digni martyris reliquie de Britannia per *Historia Al-* beatum Germanum episcopum Antisiodorensis primus *bani per Cō-* mo Romam, deinde per augustam Theophanium, *uentum S.* Othonis secundæ uxorem, Coloniam translata, posita *Pātaleonis,* sunt in monasterio sanctissimi Pantaleonis martyris. *Impressa* Colonia.

vbi cunctis pie quærentibus opem conferunt salutarem. Zanthis, p̄festum martyris *, quem transtulit *sine nomine* archiepiscopus Philippus, inuentum in purpura & calceis, amputata summitate capitis. Nos qui stoccellos sanguinis coherentes pilis in monumento eius vidimus scripsimus hæc, vt vos credatis, & per annorum reuolutionem hoc die, & assidue, eum in veneratione habeatis. Nec conturbet quod nomen eius non habetur, cum Legenda Thebæorum vix duodecim martyrum nomina contineat.

In pago Constantiensi, sancti Paterni episcopi Aprin- *Surius pag.* censis & confessoris, ex abbate Scisciacensi. *654*

ANNOTATIO.

De octodecim martyribus Cæsaraugustanis, necnon de Encrate, Caio & Cremenio, extat hymnus quartus Aur. Prudentij, in libro peri stephanon. *Si quis Monachus.*

Decimo quinto Calendas Maij, luna 17. Apr. B

1. 12. 22. 4. 15 / 25. 7. 17. 28. 10 / 21. 2. 13. 23. 5 / 16. 26. 8. 18

A Pud Africam, natalis sancti Mappalicimar- *1* tyris. qui, vt beatus scribit Cyprianus, in epistola ad martyres & confessores, cum alijs pluribus martyrio coronatus est. Antiochiæ, *sancto-*

sanctorum martyrum, Petri diaconi, & Hermo-
al. Heliae genis. Item Cordubæ, sanctorum † Hele-
 presbyteri, Pauli & Isidori, monachorum.

Pontificale. r Item Romæ, Aniceti papæ & martyris. b hic
 6. 12
 1. Cor. 12
 constituit vt clericus comam non nutriet, secundum
 Apostoli præceptum. q In Oriente, beati Nice-
 phori, sub Valeriano & Gallieno, ob Christum mar-
 tyrio coronati. Dertona, sancti Innocentij, epi-
 scopi & confessoris. Sonegias, p natalis sancti Lan-
 drici, episcopi & confessoris. g Die decima septima,
 sancti Acacij, episcopi Melitines.

ANNOTATIO.

1 De Mappalico, Cyprianus epistola 9, siue lib. 2 epist.
 sexta. De locijs epist. 22 apud eundem, quæ est Luciani
 ad clerum. *Quod si superfluum.*

13 Apr. C Decimo quarto Calendas Maij, luna
 2. 13. 23. 5. 16 / 26. 8. 18. 29. 11 / 22. 3. 14. 24. 6 / 17. 27. 9. 19

al. Messa- **A** Pud † Misenam Apuliæ ciuitatem, nata-
nam 1 **A** lis sanctorum martyrum, Eleutherij epi-
& Euathia scopi & * Anthiæ matris eius. Qui cum esset &
 sanctimonia vitæ, & miraculorum virtute illu-
 stris, sub Adriano principe lectum ferreum igni-
 tum, craticulam, & sartaginem, oleum, picem,
 ac resinam feruentem superans, leonibus quoque
 proiectus, sed ab his illæsus, nouissime vna cum
 matre iugulatur. Romæ, beati Apollonij se-
 natoris †. qui sub Commodio principe, à seruo
 proditus quod Christianus esset, in signe volu-
 men composuit, quod in Senatu legit, ac deinde
 sententia Senatus, pro Christo, capite truncatus
 est. Cordubæ, sancti Perfecti, presbyteri &
 marty-

Eusl. 5 cap.
 20, 21 Ru-
 fni

martyris. Cœnobio Laubijs, depositio sanctis-
 simi * Vrsuari, episcopi & confessoris. p cuius ^{p patris} _{nostris}
 gesta præclara habentur. p: Mediolani, depositio
 sancti Galdini. quæ semper celebratur in dominica se-
 cunda post Pascha. g Die decima octava, sancti pa-
 tris Ioannis, discipuli sancti Gregorij Decapolitæ.
 q Eodem die sancti Iubini episcopi & confessoris. cu-
 ius corpus requiescit Lugduni supra Rhodanum.

¶ Antisiodori, dedicatio altaris senioris ecclesiæ
 sancti Stephani, protomartyris Christi. Nam an-
 tiqua dedicatio, quæ à beato Amatore celebrata
 est, quinto Nonas Octobris in antiquis Martyrolo-
 gijs reperitur.

In Montibus, Aytæ commitissæ Hannoniæ, tam san-
 guine, quàm vitæ præclaræ. cuius memoriâ facit eccle-
 sia Montensis in litanijs. *Si quis Abbas.*

A N N O T A T I O N E S.

1 Eleutherij & matris, passionem habet Metaphrastes
 pag. 657 Surijs. Petrus Equilinus lib. 2 catalogi cap. 20 vo-
 cat eum Latina voce Liberalem episcopum Cannensem
 in Apulia.

2 De Vrsuario Lobijsi, Fulquius abbas Lobij in chro-
 nicis sui monasterij. Anno 776 fit abbas Lobijs Anso,
 per quem conscriptus extat libellus vitæ sancti Vrsuari
 ad prædecessorem Theodulphum episcopum. item &
 sancti Ermini alius. Ratherius Veronensis episcopus, sed
 Laubiensis monachus, libellum etiam vitæ sancti Vrsua-
 ri, cum exularet reperit, quem solæcismis refertissimum,
 emendavit, & nobis misit habendum. Ex eo qui paulo
 post Fulquinum suppluit. Fulquius gesta abbatu hu-
 ius cœnobij vsq. ad seipsum annotavit, & miracula beati
 Vrsuari, quæ suis maxime fuere temporibus, descripsit.
 Obijt An. 990. Herigerus sub Notgero successor Fulcui-
 ni, scripsit gesta pontificum Leodiensium: scripsit me-
 trico stylo vitam sancti Vrsuari. Obijt Anno 1007.

N Anse

Ansonem & Erminum non vidi Ratherius est Lobijs, & alibi Ms/ & 10. 2 Suriij maiori ex parte excusus. Fulquinus capp. 31 est Lobij, cum itineratione sancti Vrsuarii, qua inter Flandrenses est glorificatus. Herigeri carmina habentur Gemblaci.

19 Apr. D

Decimo tertio Calendas Maij, Luna

3. 14. 24. 6. 17/ 27. 9. 19. 1. 12/ 23. 4. 15. 25. 7/ 18. 28. 10. 20

Act. 6

Bcati Timónis, diaconi de septem primis, qui primum apud Berceam doctor resedit, ac deinde verbum Domini disseminans, venit Corinthum: ibique à Iudæis & Græcis, vt traditur, primo flammis iniectus, sed nil lesus, deinde cruci affixus, martyrium suum impleuit. In Armenia, ciuitate Melitana, natalis sanctorum martyrum, Hermogenis, Caij, Expediti, Aristonici, Rufi, Galatæ, vna die coronatorum. Ciuitate Caucoliberi, passio beati Vincentij martyris. *1* Ipso die, sancti Elphegi, episcopi Cantuariensis, & martyris. Roma, apud ecclesiam beati Petri, depositio domini Leonis papæ noni. qui ecclesiam beati Remigij dedicauit. *2* Die decimanona, sancti patris Ioannis de vetusta Laura.

¶ In Blandinio monasterio, eleuatio corporis scti Florberti, primi eiusdem cœnobij abbatis.

De Vuernh. Apud Vuesaliã, passio Vuernheri pueri, qui in die pasceus suspensus, flagellatus, & crudel morte interceptus à perfidis Iudæis, multis postmodum miraculis claruit. *2* *Ordines suos.*

ANNOTATIONES.

1 De Elphego. Miratus est Lanfrancus, cur Angli Elphegum vt martyrem venerarentur: sed responso accepto ab Anselmo, Firma ratione tua, inquit, edoctus, beatum Elphegum vt vere magnum martyrem, deinceps me colere & venerari ex corde, gratia Dei iuuante cõfido. *Quod*

Quod ipse, ut refert Edinerus, postmodum deuote excu-
 cutus est. quin & historiam vitæ ac passionis eius dili-
 genti studio fieri præcepit. quem etiam Musico modu-
 lamine ad canendum à iucundæ memoriæ Osbernoꝝ
 Cantuariensis ecclesiæ monacho, ad præceptum illius
 nobiliter editam, ipse sua prudentia pro amore illius
 martyris celsius insigniuit. &c. Osbernum habet Surius
 pag. 667.

*Libro 1 Vita
 Anselmi*

2 De Leone nono. Sigebertus de viris illustribus cap.
 153. Anselmus monachus Remensis scripsit itinerarium
 nioni Leonis papæ à Roma in Gallias, ad hoc maxime, ut
 notificaret, quanta auctoritate Remis, vel in alijs vrbi-
 bus, synodum celebrarit: quanta iustitia & subtilitate
 examinauerit causas ecclesiasticas: qua discretione pec-
 cantes correxerit: quomodo ei virtus Dei cooperata sit.
 In Geraldii monte ad S. Adrianum, est vita eiusdem per
 contemporaneum, libris duobus. Habet duodecim Le-
 ctiones Remis, in archiccenobio sancti Remigij.

Duodecimo Calendas Maij, luna 20 Apr^{is}

4.15.25. 7.18/ 28.10. 20.2.13/ 24.5.16. 26. 8/ 19.29.11.21

Romæ sanctorum martyrum; Sulpitij &
 Seruiliani. † qui prædicatione & miracu-
 lis Flauie Domitillæ virginis ad fidem Christi
 conuersi, cum nollent idolis immolare, à præfe-
 cto vrbis Aniano capite cæsi sunt. In Gallijs
 ciuitate Ebreduensi, sancti Marcellini eiusdem
 vrbis episcopi & confessoris. qui diuino iussu,
 cum sanctis socijs Vincentio & Dominno, ex
 Africa veniens, maximam partem Alpium ma-
 ritimarum, verbo & signis admirandis, quibus
 usque hodie refulget, ad fidem Christi con-
 uertit. † Antisiodori, sancti Martiani. † Die
 vigesima, sancti patris Theodori qui fuit in Trichine.

*Gesta Nevil
 & Soc. circa
 finem 12
 Maij.*

† Sconaugiæ, obitus Hildegundis virginis, Ordinis
 Cisterciensis. quæ & Iosepha dicta est. In ipsa appellatione

N a ANNO

ANNOTATIONES.

- 1 De Marcellino, Ado in Martyrologio / & Gregorius Turonensis in gloriam confessorum cap. 69.
 2 De Hildegunde, Trithemius in Chronicis Hirsaugie. Huius vitam Cæsarius monachus Heisterbacensis in prima dialogorum suorum distinctione diffuse conscripsit.

23 Apr. F

Vndecimo Calendas Aprilis, luna

5.16.26. 8.19/ 29.11.21.3.14/ 25.6.17.27.9/ 20.1.12.23

- 1 **A** Pud Persidem, natalis beati Simeonis episcopi & martyris. qui, iubente Sapore Persarum rege, comprehensus, ferroque onustus, cum de Domino Iesu Christo libera voce & constantissime testaretur, primum carcerali ergastulo cum alijs centum, (è quibus alij episcopi, alij erant presbyteri, alij diuersorum ordinum clerici,) maceratus; nouissime cum omnibus iussus est pariter decollari. Passi sunt cum eo etiam clarissimi quidam viri, Vstazadis, Abdella, Ananias, & Pusitius, cum filia, quæ erat sacra virgo. Alexandriae, sanctorum, Aratoris presbyteri, Fortunati, Felicis, Siluij, & Vitalis. qui
 2 in carcere quieuerunt. *Eodem die, sancti Anselmi, episcopi Cantuariensis, & confessoris. 8 Die vigesima prima, sancti hieromartyris Ianuarij, & comitatus ipsius. & sacrosancti martyris Theodori, qui fuit in Perge.*

- 3 ¶ Apud Leodium, in ecclesia sancti Laurentij P Dominus Vuolbodo Leodiensis pijsimus episcopus, à seculo migravit, qui huic loco res sacras dedit, & in eum humari elegit. *In Abbatis Ordinatione.*

ANNO

ANNOTATIONES.

1 De Simeone & collegis, Sozomenus lib. 2 historiæ suæ cap. 8. 9. 10 / lib. 3 historiæ tripartitæ cap. 2.

2 Anselmi vitam libris duobus scripsit Edinerus conuictor ipsius. Excusus Antuerpiæ anno 51, Colonia cum operibus anno 60, & tomo 2 Suriij. Additio ad Sigebertum cap. 7 Emundus monachus Cantuariensis scripsit vitam sancti Anselmi, Cantuariensis archiepiscopi: item scripsit alium librum de discordia inter Vuilhelmum Anglorum regem, & eundem Anselmum:

3 Vuolbodonis vitam scribit Reinerus monachus ad sanctum Laurentium. Ibidem Ms.

Decimo Calendas Maij, Luna 22 Apr. ☉

6.17.27.9.20 / 1.12.22.4.15 / 26.7.18.28.10 / 21.2.13.23

Romæ via Appia, natalis beati Caij papæ. 1
qui cum ecclesiam vndecim annis, mensibus quatuor, diebus duodecim, rexisset, martyrio coronatus est sub Dioclitiano principe.

1 Ipso die, sancti Sotheris papæ, nationæ Campani. 2

Apud Persidem, sanctorum martyrum, qui pro Christi nomine iugulati sunt sub rege Sapore. 3

In quo fidei certamine, passus est Melisius episcopus, sanctitate & miraculorum gloria insignis: Acepstimas quoque episcopus, cum presbytero Iacobo: Mareas & Bicolor, nihilominus episcopi, cum clericis fere ducentis quinquaginta, monachis etiam, & sacratissimis virginibus plurimis. Inter quas & Simeonis episcopi soror, nomine Tarbua, cum pedisequa sua, ferrata scissa est. Ciuitate Corduba, natalis Parmenij, Helimenæ, & Chryfoteli presbyterorum, Lucæ & Mutij diaconorum. Quorum triumphus

N 3 plus

Abdon
in initio

4 plus martyrij in passione beati Laurentij † ha-
betur. Lugduni, sancti Epipodij. qui, per-
secutione Antonini Veri, post illata sibi gra-
uia tormenta, martyrium capitis abscissione
5 compleuit. Eodem die, sanctæ Oportunæ vir-
ginis. 1 Senonas, sancti Leonis episcopi, & con-
fessoris. 2 Et alibi, depositio Abrunculi episco-
6 pi. Eodem die, b Agapeti pontificis. qui sedit
Romæ menses vndecim. hic ingressus Constantino-
polim ad Iustinianum imperatorem, Anthimum
episcopum Constantinopolitanum, qui duas naturas
in Christo negabat, deposuit: & in eius loco Me-
nam catholicum consecrauit. 3 Die vigesima se-
7 cunda, sancti patris Theodori Siceci.

4 Item in monasterio sancti Georgij maioris
Venetiaram, translatio sancti Eustathij patriarchæ
Constantinopolitani, Anno Domini millesimo du-
centesimo quadragesimo sexto. 5 Ipso die inuen-
6 tio beatorum corporum, Dionysij, Rustici & Eleu-
therij. quorum corpora requiescunt in cœnobio dicitur
Dionysij, in Francia.

7 In Hannonia, Dononio monasterio, obitus sancti
Aldeberti, comitis Austrouandix & confessoris, non ta-
men canonizati. cuius corpus quiescit in summo altari
in tumba argentea. Eodem die, obiit beatus Vuolphel-
8 mus, abbas Bruvvilerensis. *Ordinatus autem.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Cajo, Pontificale cap. 19 / Gesta Sebastiani à folio
448 to. 1 Suriij / & Gesta Susannæ, 11 Augusti.
- 2 De Sothere, Pontificale cap. 13 / Dionysius Corinthi
episcopus lib. 4 hist. eccl. cap. 22, 23 Rufini.
- 3 De martyribus istis sub Sapore scribit Cassiodorus
lib. 3 historiae tripartitæ cap. 2 / ex Sozomeno lib. 2 cap.
11, 12, 13. Item Metaphrastes pag. 718 Suriij.

4 Epidge

4 Epipodij martyrium ex Ms. habet Surius pag. 715
De eo est homilia 49 apud Eusebium Gallum, qui Emi-
fenus à Gagneio inscribitur. Meminit etiam Gregorius
Turonensis de gloria martyrum cap. 64.

5 Opportunæ abbatissæ in Monasteriolo / & fratris
eius Godegrandi Sagiensis episcopi, tam vitam, quàm
miracula conscripsit * Adelelinus episcopus Sagiensis,
secundus, ut puto, Godegrandi successor. Ms. in Rubea
valle / & pag. 770 Suriij.

6 De Agapeto, Gregorius libro 3 dialogorum cap. 3 /
& Pontificale cap. 59 to 2 Conciliorum.

7 Theodori archimandritæ vitam fuse scribit Georgius
presbyter, eius discipulus, apud Metaphrastè & Surius.

8 De reuelatione Dionysij. Ludouicus imperator Hil-
duino abbati. Volumus ut reuelationem ostensam beato
papæ Stephana in ecclesijs eiusdem sanctissimi Diony-
sij, sic ut ab eo dictata est: & gesta, quæ eidem subnexa
sunt, vna cum hymnis de hoc gloriosissimo martyre
atque Pontifice, & officiū nocturnale, subiūgas. Est Ms.
in Parco, & citatur à Reginone in chronicis anno 753.

9 De Vuolfhelmo ex Trithemio in chronicis Hirsau-
giæ. Vuolfhelmi abbatis in Bruvuiler vitam & miracula
scripsit Conradus, monachus cœnobij Bruvuilerensis,
ordinis sancti Benedicti, Colonienſis diœcesis, Vuolfhel-
mi auditor, ad Euerardum & Hermannum abbates. Est
pag. 781 Suriij.

Nono Calendas Maij, luna

23 Apr. A

7. 18. 28. 10. 21 / 2. 13. 5. 16 / 27. 8. 19. 29. 11 / 22. 3. 14. 24

IN Perfide, ciuitate Diospoli, passio sancti
Georgij martyris, g *gloriosi antesignani, clari-
que miraculis*. cuius gesta passionis etſi inter
apocryphas connumerentur scripturas, tamen
illustrissimum eius martyrium, inter coronas
martyrum Ecclesia Dei venerabiliter hono-
rat. In Gallijs, ciuitate Valentia, natalis san-
ctorum, Felicis presbyteri, Fortunati, & Achil-
lei, diaconorum, qui cū maximam partē supra-

Dist. 15 c.

Sancta Ro-
mana ec.

N 4 diæ

dictæ vr̄bis ad fidem Christi conuertissent, à
duce Cornelio in carcerem trusi sunt: deinde
diutissime verberati, cruribusque confractis,
circa vertiginem rotarum astricti, fumum quo-
que in equulei suspensione perpessi, ad extre-
mum gladio consummati sunt. *Eodem die*
3 *Prussiae, natalis sancti Adalberti, episcopi & marty-*
ris. q̄ Tulli, sancti Gerardi, episcopi & confesso-
ris. Ipso die, beata Pusinnae virginis, quæ tempo-
re Caroli magni Heruordiam est translata †.

*Historiam
habet Legen-
da 2 pars.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Georgio. Habet Surius vitam & martyrium ma-
gni martyris Georgij, per Simeonem Metaphrastem,
rursus per Pasiratem seruum Georgij, & tertio, enco-
mium in eundem. Aliam autem historiam à Gelasio pa-
pa reprobata esse, pulchre demonstrat Aloysius. Item
de Georgio Præfatio Ambrosiana / distichon Fortunati,
Turonensis de gloria martyrum cap. 101 / Nicephorus
lib. 7 cap. 15. & alij. De basilica, Gregorius lib. 9 cap. 63
registri.
- 2 Felicis & diaconorū eius acta atq. martyrium habet
Surius pag. 823, erudite conscripta à quodam, qui res
non auditas, sed visas, se narrare subindicet.
- 3 Adalberti Pragensis historiam & martyrium, con-
temporaneus monachus bona fide conscripsit. cuius
stylum modice correxit Surius. De eodē Cromerus lib. 3.

Sapius quidem contingit.

74 Apr. B

Octauo Calendas Maij, luna

8.19.29.11.22/3.14.24.6.17/28.9.20.1.12/23.4.15.21

- 1 **L** Vgduno Gallia, natalis sancti Alexandri
martyris. qui persecutione Antonini Ve-
ri, post carceris custodiam, primo ita laniatus
est crudelitate verberantium, vt crate soluta co-
starum, patefactisque visceribus, interiora cor-
poris

poris panderentur : deinde crucis affixus patibulo , beatum spiritum exanimatus reddidit. Palsi sunt cum eo & alij numero triginta quatuor. Eodem die, depositio Melliti, episcopi in Britannia. In ciuitate Eliberri, sancti Gregorij, episcopi & confessoris. Eodem die, natale sanctæ Coronæ virginis. Blesis, sancti Deodati, abbatis & leuitæ. Remis ciuitate, sanctarum virginum, Bonæ & Dode. 8 Die vigesima quarta, sancti martyris Sabbæ ducis exercitus, & sanctæ Elisabeth thaumaturgæ. 9 In Hibernia, beati Egberti monachi, presbyteri & confessoris. In territorio Aruernensi, depositio beati Roberti, abbatis Casæ Dei, & confessoris. Quod si aut locus expetit.

ANNOTATIONES.

- 1 Alexandri Lugdunensis martyrium habet Surius pag. 841. De eo & Epipodio, est homilia Eusebii Emiffeni, siue Galli.
- 2 De Mellito Bedæ lib. 1 historia Anglorum cap. 29 & 30/lib. 2 cap. 3 & quatuor sequentibus.
- 3 De Egberto. Idem eiusdem historia lib. 3 cap. 4, & 27/lib. 4 cap. 3/lib. 5 cap. 10 & 23. Egbertus autem episcopus ponitur 6 Maij.
- 4 Roberti vitam, qui primus fuit abbas Casæ Dei, est per auctorem fide dignum, pag. 844 Suriij.

Septimo Calendas Maij, Iuna

25 Apr. C

9. 20. 1. 12. 23/4. 15. 25. 7. 18/ 29. 10. 21. 2. 13/ 24. 5. 16. 26

Romæ, litanía maior ad sanctum Petrum. 1
 Apud Alexandriam, natalis beati M A R - 2
 & I Euangelistæ. Hic discipulus & interpres
 Apostoli Petri & in baptisate filius, rogatus
 Romæ à fratribus, scripsit Euangelium: quo as-
 sumpto perrexit Ægyptum, primusque Alexã-
 N 5 driæ

APRILIS.

drie Christum annuncians, constituit ecclesiam: ac postea pro fide Christi tentus, & grauius afflictus, primo angelica uisitatione confortatus, ac deinde ipso Domino sibi apparente, ad celestia regna uocatus est. Mortuus est autem octauo Neronis anno. Ciuitate Syracusa, sanctorum Euodij & Hermogenis, & Calisti martyrum.

² p Laubijs, transitus sancti Ermini episcopi & confessoris. Ad portam Monasterij.

ANNOTATIONES.

1 De maiori Litania Gregorius papa initio libri 2 epistolarum, & libro 11 epistola secunda, Gregorius Turonensis in principio libri decimi historiae Francorum/Ordo Romanus pag 81/Micrologus cap. 57.

2 Marci martyrium habet Metaphrastes/laudationem Procopius diaconus & Chartophylax, apud Surium.

*Lib. 4 de uir-
ta contem-
platiua.*

Hieronymus de uiris illustribus capite 21. Philo Indæus de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriam scripsit ecclesia, habitacula eorum dicentes monasteria. Item Eusebius lib. 2 cap. 15/ Petrus Damiani in duobus sermonibus historicis/Hieronymus de uiris illustribus cap. 18/ Isidorus de obitu patrum cap. 85/Beda in Martyrologio/&c.

3 Ermini gestorum liber est Lobij Ms. per eius loci monachum, qui familiaris fuit Flaberto, vni ex discipulis Ermini.

26 Apr. D

Sexto Calendas Maij, Luna

10.21.2.13.24/5.16.26.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.27

*Pontificale
6:3*

Romæ natalis sancti Cleti papæ. qui secundus post Apostolum Petrum, cum rexisset ecclesiam annis duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est. Item Romæ, sancti Marcellini pontificis. qui cum ecclesiam nouem annis, & mensibus quatuor rexisset, à Dioclitiano pro fide Christi, cum

Clau-

Clau-
est.
vt in
coron
Richa
dio ap
loci,
episco
rancia
tyris

nostra
nico r

1 De
Marcel
2 Ric
scripsit
perato
3 Bal
presby

11.22.3

Rquo,
tus sit
eti An
tione
in his
gloria
est q

Claudio, Cyrino, & Antonino, capite truncatus est. Quo tempore fuit magna persecutio, ita ut intra unum mensem decem & septem millia coronarentur. Monasterio Centula, sancti Richarij presbyteri & confessoris. ^{p Eodem} ² die apud Legiam, sancti Floriberti, episcopieiusdem loci, & confessoris. ^b Vienna, sancti Clarentij & episcopi & confessoris. ^q Treca, sanctae Exuperantiae virginis. ^g Die vigesima sexta, sancti martyris Basilei, episcopi Amaseae. ^{Ado. Ao.} ⁶⁴¹ ³

[¶] ^q Parisijs, dedicatio sacrae Capellae regiae, sacris nostrae redemptionis insignijs mirifice à beato Ludovico rege ditata. *Dirigendi fratres in viam.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Marcellino Pontificale cap. 30/ & Condemnatio Marcellini tomo 1 Concil.
- 2 Richarius abbas fuit Centulensis in Pontino. Eius vitam scripsit Albinus Flaccus Alcuinus abbas, ad Carolum imperatorem, petente id abbate Angilberto, Pag. 863 Suriij.
- 3 Basilei martyrium habetur in Simeone per Ioannem presbyterum Nicomediae. Pag. 857 Suriij.

Quinto Calendas Maij, luna 27 Apr. E

11. 22. 3. 14. 25/6. 17. 27. 9. 20/ 1. 12. 23. 4. 15/ 26. 7. 18. 18

Romae, depositio beati Anastasij papae. de quo Hieronymus venerabili testatur eloquio, quod eius vita diuturna mundus immeritus sit frui. Apud Nicomediam, natalis sancti Anthimi episcopi & martyris, qui persecutione Dioclitiani ob confessionem Christi, ut in historia ecclesiastica descriptum est, martyrij gloriam capitis obruncatione accepit. Secuta est quoque illum uniuersa poene gregis sui multi- ¹ ^{Epist. 16 ad Principia.} ² ^{Lib. 8 cap. 6}

APRILIS.

multitudo per eandem martyrij viam: quorum alios iudex, gladio obruncari, alios ignibus concremari, alios nauiculis impositos pelago immergi fecit. Tarso Ciliciæ, sancti Castoris & Stephani martyrum.

¶ Ciuitate Altinensi, sancti Liberalis confessoris, ab Heliodoro episcopo nutriti. qui ciuitate Altino destructa, Taruisium est translatus. *Si cui fratri.*

ANNOTATIONES.

1 De Anastasio primo, Hieronymus epistola 8, Demetriadi/16, Principiæ/78, Pammachio & Marcellæ/ & in apologijs 2 & 3 contra Rufinum / Paulinus epist. 2 ad Delphinum / item Pontificale cap. 41.

2 De Anthimo succincte scribit Eusebius lib. 8. cap. 6 / fusius Metaphrastes pag. 871 Suriij.

28 Apr. F

Quarto Calendas Maij, luna

12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 28. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 29

- 1 **A** Pud Rauennam, natalis sancti Vitalis martyris. qui cum corpus beati Ursicini sublatum, honestate debita sepelisset, tentus à Paulino Consulari, post equulei tormenta, iussus est deponi in foueam profundam, ac terra & lapidibus obrui. taliq̃ue martyrio ad Christum migravit.
- 2 Alexandriæ, sanctæ Theodoræ virginis. ^b *de qua beatus Ambrosius scribit.* Quæ sacrificare contemnens, cum esset in lupanar tradita, repente quidam è fratribus, nomine Didymus, miro Dei fauore illam eripuit, ac postea cum eadem percussus, simul coronatus est. Eodem die, Aphrodisij, Carilippi, Agapeti, & Eusebij, martyrum. In Pannonia,

sancti

sancti Pollionis martyris. Ipso die, sancta Valeria martyris, coniugis sancti Vitalis. In Hispanijs, sancti Prudentij, episcopi Tirasonensis & confessoris. Metis ciuitate, sancti Adelphi, episcopi & confessoris. 3 Die vigesima octaua, sanctorum martyrum, Dadae, Maximi, & Quintiliani †.

Metaph. pag. 890

¶ In Leodio, translatio sancti Lamberti martyris. ¶ In Lauduno clauato, translatio sanctae Probae virginis. Eodem die Duaci, ¶ eleuatio sancti Amati, episcopi & confessoris. Ad hanc eleuationem sacri corporis, quod perdidit Dominus reddidit multis: sanitatem videlicet agrotis, lumen & auditum cecis & surdis: inde vero viri prius confracti redierunt nimium exultantes, vestigia pedum admirantes. ¶ Item egressio Noë de arca.

Gen. 8

Eodem die, martyrium sancti Paphnutij abbatis, & quingentorum quadraginta sex, qui vna cum illo martyrium passi sunt †. Praeuidendum est.

Metaph. pag. 882

ANNOTATIONES.

- 1 De Vitale est sermo Petri Damiani apud Surium. De eodem late Beda in martyrologio: vterque ex epistola beati Ambrosij ad omnes per Italiam fratres de inuentione Geruasij & Prothasij, quae est tomo 3 Suriij.
- 2 De Theodora & Didymo, praeter prolixiores Martyrologos, scribunt Ambrosius lib. 2 de virginibus, (vbi fortassis mendose legitur Antiochiae pro Alexandria) & Simeon Metaphrastes Nonis Aprilis, nonnihil tamen ab alijs discrepans, vt D. Surius notauit pag. 512. De alia Theodora idem Simeon, 11 Septembris.
- 3 De Valeria, coniuge Vitalis, Ado hac die, ex citate Ambrosij epistola / item de vtroq. Ambrosiana praefatio in Liturgicis.
- 4 Adelphus corporaliter quiescit patronus in collegio Neouillarensi, in dominio Liechtenberg, diocesis Argenti-

gentinensis. Vita pulchre descripta est circa annum 1197,
impressa in 4, An. 1506.

29 Apr. G

Tertio Calendas Maij, Luna

13. 24. 5. 16. 27/8. 19. 29. 11. 22/3. 14. 25. 6. 17/28. 9. 20. 1

Ephes. 6
2 Tim. 4
† Col. 4

A Pud Paphum, Tychici diaconi, sancti Pauli discipuli. Huius meminit in suis epistolis idem Apostolus †, pronuncians eum fratrem charissimum, ac conseruum suum in Domino. In Numidia, apud Cirthensem Coloniam, natalis sanctorum martyrum, Agapij & Secundini, episcoporum, qui persecutione Valeriani post longum exilium, apud præfatam urbem, in qua tunc maxime gentilium rabies ad tentandam iustorum fidem inhiabat, exilustrisacerdotio, effecti sunt gloriosi martyres. Passi sunt in eorum collegio, Æmilianus miles, Tertulla & Antonia, sacrae virgines, & quædam mulier cum suis geminis. 1 Eodem die, 2 apud Mediolanum, sancti Petri martyris, de Ordine fratrum Prædicatorum. 9 qui cum per partes Italiae contra virus hæreticæ prauitatis, verbum Dei longe lateque, prædicasset; tandem gladijs hæreticorum est interemptus. Romæ, sanctæ Cæciliæ virginis. Hac de ciuitate Senensi oriunda, in adolescentia sua habitum de pœnitentia sancti Dominici assumens, ac crebris miraculis clarens, anno suo trigesimo tertio, Romæ quieuit: sepulta in ecclesia sanctæ Mariæ super Minernam. Differitur autem eius festiuitas in Dominicam diem post inuentionem sanctæ Crucis. In territorio Lingonensi, apud Molisimum, beati Roberti confessoris, primi

primi
tissimi
sancto
Mem

¶ p
Qua

1 De
Marian
quæda
2 De
103. In
in epist
promu
Ioanne
catorur
stea pat
fuit san
3 Cat
Raimun
dinis Pr
nis Con
Colonie
Senensi
in comp
extat lo
etiam ab
colaum
sibi cili
cultu ad
collectis
4 Rob
Odo M
Louani
5 Hug
Gilo iust

primi abbatis Cistertij. & Cœnobio Cluniaco, be-
tissimi Hugonis abbatis. 3 Die vigesima nona, 5
sanctorum nouem martyrum in Cyzico. & sancti
Memmonis thaumaturgi.

¶ Eodem die festiuitas sancta Auæ virginis. *al. comme-*
Quæ in Dononio quiescit, non canonizata. *moratio.*

*Sicut pro
defunctis.*

ANNOTATIONES.

1 De Agapio, Secundino, & reliquis, Gesta sanctorum
Mariani & Iacobi tomo 3 Suriij pag. 1/è quibus Vsuardus
quædam ad verbum describit.

2 De Petro, Vincentius in speculo historiali lib. 31 cap.
103. Innocentius quartus beati Petri Mediolanensis actus
in epistola canonizationis, quam per omnes ecclesias
promulgari fecit, breuiter descripsit / Latius autem
Ioannes Garzo libro 2 de viris illustribus Ordinis Prædi-
catorum / & Thomas Lentinus antistes Cusantinus, po-
stea patriarcha Hierosolymitanus, qui contemporaneus
fuit sancti martyris. Hunc Surius habet pag. 905.

3 Caterinæ Senensis legendam, seu historiam, scripsit
Raimundus Capuanus, sacre Theologiæ Doctor, & Or-
dinis Prædicatorum magister generalis, atq; sanctæ virgi-
nis Confessarius. Qui cum bulla Pij secundi excusus est
Coloniæ in Fol. an. 63. De eadem est Ms. epistola Stephani
Senensis, Prioris Carthusiæ Ticinensis. Quorum scripta
in compendium redegit Surius pag. 915. De eiusdem vita
extat Ioannes Pinus in libro de claris mulieribus. Qui
etiam asserit vitam huius virginis vernacule scripsisse Ni-
colaum Burgium Senensem, postquam superimposito
sibi ciliciolo, quo illa viuens vti solebat, & diligenti
cultu adhuc asseruatur, iam semimortuus, velut repente
collectis viribus, assurrexit.

4 Roberti vitam & miracula describi curauit dominus
Odo Molismensis abbas. Extant pag. 898 Suriij/integre
Louanii ad Martinenses.

5 Hugonis Cluniacensis vitam multi scripserunt, vt
Gilo iussu Põtij abbatis / & Reinaldus abbas Viceliacensis,
Manu-

Manuscripti, & Hugo Cluniacensis, eius æqualis, pag. 292 Suriij. qui in præfatione ait, Non eis præiudico, qui ante me de sancto eleganti scripsere calamos: sed nostris seruius, dum quædam ab eis omissa colligo, profusius edita contrahio: ne occupatos operem, multa prætereo. *Vetetur in Monasterio.*

30 Apr. A

Pridie Calendas Maij; Luna

14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 12 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 1

- 1 **A** Pud Lambesitanam urbem, natalis sanctorum martyrum, Mariani lectoris & Iacobi diaconi. quorum prior, cum iam pridem infestationes Decianæ persecutionis in confessione Christi euicisset, iterum cum charissimo collega tentus est. Deinde post dira & exquisita supplicia, diuinis reuelationibus mirabiliter secundo confortati, atque alleuati, nouissime cum multis alijs, gladio consummati sunt.
- 2 Santonas, beati Eutropij martyris. quem cum sanctus Clemens pontificalis ordinis gratia consecratum direxit in Gallias, peracta diu prædicatione, ob Christi testimonium illiso capite victor occubuit. *Roma, sancti Quirini, tribuni & martyris. Huius Dec dilecti & pretiosi martyris passio, licet tertio Calendas Aprilis facta sit, hic tamen festiue recolitur, quando sacre reliquie corporis eius ab vrbe Roma, ad ciuitatem Nussensem supra Rhenum, translatae sunt. In Britannia, ciuitate Londoniæ, sancti Erconvaldi, episcopi & confessoris. qui in actiua iam degens vita, totis viribus theoricam diligens, subditis sibi plebibus, callem veritatis ver-*

De Quirino, gesta alexandri papa.

is verbis atque exemplis monstravit: multisque ornatus virtutibus, migravit ad Christum. Eodem die, natalis sancti Maderniani Remensis archiepiscopi. qui sextus rexit eandem ecclesiam.

Item, sancti Maximi martyris, cuius gesta habentur †. Eodem die, sancti Laurentij, presbyteri Novariensis.

ANNOTATIONES.

- 1 Mariani, Jacobi, & sociorum, martyrium, gra-
tuitur describit is qui eidem interfuit. Est tomo 3 Suriij,
pag. 1.
- 2 Eutropij meminit Greg. Turonicus de gloria mar-
tyrum cap. 56.
- 3 Erconvaldi vita per Gotzelinum Morinensem,
incipit, Post passionem ac resurrectionem, teste ca-
talogo Scriptorum Brytanniæ. De eodem Beda lib. 4.
cap. 6.

Obedientiæ bonum non solum Abbati &c.

O M A I V S



MAIUS HABET

DIES XXXI.

1. Maij B

Calendis Maij, Luna

15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 1. 11. 22. 3

Epiph. &
Isid. de vita
Proph.



1

2

Matth. 13
Gal. 1

De Sig. Tu-

N Ægypto, Hieremiæ Pro-
phetæ. qui à populo lapidibus
óbrutus, apud Taphnas occu-
buit. Item, natalis beatorum
Apostolorum, PHILIPPI &
IACOBI. Ex quibus Philip-
pus, postquam pæne Scythiam ad fidem Chri-
sti conuertisset; ^b diaconibus, presbyteris, & episco-
pis ibi constitutis, reuersus est ad Asiam: & apud
Hierapolim Asiæ ciuitatem, glorioso fine quie-
uit. Iacobus uero, qui & frater Domini legi-
tur †, iuxta templum Hierosolymorum, ubi &
præcipitatus ^b de pinna templi, fullonis fuste in ce-
rebro percussus fuerat, sepultus est. ^b Hic fixis ge-
nibus pro populo deprecabatur, in tantum ut came-
lorum duritiem eius genua traxisse uiderentur. In
Gallijs, territorio Viuariensi, beati Andeoli sub-
diaconi. quem misit ab Oriente sanctus Poly-
carpus, vnâ cum alijs, ad prædicandum uerbum
Dei, in Galliam. Cuius prædicatione Imperator
Seuerus comperta, spinosis fustibus crudelissi-
me flagellatum, in carcerem trudi præcepit: &
sic demum ab ense ligneo in crucis modum ca-
put eius scindi. Ciuitate Sedunensi, natalis
sancti Sigismundi regis, ^b filij Gundebaldi, regis
Burgun-

Burgandionum. qui cum se cerneret non posse Fran-
 cis resistere, solus fugiens, coma deposita, habitum
 religionis suscepit: & ieiunijs, vigilijs, die nocte que
 vacans, captus est à Francis, cum vxore & filijs,
 in puteum que demersus occubuit. Postea vero cui-
 dam abbati releuatus est: & ab eo reuerenter sepul-
 tus, etiam miraculis claruit. Apud ciuitatem
 Auscium, sancti * Orientis episcopi, qui vir-
 tutibus ornatus, sancto fine quieuisse scribi-
 tur. Item Antifiodori, sancti Amatoris, epi-
 scopi & confessoris. ¶ In pago Laudunensi, san-
 cti Marculphi confessoris †. Remis, depositio san-
 cti Theodulphi presbyteri. In Britannia, sancti
 Chorentini, episcopi ciuitatis Aquilæ. Ambia-
 nis, beatorum martyrum, Acij & Acioli. qui reli-
 giosis fulgent miraculis. Ipso die, sancti Vltani
 confessoris, fratris sanctorum Fursei & Foillani qui
 post excessum fratris sui Fursei, cum Foillano san-
 cta adeptus est sanctæ Gertrudis contubernia. cu-
 ius multa in ecclesia sanctitatis clarent monumen-
 ta. Quorum sancta virgo agnita sanctitate, per
 manus eorum obtulit Deo partem hæreditatis
 sue, scilicet villam, quæ vulgo Fossis dicitur: quam
 ipsis tradidit in seruorum Dei alimoniam, vt in
 eo loco construerent monasterium ad perpetuale
 peregrinorum hospitium. In territorio Tun-
 grensi, villa quæ Ruttis dicitur, sancti Euer-
 mari martyris. qui ab iniustis innocenter inter-
 emptus est. Huius mors pretiosa crebris miracu-
 lis illustratur. ¶ Item Bergomi Gallie Cisalpi-
 nae, Gracie virginis. Ipso die, sanctæ Vualburgæ
 virginis.

ronensis 3
 hist. Franc
 cap. 5 & 6.

al. Oriētij
 De Amā.
 Constantius
 initio vite
 S. Germani.
 † Vita extas
 crudite Ms.

De Vltano
 Beda lib. 3
 cap. 19

¶ p In Blandinio monasterio, translatio corporis sanctissimæ Amelbergæ virginis. In Blandinio, consecratio basilicæ primæ à beato Amando pontifice. ¶

Vuandelb. *Maias prima sacrat Christi doctrina Calendas.*

In Hungaria, sanctorum eremitarum, Zoerardi confessoris, & Benedicti martyris, quorum historiam descripsit Maurus episcopus Quinqueecclesiensis †. Furnis, translatio reliquiarum, Vualburgis, Vuilibaldi, & Vuiliboldi, anno millesimo centesimo nono. In Scotia, Asaphi episcopi de cuius nomine nunc vocatur episcopatus sancti Asaph. In minori Britannia, sanctissimi Brioci, episcopi & confessoris. *Sicut est. Zelus.*

¶ *omo 3 Surijs*
pag. 13

ANNOTATIONES.

1 De Philippo, Ioannis 1, 6, 12, 14 / Eusebius libro 3 hist. cap. 24, 25 / Rufini, 30 & 31 / Isidorus de patribus vtriusque testamenti cap. 75 / Appendix in Hieronymi catalogo cap. 6. & Simeon Metaphrastes.

2 De Iacobo fratre Domini, sacra Scriptura, potissimum 1 Cor. 15 / Gal. 1, 2 / Canonica ipsius / & Actuum liber / Egesippus libro 5 commentariorum apud Eusebium / & ipse Eusebius lib. 2. hist. eccl. cap. 22, Rufini 23 / Epiphanius heresi 78 / Hieronymus de viris illustr. cap. 3 / Simeon Metaphrastes / Chrysof. hom. 5 in Matthæum / Anacletus epist. 2 / Hieronymus in 1 ad Galatas / Isidorus de patribus vtriusque Testamenti, capite 74 / Gregorius Turonensis de gloria martyrum cap. 27 / Hesselius in resurrectionis historiam / Sixtus Senensis lib. 2 bibliothecæ sacre. Quidam addunt secundam epistolam Ignatio inscriptam: quæque ex Clemente Alexandrino Eusebius habet initio libri secundi.

3 De Vualburge. Bibliotheca. Vuilibaldus primus episcopus Eistatensis, natione Scorus, scripsit vitam, sancti Bonifacii episcopi, vitam Vualburge sororis. Vixit anno 760.

¶ Maij C

¶ Sexto Nonas Maij, luna

16. 27. 8. 19. 1 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 2. 12. 23. 4
Natalia

Natalis sancti * Athanasij, Alexādrię vrbis * patris
episcopi & confessoris. In huius persecu- nostri 1
tione pæne vniuersus coniuravit orbis, &
commoti sunt principes terræ. Gentes, regna,
& exercitus, coierunt aduersus eum: multa que
perpeffus Arianorum insidijs, toto orbe profu-
gus agitur: nec ei vllus tutus ad latendum su-
pererat locus, dum ad inuestigandum eum om-
nes mouerentur. Moritur autem quadragesimo
& sexto anno sacerdotij sui, post multos agones,
multasque patientiæ coronas, tempore Valenti-
niani & Valentis. Eodem die, sanctorum
Saturnini & Neopolis, qui in carcere quieue-
runt. *In territorio Andegauensi, sancti Florentij,*
presbyteri & cōfessoris. Apud urbem Florentiam,
natalis beati Antonini confessoris, de Ordine fra- 2
trum Prædicatorum, archiepiscopi eiusdem ciuita-
tis. In Alemannia, apud monasterium sancti Gal-
li, natale sanctæ Vuilberadæ virginis. Ipso die, pas-
sio sancti Sicharij martyris. Item, depositio sancti
Vualberti Comitis, & Luxouiensis abbatis, discipuli
sancti Columbani. Treuiris, sancti Theodolphi,
presbyteri & monachi. In Eischel, Cunegundis
virginis.

De Vaill.
Bernardus, in
initio vite
S. Vlrici.

¶ *Die secunda, reportatio reliquiarum sancti*
patris Athanasij magni. P Monasterio Sithiu, glo-
riosa eleuatio corporis pretiosissimi confessoris Chri-
sti Bertini abbatis. quæ facta est anno Dominicæ in-
carnationis millesimo quinquagesimo secundo.

Merbeccæ, eleuatio sanctæ Berlendis virginis, D
& Celsæ atque Nere virginum. Regulam autem hanc.

O : ANNO-

ANNOTATIONES.

Ruf. lib. 10
 1 De Athanasio. Sozomenus libro 3 tripartitæ capite 4 Athanasij persecutiones, fugas, cõtumelias, crebraq. pericula, Rufinus suo nobilitauit eloquio. Hieronymus de viris illustr. cap. 107. Gregorius Nazianzenus episcopus, vir eloquentissimus, composuit laudes Athanasij. De eodem Cassiodorus & Aloysius ex auctoribus tripartitæ historia: item Simeon Metaphrastes, & libri duo Luciferi Caralitani episcopi, pro sancto Athanasio, ad Constantium Imp. Quos Io. Tilius Meldensis episcopus Parisijs emisit, anno 68.

in Paris. editione an. 26, pag. 31
 2 Antonini vitam scripsit Franciscus Castellio, Canonicus sancti Laurentij in Florentia libro 3 de viris illustribus Ordinis Prædicatorum / & post canonizationem per Adrianum sextum anno 1523, Vincentius Geminianensis, quem Surius ponit, Ei sic scribit Clemens septimus †, Dilecto filio fratri Vincentio de sancto Geminiano, Procuratori Ordinis Prædicatorum. Tibi, de cuius diligentia fiduciam pleniorẽ gerebamus, mandari curauimus, vt beati Antonini vitam & gesta, nec non officium nouem lectionum, cum Missa, pro gratia tibi calitus data scriberes, componeres, & ordinares. Quæ tu omnia cum diligenter perfeceris, nostræ & Apostolicæ Sedis munimine duximus roboranda.

3 Maij D

Quinto Nonas Maij, Luna

17. 28. 9. 20. 2 / 12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 1

- 1 Hierosolymis, inuentio sanctæ C R V C I S
 Hab Helena regina, sub Constantino principe. Romæ via Numentana, passio sancti
 2 Alexandri papæ, Euentij & Theoduli presbyterorum, sub Aureliano principe. Quorum primus, post vincula, carceres, equuleum, vngulas, & ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus est. sequentes vero post longam
 carceris

carceris sustinentiam, ignibus examinati, ad vltimū decollati sunt. Ipso die, sancti Iuuenalis episcopi & confessoris. Apud Pontiferam, sancti Vualteri abbatis. 8 Die tertia, sanctorum martyrum, Timothei & Mauri.

¶ In Italia ciuitate Salsena, sancti Vrsij confessoris, filij regis Dalmatiæ, qui peregrinus veniens ad hanc ciuitatem, ibidem plenus virtutum, quieuit in Christo. Item sub Festo præside, martyrium Antoninæ virginis, & Alexandri militis.

ANNOTATIONES.

de vtroq. M^e saph.

1 De inuentione sanctæ Crucis, & honore ei per Constantinum & Helenam exhibito, varij scribunt à Surio positi: vt, Ambrosius de obitu Theodosij/Rufinus lib. 10/ Paulinus epist. 11 ad Severum/& Cassiodorus, tripartitæ cap. 4, 5 & 9. Item in laudem sanctæ Crucis extant veterum scriptorum homilia, hymni, & libri. contra hæreses vero Copus dialogo 4, & alij.

2 Alexandri papæ & sociorum actus, quibus veteres Martyrologi † compluribus locis vsi sunt, extant pag. 64 Suriij. Miror autem quorundam ab eis diuersitatem.

28 Aug/30, 31 Mar/1, 10 Apr/3 Maij.

3 Iuuenalis Narniensis historiam non vidi, nisi breuiter in Romano Breuiario. Meminit Gregorius ipsius, homilia 37 Euangeliorum.

Ausculta o fili.

Quarto Nonæ Maij, Luna

4 Maij E

18. 29. 10. 21. 3/13. 24. 5. 16. 27/8. 19. 1. 11. 22/4. 14. 25. 6

A Pud Ostiam Tiberinam, natale sanctæ Monicæ. cuius vita admiranda ex nono confessionis libro sancti Augustini episcopi colligitur. In Palæstina, ciuitate Gaza, natalis beati Siluani, eiusdem vrbis episcopi. qui persecutione Dioclitiani, cum plurimis clericorum suorum, martyrio coronatus est. Hierosolymis, passio sancti * Quiriaci episcopi, qui

O 4

inuenit

* Cyr.

inuenit *Dominicam crucem*. Item in metallo
 3 Phanensi, sanctorum martyrum quadraginta,
 qui simul capite sunt caesi. Nicomediae, nata-
 al. Anto- lis sanctae † Antoniae martyris. quae nimium
 ninæ torta, & varijs cruciatibus afflicta, ab vno bra-
 chio tribus diebus suspensa, & in carcerem
 biennio detrusa, ad vltimum in confessione
 Domini flammis exusta est. In Norico Ri-
 80. 3 Surijs penfi, b loco Lauriaco, sancti Floriani. † qui
 pag. 78. praesidis iussu, ligato ad collum saxo, in flu-
 men Anisi praecipitatus est. Antifiodori, san-
 * Constan- cti Curcodomi diaconi*. In territorio Petra-
 tius vite goricensi, sancti Sacerdotis, Lemouicensis episco-
 Germani pi. In Hildesheim, sancti Gothehardi, episcopi
 6. 16 & confessoris. Turonis, beati Antonij confesso-
 ris. Coloniae Agrippinae, natalis sancti Paulini
 De Pelagia, martyris. cuius caput malleo ferreo pro Christo con-
 Metaph. tritum dinoscitur. g Die quarta, sanctae hosioma-
 tyris Pelagiae.

¶ q Vrduni, translatio eius loci episcoporum &
 confessorum, Pulchronij, Possessoris, ac Firmini.

Londini, beatae memoriae Ioannis Houthon, Prioris
 Carthusiae Londinensis. qui noluit regem Anglorum
 supremum caput in temporalibus & spiritualibus ac-
 ceptare, credere, & affirmare. ideoq. crudelissime marty-
 rizatur, primus inter octodecim martyres Carthusianos.
 Siquidem super vimicillum, vulgarijter Ahyrdle dictum,
 resupinus alligatus, per milliare ad calces equorum tra-
 hitur ad locum bubali. Vbi suspensus est primum in
 patibulum: verum abscisso fune semiuivus decidit in ter-
 ram. Deinde cruentus listor verenda eius abscidit, ven-
 trem eius dirupit: cor, & omnia interiora euulsa, in igne
 proiecit. Sic patientissimus martyr, migravit anno tri-
 gesimo quinto supra sesquimillesimum, cum sanctif-
 simis

simis c
 Auguf
 Mariae
 mort
 ciuitat
 octode
 fello d

1 Mo
 libro r
 ex alijs
 2 Sil
 fed Eu
 bus 17
 3 De
 scribit
 drinus
 (22 Ca

19. 1. 11

A
 nice
 Irene
 uitate
 fessor
 prore
 tra v
 Ite
 rabili
 Iouin
 Pereg
 Ant
 quens

simis collegis, Roberto Laurens, Priore Bellæ vallis, Augustino Vuester, Priore domus visitationis beatæ Mariæ, & Reginaldo, Ordinis sanctæ Birgittæ. Quorum morticina in caldarijs aliquantulum lixa, per diuersa ciuitatis loca sunt suspensa. Scriptum est in passione octodecim Carthusianorum, à Mauriyo Chamncij, professo domus Londinensis. *Exurgamus ergo.* Cap. 10

ANNOTATIONES.

- 1 Monicæ vitam collegit D. Aloysius Lipomanus, ex libro nono confessionum beati Augustini à cap. 8, & ex alijs eiusdem libris.
- 2 Siluani meminit Rufinus lib. 8 cap. 14/lib. 9 cap. 6/ sed Eusebius, Christophorsono interprete, lib. 8, capitibus 17, 22, 25/lib. 9 cap. 5.
- 3 De martyribus ad metalla in Phenneso amandatis, scribit primas martyrum eius temporis, Petrus Alexandrinus episcopus, apud Theodoritum libro 4 cap. 20, (22 Camerarij) & Eusebius lib. 8 cap. 25, Rufini 14.

Tertio Nonas Maij, luna

19. 1. 11. 22. 4/14. 25. 6. 17. 28/9. 20. 2. 12. 23/ 5. 15. 26. 7. 5 Maij F

A Pud Alexandriam, sancti Euthymij diaconi, in carcere quiescentis. Thessalonice, natalis sanctorum, Irenæi, Peregrini, & Irenes, ignibus combustorum. In Gallijs, ciuitate Arelatenfi, beati Hilarij, episcopi & confessoris, præclarissimi viri, & nobilissimi. *b qui professiendis pauperibus, etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus, exercuit.* Gennadius de viris ill. cap. 69

Item Viennæ, sancti Nicetij episcopi, venerabilis sanctitatis viri †. Antifiodori, sancti Iouiniani lectoris, & martyris. *qui cum beato Peregrino episcopo & martyre, imperio Sixti papæ, ad anno Antifiodorum veniens, cum esset vir per omnia eloquens, & in diuinis Scripturis egregie eruditus, dum* Præclarissimi in dogmate fidei. 379.

0 5 super

Angeli vita
per Enoch
Hierosoly.
poudūxiat.

Superstitionibus paganorum fortiter resisteret, tentus est, atque in Christi confessione perdurans, ab eis interemptus est. Scriptum est in passione sancti Peregrini. In Sicilia, apud oppidum Leocharam, siue Achatem, natale sancti Angeli, presbyteri & martyris, qui de monte Carmeli, prædicationis causa diuino iussu veniens, cum multos ad penitentiam conuertisset, à quibusdam impijs hæreticis trucidatus est. Apud Cellas, sancti Fortunari, episcopi & confessoris. p Ipso die, depositio sancti Maurontii abbatis. cuius suffragijs, si ad sepulcrum eius fuerint delati varijs languoribus ægroti, vere recipiunt præmia sospitatis. Cui sacer præsul Amatus, eo tempore quo Theodoricus rex tyrannidem exercebat, post excessum beati Vltani abbatis, traditus fuit in custodiam. Scriptum in vita ipsius. ¶ Eodem die, sancti Auertini, confessoris & diaconi. Treuiris, Britonis episcopi & confessoris.

¶ In monte Oliueti, ascensio Domini nostri Iesu Christi ad caelos. x Mediolani, conuersio sancti Augustini, episcopi & confessoris, sub Ambrosio sancto, & episcopo eiusdem ciuitatis: & * ab eodem baptizati. Et quærens dominus.

6 Maij G

Pridie Nonas Maij, Iuna

20.2.12.23.5/15.26.7.18.29/10.21.3.13.24/6.16.27.8

Hier. 3 cōtra
Iouin. ex
Tertull. de
prescrip.

Natalis beati Ioannis Apostoli. quando ab Epheso iussu Domitiani Romam perductus, & præsentem senatu ante portam Latinam in olei feruentis dolium missus est, sed minime læsus. Vbi festum eadem die concurre

sum fi

sum fi
tiochi
scribi
stolis
rum b
sancto
alijs s
¶ In
Lindis
pturari
obseru
insigni

1 De
& 30/

21.3.13

A
marty
fulis e
cro v
tiani
exilio
xit. N
uertit
cubic
conui
dōra
tyrij
Iuuen
sancto

sum fideles populi vsque hodie faciunt. Antiochiæ, sancti Euodij. qui, vt beatus Ignatius *epist. 9 ad Antiochenses.* scribit, primus ibidem episcopus à sanctis Apostolis institutus est. quem in Actibus Apostolorum beatus Lucas commemorat. In Africa, *Act. 13 a* sanctorum martyrum, Heliodori, Venustij, cum alijs septuaginta quinque.

¶ In Anglia, sancti Eadbrechti, siue Edberti, episcopi Lindisfarnensis & confessoris, viri in diuinarum Scripturarum scientia, simul & præceptorum cælestium obseruantia, ac maxime eleëmptynarum operatione insignis.

Sed interrogemus dominum.

ANNOTATIO.

1 De Eadberto Beda lib. 4 historiæ Anglorum cap. 29 & 30/ in vita Cuthberti cap. 40, 42, & sequentibus.

Nonis Maij, Luna

7 Maij A

21. 3. 13. 24. 6/16. 27. 8. 19. 30/ 11. 22. 4. 14. 25/ 7. 17. 28. 9

A Pud Terracinam Campaniæ urbem, natalis beatæ Flauiae Domitillæ, virginis & *Gesta Nerei 10. 3 Suri.* martyris. quæ cum esset Flauij Clementis consulis ex sorore neptis, & à sancto Clemente sacro velamine consecrata, persecutione Domitiani, cum alijs plurimis, in insulam Pontiam exilio deportata, longum inibi martyrium duxit. Nouissime doctrina ac miraculis, cum conuertisset plurimos ad fidem Domini, incenso cubiculo à quodam iudice, in quo simul cum suis conuiginibus, Euphrósyna videlicet & Theodóra, clausa morabatur, cursum gloriosi martyrij sui consummauit. Eodem die, sancti Iuuenalis martyris. Nicomediæ, passio sanctorum, Flauij, Augusti, & Augustini, fratrum.

fratrum. *Beuerlaci, depositio sancti Ioannis
 1 episcopi Eboracensis, & confessoris, vita & mi-
 raculis clari. In ecclesia beatae Mariae, p in
 Hoyo, natalis sancti Domitiani, episcopi &
 confessoris. Qui sub Hildeberti gloriosissimi re-
 quinta, epi- gis tempore Aurelianensi † legitur synodo inter-
 scopus Tun- fuisse. 9 Angustoduni, depositio sancti Placiti
 grensis, episcopi.*

¶ *Trecas, translatio corporis sanctae Mastidiae vir-
 ginis. 8 Die septima, commemoratio signi crucis
 2 apparentis in caelo Hierosolymis, circa horam diei
 tertiam, sub Constantio rege. quod quidem figura-
 batur per astra, à sancto caluariae loco, usque ad
 montem oliuarum. & memoria sancti martyris
 De Acac. Acacij. Qui timentes dominum.
 Metaph.*

ANNOTATIONES.

1 De Ioanne Catalogus Brytanniae. Folchardus Dorob-
 bernensis monachus, scripsit ad Aldredum episcopum
 Eboracensem, qui D. Ioannis corpus Beuerlaci transtulit,
 vitam Ioannis archiepiscopi, & miracula post mortem.
 Claruit anno 1060. Scripsit etiam vitam eius Alphredus,
 Beuerlacenensis sacerdos. Claruit anno 1136.
 Item de ipso, Beda lib. 5. historiae cap. 2 & sequentibus
 quatuor.

2 De signo crucis, quod Hierosolymis apparuit, scribit
 Cyrillus episcopus Hierosolymorum apud Metaphrastem
 & Sozomenus lib. 4 cap. 4.

8. Maij B

Octauo Idus Maij, Luna

22. 4. 14. 25. 7/17. 28, 9. 20. 1/12. 23. 5. 15. 26/ 8. 18. 29. 10

1 **M**ediolani, sancti Victoris martyris. qui
 à primæua ætate Christianus, cum esset
 in castris imperialibus miles, compellente
 Maxi-

Maxi
 mini
 fustil
 exper
 nihil
 tyrij
 Ap
 Victo
 apud
 lis Ar
 fessori
 episcop
 briani
 centis
 la va
 p L
 ris,
 tenses
 episcop
 ¶ N
 1 Vid
 lauden
 3 Suri
 2 De
 lendas
 3 Sta
 April
 initio
 centiu
 ritis lu
 4 Pe
 fridus
 & Cla

Maximiano vt sacrificaret, in confessione Domini fortissime perseuerans, primo grauiteg fustibus cæsus, sed Deo protegente, doloris expers; deindeliquenti plumbo perfusus, sed nihil penitus læsus, nouissime gloriosi martyrij cursum capitis abscissione compleuit.

Apud Ægyptum, sanctorum Stephani & Victoris. ¹ In finibus Apuliæ, monte Gargâno, ² apud Sipontum ciuitatem, apparitio beati Michaëlis Archangeli. Item, Eladij episcopi, q & confessoris Antifiodori. Cracouia, sancti Stanislai ³ episcopi & martyris. Remis, depositio sancti Gibriani † confessoris, in ecclesia sancti Remigij quiescentis. In territorio Bisuntino, monasterio Bella vallis, sancti Petri, episcopi & confessoris. ⁴

P eodem Die, Vuironis episcopi, & confessoris, cuius reliquiæ habentur in ecclesia Traiectensi. ^b Vienna sancti Dionysij †, sexti vrbis episcopi.

¶ Niuellæ p eodem die, commemoratio Ydubergæ.

ANNOTATIONES.

Ideo nobis propter emendationem.

- 1 Victoris meminit Missa Ambrosij, & Turonensis in laudem martyrum cap. 45. Martyrium vero scribit tomo 3 Surij, Maximianus notarius.
- 2 De apparitione Michaëlis in Gargâno, Ado tertio Calendas Octobris, & homiliarium Doctorum.
- 3 Stanislai historiam habet tomo 2 Surij pag. 631, 11 Aprilis. Item Cromerus de gestis Polonorum, in initio libri noni, & sub finem quarti. qui attestatur Innocentium quartum in ipsius canonizatione de vita & meritis luculentum sermonem habuisse.
- 4 Petri episcopi Tarentasiæ vitam, scripsit Gaudfridus abbas Altæ tubæ, iussu abbatum Cistertiensis & Clareuallensis, quibus Lucius papa iniunxerat, vt vitam

Sigeb. ann 509
Vir. bisseriam habet Surij.
Ado Ann 181, 194

Vitam eius conscribi curarent. Est à Surio excusa.

9 Maij C

Septimo Idus Maij, Luna

23.5.15. 26.8/18. 29.10. 21.2/13. 24.6. 16. 27/9. 19.30.11

Hier. contra
Vigilantium

al. Con-
stantio
Hermen
Rom. 16

De viris ill.
c. 107

FEstiuitas beati Andreae Apostoli . quando
sacratissimum eius corpus , vna cum oſsi-
bus , apud quæ demones rugiunt , sanctorum Lu-
caeuangelistæ , & Timothei , discipuli sancti
Pauli, sub * Constantino Imperatore, Constan-
tinopolim trāslatum est. Romæ sancti * Her-
metis . cuius Apostolus meminit Paulus, ad Ro-
manos scribens. Hic digne semetipsum sacrifi-
cans , acceptabilisque Deo hostia factus , vir-
tutibus clarificè fundatus, cæli regna petiuit.

1 Apud Nazanzi oppidum , beati Gregorij
episcopi, cognomento theologi. qui post mul-
ta documenta , in loco suo , vt Hieronymus ab
eodem in diuinis libris instructus , perhibet,
episcopum ordinans , ruri vitam monachi ex-
ercuit. In Perside, sanctorum martyrum tre-
centorum decem. Castro Vindecino , sancti
Beati confessoris.

2 ¶ Eodem die , translatio corporis beatissimi Ni-
colai archiepiscopi , diuina dispensatione à Myrea,
Lyciæ metropoli cis mare, ad Barensem Apuliæ re-
gionis ciuitatem . vbi in sui honoris basilica , ac si
uiuens in corpore , diuersis coruscat miraculis.

3 p Gandari, eleuatio sancti Macarij, Antiochie-
næ sedis archiepiscopi. Constituenda est, ergo.

ANNOTATIONES.

1 Gregorij Nazianzeni vita per Gregorium presbyte-
rum cum operibus extat impressa: item de eodem apud
Surium, Rufinus in Apologetico, & Simeon.

2 Nicolai

2 Nicolai translationem scripsit Nicephorus Varenfis, aut, vt alij libri Ms. habent, Nicophorus Barenfis. Item, teste Vincentio, Speculi lib. 25, cap. 83, ad Vrsionem Barensem archiepiscopum, Ioannes archidiaconus.

3 Macarij eleuatio annotatur in natali, 9 Apr.

Sexto Idus Maij, Luna

10 Maij D

24.6.16.27.9/19.30. 11.22.3/14.25.7. 17.28/10.20.1.12

IN terra Hus, depositio Iob prophetæ. Roma via Latina, natalis sanctorum martyrum, Gordiani & Epimachi. quorum prior à Ianuario presbytero, cum Marina vxore, & familia, baptizatus, pro confessione nominis Christi, tempore Iuliani diu plumbatis cæditur, & in vltimo capite truncatur. Item Romæ, beati Calepodij presbyteri, sub Alexandro imperatore, qui fecit eum occidi gladio, & corpus per ciuitatem trahi, atque in Tyberim iactari.

Gord. gesta
excant pag.
151 Suriij

Decollatus est etiam Palmatus consul, cum vxore, & filijs, & alijs promiscui sexûs, quadraginta duobus. cum quibus & Simplicius senator, cum vxore & filijs, & familia sua, promiscui sexûs, sexaginta octo: & Felix similiter cum vxore sua Blanda, qui per doctrinam Calisti pape, & Calepodij presbyteri, nuper fuerant baptizati. Quorum capita iussa sunt suspendi per diuersas portas vrbs Romæ, ad exemplum Christianorum †. Item Romæ via Latina, ad centum aulas, natalis sanctorum, Quarti & Quinti. Item, sanctæ Christinae, virginis & martyris. q cuius corpus Panormi in Sicilia, magna veneratione atque concursu, in maiori templo conditum, visitatur. In Sicilia apud Leontinos, sanctorum

Scriptum est
in gestis Calisti pape, in
Octobri.

sanctorum, Alphij, Philadelphij, & Cyrini, fratrum
martyrum, sub Licinio imperatore, ac Tertullo pra-
fide. In agro Biturico Galliarum, sancti Palladij,
episcopi & confessoris.

Paulinus in
vita Am-
brofij / Pre-
fatio Medio-
lan.

¶ Mediolani, translatio † corporis beati Naza-
rij, ad basilicam Apostolorum. 1 Item translatio
corporum sanctorum martyrum, Cosmae & Damiani,
ad civitatem Venetias, in monasterio sancti Georgij
maioris, anno Domini millesimo centesimo quinqu-
gesimo quarto, indictione secunda collocatorum.

2 Eodem die, depositio venerabilis Bedae presbyteri
Gemmulae, obiit Beatrix Aethelina.

ANNO TATIONES.

1 Iob patientis historia, satis ex ipsius libro, & com-
mentarijs in eundem, colligitur.

2 Beatrix obiit anno 1229. Cuius vitam eo tempore scri-
psit Albertus, Prior Montis vinearum. Ex Scardeonio
de Patauio. Monachorum quatuor esse.

II Maij E

Quinto Idus Maij, luna

25.7.17.28.10/20.1.12. 23. 4/15. 26. 8. 18. 29/11. 21. 2. 13

- 1 **R**omæ via Salaria, natalis beati Anthimi
presbyteri. qui post virtutum ac prædica-
tionis insignia, in Tyberim præcipitatus, & ab
Angelo exinde ereptus, oratorio restitutus est
proprio: deinde capite punitus, victor migravit
ad coelos. 2 Viennæ, sancti Mamerti, episcopi
& confessoris. qui ob imminentem cladem, so-
lennes ante Ascensionem Domini litanias in-
stituit. 3 Apud Siluiniacum, depositio † sancti Ma-
ioli abbatis. q cuius vita, præclara sanctis exiti
meritis. Qui fastibus archidiaconi sublimatus, tractu
diuino

diuino repente mutatus, monachorum pater, & multorum cœnobiorum fundator in pace quieuit.

1 Itē Varenas, sancti Gangulphi martyris. b Et 4
passio sancti Euellij. † qui videns passionem sancti
Torpetis martyris, & mirabilia quæ fecit, credidit
Christo. qui antea consiliarius Neronis imperatoris
fuit, qualiter Christiani martyrizarentur. *Gesta Totā
petis ante
medium 10^o
3 Suriij.*

¶ In Blandinio, dedicatio paradisi in honorem
beati Andreae Apostoli. Martianis, vigilia san-
ctæ Rictrudis.

Eodem die, sancti Fremundi. qui quinto Calendas 3
Aprilis eleuatus est per Birinum, redeuntem à Ponti-
fice cum literis Apostolicis. g Die yndecima, genethlia
Constantinopolis. *Abbas qui præse dignus est.*

ANNOTATIONES.

1 Anthimi & sociorum gesta extant pag. 157 Suriij. quæ
etiam à Petro Damiani citantur, in sermone quem ha-
buit de martyre Anthimo.

2 Mamertus Claudianus instituit triduanam litaniam,
quæ etiam minor, & Gallicana, nuncupatur. de qua di-
gnissima lectu scribunt, Ado Viennensis annis 396, 452.
& Greg. Turonensis lib. 2 hist. Francorum cap. 34. Ho-
milium autem de rogationibus per sanctum episcopum
Alcimum Auitum habita, citatur ibidem à Gregorio,
& excusa extat in Orthodoxographis. Extant præter
ea in laudem Mamerti, Sidonij episcopi Aruernorum,
epistolæ aliquot, quarta lib. 11 ad Petreium / 14 lib. 5/
& 1 lib. 7 ad ipsum Mamertum.

3 Maioli historiam habet Surius, authore Odilone
presbytero. Videndum, an is sit sanctus Odilo abbas.

4 Gangulphi martyris historia est pag. 163 Suriij, ex
fideli aliorum relatione. quam etiam Rosuida sancti-
monialis in carmen pentametrum redegit, impressa
Norinbergæ. Traiectenses memoriam eius celebrant
9 die huius: plures die 13. Quidam, 12 Octobris. quo
die forte est eleuatus.

¶

3 Fremundus

3 Fremundi eremite vitam Latino sermone composuit Burchardus Anglus, Dorcestrius, eremita. qui eam præsens nouit. Cl. anno 870, teste catalogo scriptorum Brytanniæ. Eleuationem eius per Birinum, cum literis Apostolicis redeuntem, habet legenda Sanctorum Angliæ.

12 Maij F

Quarto Idus Maij, Luna

26. 3. 18. 29. 11 / 21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 9. 19. 30 / 12. 22. 3. 14

1 **R**omæ, via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum, Nerei & Archillei fratrum. qui primo apud insulam Pontiam, longum duxerunt exilium; & postmodum à quodam iudice verberibus grauissimis sunt † attrectati: deinde cum equuleo & flammis compellerentur ad immolandum, & dicerent se à beato Petro Apostolo baptizatos, nulla ratione posse idolis

2 attriti

2 immolare, capite cæsi sunt. Item via Aurelia, sancti Pancratij martyris. qui cum esset annorum quatuordecim, sub Dioclitiano martyrium capitis obtruncatione compleuit. *b Cuius reuerendum corpus Octauilla, illustris foemina, occulte noctu sublatum, aromatibus conditum, sepeliuit.* Eodem die, sancti Dionysij, patru eiusdem Pancratij. † qui cum præmijs cælestibus,

Gesta Pancratij.

3 * patris nostri

3 charus & dignus Deo, in pace diem vitæ huius clausit. Apud Cyprum, sancti * Epiphaniij, Salaminæ episcopi. *In Hispanijs, sancti Dominici Calciatensis, confessoris miræ sanctitatis.*

Eodem die Argyræ in Sicilia, sancti Philippi presbyteri. cuius in demonijs effugandis virtus, crebris apparet signis. Ipso die Treuiris, sancti Moaldoaldi, episcopi & confessoris. *p Marcianis, depositio sanctæ Kictrudis.*

¶ Suelo

¶ Sueffionis, translatio beati Hippolyti martyris, quando eius pijsimo corpore deportato, cessauit vastæ tempestas mortalitatis. *Memor sit semper.*

ANNO TATIONES.

- 1 De Nereo & Archilleo, quæ Vsuardus habet, ea desumpsit ex epistolâ Eutyphetis, Victorini, & Maronis, quæ est in eorum gestis apud Surium, pag. 178.
- 2 Pancratij gesta Notarij Rom. Eccl. confecerunt pag. 180. Surij. Meminit quoq. Pancratij Gregorius Turo-nensis, de gloria martyrum cap. 38. In ipsius & Nerei basilicis, habuit Gregorius papa, in eorum natalibus, ho-milias Euangeliorum 18 & 19.
- 3 De Epiphanio episcopo Salaminæ (quæ nunc Con-stantia dicitur) scribunt Hieronymus epistola 27/ Socra-tes lib. 6 cap. 9. 11. 13/ Sozomenus lib. 6 cap. 32/ lib. 7 cap. 26/ lib. 8 cap. 14. 15/ tripartitæ, lib. 9 cap. 48/ lib. 10 cap. 11 & 12/ item apud Metaphrastem quidam prolixè ex voce Ioannis, vnus ex eius discipulis: pag. 181 Surij.
- 4 Modoaldi historiam habet D. Surius tribus libellis conscriptam, à Stephano abbate Leodiensi.
- 5 Rictrudis, item & prolium, per Hucbaldum mona- chum Elnonensem. quam scripsit anno 907 ad Step-hanum episcopum Cameracensem.

Tertio Idus Maij, Iūna

13 Maij ☉

27. 9. 19. 30. 12/ 22. 3. 14. 25. 6/ 17. 28. 10. 20. 1/ 13. 23. 4. 19

Natalis sanctæ Mariæ ad martyres: quan- do beatus Bonifacius papa ecclesiam in honorem semper virginis Mariæ, & omnium martyrum, dedicauit. Item, beati * Mutij, *g Mocij* presbyteri & martyris. qui primo in Amphi- poli vrbe; multis pænis, atque cruciatibus, in confessione Christi affectus, postea Byzantium vsque perductus, capitali sententia occubuit.

Ipsa die, sancti Seruatij, Tungrensis ecclesiæ *1* episcopi, & confessoris, *b qui tempore quo Hunni*

P 3 *Germie*

Germaniam vastabant, ne civitatis atque ecclesie
sue videret excidium, Domini revelatione commo-
nitus, transijt ad vicum Traiectensium: ibique defun-
ctus, atque in medio publici aggeris est sepultus.

Ob cuius meritum omnibus demonstra-
ndum, cum tempore hiemis omnia in circuitu
nix repleret, nunquam sepulcrum eius operuit,
donec industria civium basilica super ipsum
ædificata est, b à successore suo † sancto Monulpbo
episcopo. q Gerpinia, sanctæ Rolendæ virginis,
quæ inuocari solet contra iliacam passionem, & cal-
culum. Duaci ex Sueffione, p depositio sancti One-
simi, episcopi & confessoris. qui in suis membris lon-
gum pertulit martyrium sine ferro. Ad eius vero tu-
mulum venientes ægri optata conferunt remedia sue
sanitatis. Ipse igitur illa diuinæ maiestatis fruitur
presentia in cælesti curia, in qua vtraque, Cherubin
scilicet & Seraphin, incessanter Sanctus, sanctus,
sanctus, & quod sequitur, proclamant. Scriptum est

De his tribus gestis eius. g Die decima tertia, sanctæ martyris
Metaphra- * Glyceria.
stes.

- ¶ & * Laodicij, apud Traianopolim. Item sancti
* Alexandri martyris, sub Maximiano imperatore. Et
2 Ioannis episcopi, postea silentiarij in Laura. Quibus-
dam hodie, Gengulphi martyris, qui positus est die vnde-
cima huius. Ergo cum aliquis 7r.

ANNOTATIONES.

- 1 De Seruatio, Gregor. Turonensis lib. 2 historiae cap.
5/de gloria confessorum cap. 72/Sulpitius lib. 2 sacrae his-
toriae / Athanasius in apologia ad Constantium/ Con-
cilium contra Euphraten/& Caput vltimum vita Nor-
berti, 6 Iunij.
2 Ioannis silentiarij nondum mortui vita, est apud Me-
taphrastem per contemporaneum Cyrillum.

Pridie

Pridie Idus Maij, luna

14 Maij A

28.10.20.1.13/23.4.15. 26. 7/18. 29. 11. 21. 2/14. 24.5.16

Pafsio sancti Bonifacij martyris, sub Diocli-
 tiano & Maximiano, apud Tarsum ciuita-
 tem pafsi, sed Romæ in via, quæ Latina nuncu-
 patur, sepulti. Hic cum diu in stupro misceretur,
 tandem diuino nutu compunctus, non solum,
 cui subiacuit, vitium deseruit, verum per diuersa
 tormenta, ad palmam martyrij ardentem cucur-
 rit. In Gallijs, ciuitate Cimella, natalis sancti
 Pontij martyris, cuius prædicatione & indu-
 stria, postquam conuersi sunt duo Philippi im-
 peratores ad fidem Christi, ipse quoque sub Va-
 leriano & Gallieno principibus, martyrij pal-
 mam adeptus est. In Syria, sanctorum marty-
 rum, Victoris & Coronæ, sub Antonino impe-
 ratore. Quæ Corona, cum esset vxor cuiusdam
 militis, & cœpisset beatificare sanctum Victo-
 rem, ob martyrij constantiam, vidit duas coro-
 nas de cælo lapsas, vnam Victori, & alteram sibi
 missam. Cumque hoc cunctis audientibus pro-
 testaretur, ipsa quidem inter arbores scissa, Vi-
 ctor vero decollatus est. Eodem die, sancti
 patris nostri Pachomij. * qui cum esset factis
 Apostolicæ gratiæ insignis, fundatorque Ægy-
 pticæ cenobiorum, scripsit monachorum regulas,
 quas ab Angelo dictante didicerat.

¶ *Mediolani, translatio sancti Victoris †.*

*Præfatio
 Mediol.*

ANNOTATIONES. Non ab eo persona &c.

¶ Ex Bonifacij martyris gestis pulcherrimis, multa
 P 3 defum-

desumpsit Ado in Martyrologio. Eadem fideliter habentur in Simeonis metaphrasi.

2 De Victore & Corona, plura apud Bedam ex eorum passione, quæ est in vetustis Ms. codicibus. cum quibus Metaphrastes consentit, pag. 257 Suriij.

3 De Pachomio prolixè Metaphrastes hac die. Sigbertus de viris illustribus cap. 27. Dionysius abbas Romanus, cognomento Exiguus, transtulit de Græco in Latinum vitam Pachomij abbatis. Habetur cum regula ipsius, inter vitas patrum, alphabeto 5.

15 Majj B

Idibus Majj, luna

29.11.21.2.14/24.5.16.27.8/19.30.12.22.3/15.25.6.17

al. Euphrasij

1 **N**atalis sanctorum confessorum, Torquati, Thesiphontis, Secundi, Indaletij, Cæciliij, Hesichij & * Eufrajij. qui Romæ à sanctis Apostolis episcopi ordinati; & ad prædicandum verbum Dei ad Hispanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi sunt. Cumque diuersis vrbibus euangelizassent, & innumeras multitudines Christi fidei subiugassent, Torquatus Acci: Thesiphon, Vergi: Secundus Abulæ: Indaletius, Vrci: Cæcilius Eliberri: Hesichius, Carthesæ: Eufragius, Eletturgi, quieuerunt. Apud insulam Chium, beati Isidori martyris. in cuius basilica extat puteus, † in quo & fertur iniectus. De cuius aqua energûmeni, febricitantesque vel reliqui infirmi sepius potati sanantur. Lampsaci, passio sanctorum, Petri & Andreae, Pauli, & Dionysiae. In Brabantia, villa quæ Ghele nuncupatur, sanctæ Dymphnæ virginis & martyris. Hæc propter fidem, & amorem castitatis, decollata est à proprio genitore, rege Hyberniæ pagano. Apud *Bjrgans*

Turon. de marty. gl. cap. 102 pag. 297 Suriij.

Bingam, sancti Roperti ducis Palatini Rheni, & confessoris. Apud Aruernum, sanctorum martyrum, † Cassij, Victorini, Maximi, & sociorum. Quorum actus scripsit sanctus Praelectus episcopus. 3
Gr. Tur. 2.
1 hist. c. 33.

¶ *Hierosolymis, aduentus Spiritus sancti paracleti.*

ANNOTATIONES.

1 De septem Hispaniæ episcopis Beda aliquanto fusius Loca ubi quieuerunt, nunc dicuntur, Guadix, Almeria, Abula, Vnga vel Verga, Granada, Ventosa depopulata, & Licurgi, ut est in festis Hispaniæ additis Romano Breuiario.

2 S. Dympnæ martyrium habet Surius, ex historia eiusdem sanctissimæ virginis, quam edidit Petrus Canonicus sancti Autberti Cameracensis.

3 S. Ruperti vitam scripsit sancta Hildegardis. Tritthemius in catalogo. Extat in fine operum S. Hildegardis, & Ms. plenius. *In doctrina namq; sua Abbas.*

Decimo Septimo Calendas Iunij. Luna 16 Maij C.

30. 11. 22. 3. 15 / 25. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 13. 23. 4 / 16. 26. 7. 18

IN Isauria prouincia, sanctorum, Aquilini, & Victoriani. quorum gesta habentur. Apud Antifiodorum, beati Peregrini, martyris & episcopi, primi ipsius ciuitatis, qui capitali sententia multatus, coronam meruit sempiternam. In pago Foroiulensi, sanctæ Maximæ virginis, quæ multis clara virtutibus, in pace quieuit.

In Scotia, sancti Brandani abbatis, cuius miri actus leguntur. Cenomanis, sancti Donnoli episcopi. Ciuitate Burdegala, beati Simeonis Stock Carmelitæ, Deiferæ virginis Mariæ singulariter deuoti, ac miraculorum coruscatione prægloriosi.

Ciuitate Sagiensi, beati Alnoberti, eiusdem vr- bis episcopi, & confessoris. Ipso die, beati Renoberti, episcopi Baiocensis, & confessoris, magnæ

P 4 sancti

4 sanctitatis viri. In monte Iouis, depositio sancti Bernar-
 5 nardi eremite. Eugubij, sancti Vbaldi, episcopi &
 confessoris. In Gallijs, ciuitate Ambianis, sancti Ho-
 norati, episcopi & confessoris. In pago Carnoteno
 passio sancti Emani martyris. ^b Et sanctorum,
 Dioclitiani & Florentij. ^f r Trecis, sancti Fidoli,
 episcopi & confessoris. ^g Die decima sexta, sancti
 patris Theodori sanctificati, discipuli sancti Pachomij,
 De his Anthoni passio, 11
 Maij, apud
 Surium.

ANNOTATIONES.

- 1 De Brandano, Vincentius lib. 22 speculi hist. cap. 81. Huius peregrinationis historiam propter apocrypha quædam, quæ in ea contineri videntur, penitus ab opere isto resecaui.
- 2 De Dominolo, Greg. Turon. lib. 6 historiae Francorum cap. 9, & historia eius ad Haduinum præfulem, per quendam familiarem Domnoli, descripta, pag. 303 Surij.
- 3 De Simeone Stockio, ex Catalogo Scriptorum Britanniae. Vitam scripserunt Monaldus Rosarius Vasco, Rolandus Bouchier Hannonius, & Nicolaus Harlemensis Batauus, viri suis temporibus clari. Officium edidit Robertus Bale, Carmelita Brunhauiae.
- 4 Bernardi vitam nondum vidi, quam Henricus Glareanus Heluetius descripsit. Quiescit in monte Iouis, qui ab eo transnominatus est mons sancti Bernardi.
- 5 Vbaldi Eugubini vitam scripsit Stephanus Cremonensis, Ms. *Meminisse semper debet.*

17 Maij D

Decimo sexto Calendas Iunij, Luna

1. 13. 23. 4. 16 / 26. 7. 18. 29. 10 / 21. 2. 14. 24. 5 / 17. 27. 8. 19

1 **I**N Tuscia, sancti Torpetis martyris. Hic magnus in officio Neronis Cæsaris primum fuit, sed postea pro fide Christi, iubente eodem alapis ceditur, verberibus durissime afficitur, ac bestijs deuoradus traditur, sed minime læditur. tandem

tandem vero decollatione martyrium suum tertio Calendas Maij compleuit. sed tamen eius festiuitas celebrius hîc recolitur. Ciuitate Niueduno, sanctorum, Heraclij, Paulini, Aquilini, cum alijs duobus.

¶ *Lauduno clauato, translatio corporis sancti Montani monachi. p Ipso die Elnone, illatio trium virginum Colonensium.*

A N N O T A T I O N E S.

1 Torpetis gesta passionis dictauit Artemius, qui omnibus interfuerat, Extant parte 2 Legendæ.

2 De Montano, Hincmarus in imtio vitæ S. Remigij. to. 1 Suriij. pag. 274 *Ante omnia, ne dissimulans &c.*

Decimo quinto Calendas Iunij, Luna 18 Maij E

2. 14. 24. 5. 17 / 27. 8. 19. 30. 11 / 22. 3. 15. 25. 6 / 18. 28. 9. 20

IN Ægypto, sancti Diolcori lectoris. in quem præses multa & varia tormenta exercuit, ita vt vnguibus carnes eius effoderet, & lampadibus eius latera inflammaret. Sed cælestis luminis fulgore territi, ceciderunt ministri. Nouissime laminis ardentibus adustus, martyrium consummauit. Ipso die, sancti Felicis episcopi. qui apud * Spellatensem urbem, sub Maximiano imperatore, palmam martyrij adeptus est. *al. Spole-*

In Suetia, ciuitate Vspalensi, sancti Erici, regis & martyris. In ciuitate Camerina, sancti Venantij, martyris sub Decio. qui flagris, carcere, facibusque superatis, ac leonibus mansuefactis, obtruncatus Deo spiritum reddidit. Apud Quercetum, p eodem die, sancti Quiniberti confessoris. 3 Die decima octaua, sancti hieromartyris Theodoti Ancyranij, & cum eo virginum septem. Quotiens aliqua præcipua.

P S ANNO-

MAIUS.
ANNOTATIO.

De Venatio Macarius Mucius eques Camers. Exhibi propediem Poliuchus. sic carmen inscribitur, quo diuum Venantium Camertem, cuius sub numine & tutela, iucundissima ac gratissima patria mea est, celebraui.

19 Maij F

Decimo quarto Calendas Iunij, Iuna

3.15. 25. 6. 18 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 16. 26. 7 / 19. 29. 10. 21

Romæ, via Appia, natalis sanctorum Calocerij & Partemij eunuchorum. quorum prior cum esset præpositus cubiculi imperatoris Decij, alter primicerius, nolentes sacrificare idolis, ab eodem interfecti sunt. Item Romæ,

Beda plura sanctæ Potentianæ virginis, quæ post multos *habet ex ge-* agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas pauperibus pro Christo erogatas, tandem de terris ad cælos migravit. Eodem die, beati

Quidam no- Pudentis †, patris supradictæ virginis. qui ab *tant 1 Tim. 2* Apostolis Christo inuestitus baptismo, innocentem tunicam vsque ad coronam vitæ, immaculate custodiuit. † Eodem die, sancti Petri Cele-

1 stini de Morono. qui quoniã renunciauit summo pontificatui, canonizatus extitit ab ecclesia tantum pro simplici confessore. P Nobiliaco monasterio, depositio sancti Hadulphi, episcopi & confessoris, q apud

* incorporata monasterio Atrebatum in ecclesia * sancti Vedasti quiescentis. In Britannia minori, Trecorensi dicecesi, san-

2 cti Iuonis presbyteri & confessoris. qui pro Christi amore causas pupillorum, viduarum ac pauperum, defendere non desistebat. Ciuitate Dor-

3 berna, sancti Dñstani archiepiscopi. qui famosum monasterium

nasterium Glasconense fabricavit, multorum alio-
rum existens fundator cœnobiorum. Ad cuius sarco-
phagum crebro manifestatur qualis nunc meriti ma-
neat in cœlis. Eodem die, sancti Cyrilli episcopi
Trenvrensensis. 3 Die decima nona, sancti hieromar-
tyris Patritij Prusæ, & sociorum eius.

¶^b Depositio domini Alcuini. *Nullus in Monas² Lexio.*

ANNOTATIONES.

- 1 Petri Calestini vita impressa est Parisijs anno 1539,
conscripta à Clemēte quinto, & fusijs à Petro de Aliaco
Cardinali Cameracensi. Quem etiā Surius habet pag. 337
- 2 Iuonis vitam continet bulla Clementis sexti, pag.
355 Surijs, & processus canonizationis, Ms.
- 3 Dunstani archiepiscopi vitam scribit Osbertus, Can-
tuariensis monachus, pag. 309 Surijs. Cl. teste Tritthemio
Anno. 1020. Item Guilhelmus Malmesburensis Bene-
dictinus, qui obiit An. 1142.

Decimo tertio Calendas Iunij, Luna 20 Maij G

4.16.26.7.19/29.10.21.2.13/24.5.17.27.8/20.30.11.22

ROmæ, via Salaria, natalis beatæ Basillæ, *vi habet pas*
virginis & martyris. quæ † cum esset ex *sio Eugenia.*
regio genere, & haberet sponsum illustrissimū, *25 Decēbris.*
accusata est ab eodem, quod esset Christiana: de-
cretum est autem à Gallieno Augusto, ut aut
sponsum reciperet, aut gladio interiret. Conuē-
ta de hoc, & renuens assensum præbere, gladio
transuerberata est. In Gallijs, ciuitate Ne-
mauso, sancti Baudelij martyris. qui comprehē- *De Baudelio*
sus, cum sacrificare nollet, & in fide Christi *Greg. Tu. in*
immobilis inter verbera & tormenta persiste- *laudē mar-*
ret, martyrij palmam pretiosa morte susce- *tyrum. cap.*
pit. Bituricas, beati Austregisili episcopi & *78*
confes- *1*

confessoris. 1 Papiæ, sancti Theodori, episcopi &
 2 confessoris. Eodem die, sancti Bernardini Senensis,
 confessoris Ordinis Minorum, in ciuitate Aquilana
 quiescentis. qui totam Italiam suo illustrauit verbo,
 atque exemplo. 9 Treuiris, sancti Maximini mar-
 tyris, primi huius nominis Treuirensis episcopi. &
 in monasterio quod vulgariter Horreum nuncupa-
 3 tur, Basilissæ virginis. Herefordiæ, sancti Athel-
 berti, regis Angliæ orientalis, & martyris. g Die
 vigesima, sancti martyris Thalalei.

De qua vita Bertulphi c. 30 & 11 sequentibus, 10. 1 Surijs.

In Blandinio, translatio † corporum, sancto-
 rum Gudvuali, Bertulphi, cum reliquijs sanctæ
 virginis Amelbergæ. In primis dominum.

ANNOTATIONES.

- 1 Austregifili vitam scripsit eius quidam æqualis, pag. 359 Surijs.
- 2 Bernardini vita apud eundem est fideliter per eiusdem temporis & Ordinis anonymum auctorem scripta. Item bulla canonizationis per Nicolaum quintum, est in Horis Minorum antiquatis, 20, 21, & 22 Maij.
- 3 De Athelberto ex catalogo Brytannico. Osbertus de Stoke Clare, Londini monachus sancti Petri, scripsit vitam Ethelberti martyris, patris Eduardi, quæ incipit, Gloriosus Orientalium Anglorum rex. Claruit 1136. Simeon Dunelmensis scripsit de Ethelberto & Ethelredo martyribus. Claruit Anno 1164.

21 Maij A

Duodecima Calendas Iunij, Iuna

5.17.27.8.20 / 30.11.22.3.14 / 25.6.18.28.9 / 21.1.12.23

Polij

IN Mauritania Cæsariensi, natalis sanctorum
 Timothei, † Hippolyti, & Eutychie diaconi. qui apud præfatam regionem verbum
 Domini disseminantes, pariter coronari me-
 ruerunt. Item apud Cæsaream Cappadociæ,
 natalia

natalis sanctorum, Polyeucti, Victorij, & Donati. Cordubæ, sancti Secundini martyris.

Apud Aream, p natalis sanctæ * Idabergæ virginal. Itif-
nis. b In ciuitate Antisiodorensi, beati Vualis bergæ
presbyteri, & confessoris. q In Lusitania villa Mi-
liana, passio sancti Mancij, à Iudæis perempti.

¶ Item translatio beati Pauli martyris è Con-
stantinopoli, in ciuitatem Venetias, ad monaste-
rium sancti Georgij maioris, anno Domini, millesimo
ducentesimo vigesimo secundo, indictione decima.

Eodem die, sanctorum, Synesij & * Theopon- al. Theo-
tij. b Et sancti Valentis, martyris & pontificis. pompi
q Augia quem lætis ducit per gaudia votis. s Die
vigesima prima, sanctorum magnorum regum, &
Apostolis aequalium, Constantini, & Helenes. 1

Qui Constantinus Ecclesiam Dei maximis priuilegijs
honorauit, fidem dilatauit, templa construxit, & plenus
operibus bonis, in pace quicuit. Libellos accusationum
contra episcopos sibi oblatos, conuocatis episcopis in- Greg. l. 4. c.
cendit, dicens, Vos dii estis, à vero Deo constituti. Ite, & pist 31 ex Ra
inter vos causas vestras discutite. Apud Nicæam Gal- fini c. 2
liæ, sancti Hospitij, confessoris & viri Dei. qui virtute ab- 2
stinentiæ insignis, etiam prophetiæ spiritu claruit. In
Anglia, depositio beati Godrici, eremitæ & confessoris.
cuius actus clari extant †. *Iram non perficere.* in Legendâ
Anglorum
latè.

ANNOTATIONES.

- 1 Constantini vitam Eusebius historiographus libris
quinque, & insigni oratione descripsit. Donatio ipsius
ponitur dist. 96/ & à Leone 9 in epistola 1 cap. 13, 14.
- 2 De Hospitio incluso. Paulus diaconus lib. 3 de gestis
Langobardorum cap. 1. Per Hospitium Dominus ma-
gnas virtutes operari dignatus est. quæ scriptæ habentur
in libris venerabilis viri Gregorij Turonensis episcopi/
libro 6 historiæ Francorum cap. 6 & 7/ de gloria confes-
sorum cap. 97

Vnde-

28 Maij B

Vndecimo Calendas Iunij, Iunia

6.18.28.9.21/1.12.23.4.15/26.7.19.29.10/22.2.13.24

Serm. 5

De Iul. Ado

De quo forte
Greg. 2 dial.
c. 1

IN Africa, natalis sanctorum Casti & Æmilij: qui, vt scribit beatus Cyprianus in libro de lapsis, per ignem, passionis martyrium compleuerunt. Apud Córnicam, sanctæ Iuliæ, quæ crucis supplicio coronata est. Antifiodori, sanctæ Helenæ virginis. *quæ sicut in gestis sancti Amatoris legitur, & multimoda meritum virtute claruit, & miraculis effulsit.* In Gallijs, monasterio quod vocatur Vallias, sancti Romani † abbatis, alumni patris Benedicti. Eodem die, sancti Boni. In Gasconia, sanctæ Quiteriæ virginis, quæ cum alijs multis, egregium martyrium sustulit. † Romæ, sanctorum, Faustini & Timothei. † Die vigesima secunda, sancti martyris Basilisci. *Expositiones malas.*

† Romæ, sancti Gosuini, pueri & martyris.

ANNOTATIO.

1 De Casto & Æmilio Cyprianus sermone 3 de lapsis ante medium. Indicat Possidius de eorundem natali sermonem Augustini, qui non extat.

29 Maij C

Decimo Calendas Iunij, Iuna

7.19.29.10.22/2.13.24.5.16/27.8.20.30.11/23.3.14.25

APud Lingones, passio sancti Desiderij episcopi. Hic, cum plebem suam ab exercitu Vuandalorum vexari cerneret, pro ea supplicaturus exiens, statim iugulari est iussus. qui pro ouibus sibi creditis ceruicem libenter tendit: & percussus gladio, migravit ad Christum.

rum. Passi sunt autem cum eo & alij plures, de numero gregis sui, & apud eandem urbem conditi. *p* In Gemblaco monasterio, natale sancti Guiberti * fundatoris, confessoris preclari in miraculis. patris nobis

b Item Vienna, natale sancti Desiderij episcopi. † stri, ac qui passus est in territorio Lugdunensi. *g* Die vigesima tertia, sancti patris & confessoris, Michaëlis, episcopi Sinadae. *Ado Anno* 582. *Liber 13* *bist. Franc.*

r In Hispanijs, * Epitacij episcopi, & Basilei. *q* Epicteti. Ipso die, sancti Mercurialis, episcopi & confessoris. In Anglia, ciuitate Roffensi, passio sancti Guilelmi. *z*

ANNOTATIONES.

r De Guiberto. Sigebertus Gemblacensis de viris illustribus capite vltimo. Scripsi vitam † sancti Guiberti confessoris, fundatoris ecclesie nostrae Gemblacensis. de qua excerpfi lectiones competenti ordine in eius depositione. Arte autem musica, antiphonas & responsoria, de sanctis Maclouio & Guiberto melificaui. *est a Surio edita.*

z De Guilhelmo. Catalogus Scriptorum Brytanniae. Thomas Monemutensis monachus scripsit ad Guilhel- mum Nordouicesem episcopum, vitam Guilhelmi mar- tyris libris septem. Reuerendae sanctitatis patri ac dom. Miracula eiusdem. Claruit Anno 1160. *Præcepta dei factis.*

Nono Calendas Iunij, luna 24 Maij D

3. 20. 30. 11. 23 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 21. 1. 12 / 24. 4. 15. 26

Natalis Manahen, Herodis tetrarchae col- *Act. 13 a*

lactanei, doctoris & prophetæ sub gratia noui testamenti, apud Antiochiam in Christo quiescentis. Item, beatissimæ Ioannæ, vxoris Chusæ procuratoris Herodis, quæ cōmemorant *Luc. 8. 24*

Euangelistæ. In portu Romano, natalis sancti Vincetij martyris. In Gallijs, ciuitate Nānetis beatorū martyrum, Donatiani & Rogatiani fratrum. *a*

qui pro

qui pro constantia fidei in carcerem missi, & in equulei catasta suspensi, ac laniati; deinde lancea militari perfossi, nouissime capita eorum præcisa sunt. Apud Histriam, sanctorum martyrum, * Zoelli, Seruilij, Felicis, Siluani, & Dioclis.

¶ Leodij, p. translatio sancti Lamberti. r Item Bononiæ, translatio beati Dominici confessoris. in qua ex corpore eius virgineo tanta emanauit odoris fragrantia, vt omnium aromatum suauitatem superaret. Quæ anno decimo tertio ab eius felici obitu, de mandato domini papæ Gregorij noni, celebrata fuit ab archiepiscopo Rauennate, & multis alijs episcopis.

ANNOTATIO.

i Donatiani & Rogatiani meminit Gr. Turonensis de gloria martyrum cap. 50. Passionem habet tomus tertius Suriij, pag. 385. *Primus humilitatis gradus.*

25 Maij E

Octauo Calendas Iunij, Iuna

9.21.1.12. 24/ 4.15. 26.7. 18/ 29.10.22. 2.13/ 25.5.16.27

Ambr. ep. 82
ad Vercell.
& in Missa.

Romæ via Numentana, natalis beati Vrbani, papæ & martyris. cuius doctrina sub persecutione Alexandri, multi martyrio coronati sunt. Mediolani, sancti Dionysij episcopi & confessoris. qui apud Cappadociam damnatus exilio, ibidem primo quieuit: postea vero reliquias corporis eius per sanctum Basilium, præfatæ vrbis episcopum, receptas, beatus Ambrosius condigno honore condidit.

Apud Mesiam, ciuitate Dorostoro, sanctorum martyrum, Passicratis, Valentionis, & aliorum duorum simul coronatorum. In territorio

torio
In
delm
Tusc
episc
¶
latio
poli i
ioris
Assi
tutor
Cruci
tis, c
triges
congr
locum
constr
digno
quinta
foris.
Eod
scopi.
tus est
à Notti
1 De
ipius V
Onuph
2 De
me vita
Sanctus
rum epi
compot
nunc Sa

torio Trecassino, sancti Leonis confessoris.

In Britannia, monasterio Maldubiensi, sancti Aldelmi, episcopi & confessoris. 1 Apud Florentiam Tusciae, natalis sanctissimi Zenobij, eiusdem ciuitatis episcopi. 3

¶ Eodem die, sancti Bonifacij papæ. Item translatio sanctissimi Stephani martyris, è Constantino-
poli in Venetias, ad monasterium sancti Georgij maioris, anno millesimo centesimo decimo. Apud Assisum, translatio sancti patris Francisci. ¶ institutoris fratrum Minorum. cuius venerabile corpus, Bonaventura c. 15 vitæ Francisci Crucifixi stigmatibus, velut pretiosissimis margaritis, ornatum, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo, fratribus ad generale capitulum Assisij congregatis, ab ecclesia sancti Georgij, in qua primum locum quietis acceperat, ad basilicam in honore ipsius constructam, octauo Calendas Iunij translatum, condigno honore ibidem situatur. 8 Die vigesima quinta, inuentio tertia pretiosi capitis præcursoris.

Eodem die, sancti Aurelij, Redicianæ ciuitatis episcopi. qui cum Dionysio Mediolanensi episcopo sepultus est: ac tandem in Hirsaugiense cœnobium translatus, à Nottingo episcopo, eius fundatore. Sed hac ipsa obedientia.

ANNOTATIONES.

- 1 De Urbano, Pontificale, cap 18/ gesta Cæciliæ, & ipsius Urbani gesta Ms. per Metaphrastem, secundum Onuphrij citationem, initio Chronici ecclesiastici.
- 2 De Aldhelmo, Bedalib. 5. historiæ cap. 19/ & epitome vitæ eius pag. 401 Surij. Ex catalogo Brytannico. Sanctus Eguinus (sunt qui Eugenium vocent) Vuiciorum episcopus, seu, vt nunc vocant, Vigorniensium, composuit vitam Aldhelmi episcopi Schireburnensis, quæ nunc Salisburia dicitur. Obijt An. 716. Sæctus Osmundus Neustrius,

Neustrius, episcopus Sarisburiensis, scripsit eiusdem vitam. Decessit anno 1099. Faritius Thuscus victoris chartis commendavit Aldhelmi vitam. Claruisse fertur Anno 1110. & Guilielmus Malmesburiae Benedictinus, scripsit vitam Aldhelmi Durotelli, seu Bladunij, (Malmesburiam oppidum nunc vocant) episcopi Sarisburiensis, quae incipit, Beatus Aldhelmus Saxonica.

3 Zenobij meminit Paulinus sub finem vitae Ambrosij. Vitam descripsit Ioannes Aretinus archipresbyter, tempore Concilij Florentini: excusus pag. 387 Suriij.

4 De Aurelio, Tritthemius in chronico Hirsaugiae multa scribit, & inter alia, Huius exequias beatus Ambrosius cum multis lacrymis profecutus, illum sermonem insignem fecit ad populum, qui incipit, Amisimus fratrem, & pastorem dulcissimum, imo praemisimus aduocatum. in quo laudes & praeconia ipsius sancti praefatis Aurelij, magnis eloquentiae viribus effert.

26 Maij F

Septimo Calendas Iunij, luna

10. 22. 2. 13. 25/ 5. 16. 27. 8. 19/ 1. 11. 23. 3. 14/ 26. 6. 17. 28

1 **A** Pud Athenas, natalis beati Quadrati Apostolorum discipuli. qui persecutione Adriani ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregans, etiam librum pro Christianae religionis defensione edidit, plenum fide, & Apostolica doctrina dignum.

Romae, sanctorum martyrum, Simitrij presbyteri, & aliorum viginti duorum *. Ipso die, sancti Quadrati martyris. in cuius solennitate sancti Augustini sermones † habiti inueniuntur. Tuderti Tusciae, natalis sanctorum, Felicissimi, Heraclij, Paulini. In territorio Antisiodorensi, passio sancti Prisci martyris, cum ingenti multitudine. In Britannijs,

2 sancti Augustini, episcopi & confessoris, qui missus a beato papa Gregorio, primus genti Anglo-

* quos sepe-
luit Praxe-
dis.
† vnus me-
minit Posti-
dis.

Anglorum Christi Euangelium prædicauit.

¹ Eodem die, sancti Eleutherij, papæ (& martyris). ³ ^{Ado Anos} b Viennæ, passio sancti Zachariæ, † secundi, 101.

¶ Itē, depositio Bedæ presbyteri, doctoris gentis Anglorū. †

ANNOTATIONES.

1 Quadrati Atheniensis, meminit Hieronymus de viris illustribus cap. 29/ & Eusebius lib. 3 hist. cap. 31, Rufini 37/ lib. 4. cap. 3 & 22, Rufini 23.

2 De Augustino Beda in Anglorum historia per multa capita. itē teste catalogo Brytaniæ, Nothelmus Londinensis, & Gotzelinus Morinensis, monachus sancti Bertini, qui Cantuariæ habitans, scripsit de S. Augustini vita, libros duos: de miraculis, librum: de translatione eiusdem ac sociorum, librū. Claruit An. 1160. sed Nothelmus 739.

3 De Eleutherio, Pontificale cap. 14/ Beda lib. 1. hist. Anglorum cap 4/ Euseb. lib. 5.

4 De Beda ex catalogo Scriptorum Brytanniæ. Cuthbertus Girvicensis cœnobij monachus, composuit de Bedæ vita & obitu librum, cuius initium est, Dilectissimo in Christo Lectori. Cl. an. 740. Obijt Beda Anno 734. Giruici sepultus, Dunelmum postea translatus: sed absque Romanorum Pontificum canonizatione. *Faciamus quod ait.*

Sexto Calendas Iunij, luna 27 Maij G

11. 23. 3. 14. 26/ 6. 17. 28. 9. 20/ 2. 12. 24. 4. 15/ 27. 7. 18. 29

Romæ, natalis beati Ioannis papæ. quem refert sanctus Gregorius, ob orthodoxam fidem primo in custodia tentum, ac deinde ad mortem vsque perductum, cum alijs æque catholicis viris. Apud Mœsiam, ciuitate Dorostorensi, natalis beati Iulij. qui tempore persecutionis, cum esset veteranus & emeritæ militiæ, comprehensus ab officialibus, iudici oblatus est. Quo præsentē, cū idola execraretur, & nomen Christi confiteretur constantissime, capitali sententia punitus est. In Gallijs, ciuitate

Q 2 Arausica,

Arausica, sancti Eutropij episcopi. cuius vitam illustrem virtutibus ac miraculis, Verus episcopus luculento sermone describit. § *Die vigesima septima, sancti hieromartyris Therapontis.*

al. Atrebatensi * nos ¶ In territorio * Adartensi, sancti Ranulfi martyris. p *Eodem die, aduentus sancti Adriani martyris apud * Geraldii montem, anno millesimo centesimo decimo. Clamat nobis Scriptura.*

ANNO TATIO.

1 De Ioanne papa Gregorius magnus lib. 4 dial. cap. 30/lib. 3 cap. 2/ Pontificale cap. 55.

28 Maij A

Quinto Calendas Iunij, Luna

12. 24. 4. 15. 27/ 7. 18. 29. 10. 21/ 3. 13. 25. 5. 16/ 28. 8. 19. 30

P Arisijs ciuitate, transitus sancti Germani confessoris. qui beatus eiusdem vrbs episcopus, quantæ sanctitatis, quanti que fuerit meriti, quibus etiam claruerit miraculis, sanctus Fortunatus episcopus veraci stylo digessit.

Excusum à Surio. Reliqua 25 Iulij.

In Sardinia, sanctorū, Æmilij, Felicis, Priami, Luciani. Eodē die, sancti Carauni martyris. qui apud Carnotum ciuitatē, capite amputato, martyriū sumpsit. § *Die vigesima octaua, sancti patris Nicetæ. & sancti hieromartyris Helladij.*

¶ q Padebornæ, translatio sancti Liborij, episcopi Cenomanensis & confessoris. Item translatio sanctarum reliquiarum beatæ Birgittæ de Roma, ad monasterium Vuastrzenense, regni Suetiæ.

ANNO TATIO.

1 De Liborij translatione, Albertus Crantz libro 1 metropolis cap. 28. Ido Paderburnensis clericus, & Erconredus Cenomanensis ecclesiæ archidiaconus, scribunt miracula, quæ per sanctum Liborium episcopum Cenomanis, & in translatione, & postea in loco quietis suæ, dignatus est Dominus operari. *Primus itaque Quarto*

Quarto Calendas Iunij, luna

29 Maij B

13.25.5.16.28/8.19.30.11.22/4.14.26.6.17/29.9.20.1

A Pud Iconium, ciuitatem Isauriæ, sub Aureliano imperatore, passio sancti Cononis & filij eius. qui primum ignito ferro superpositi, deinde craticulam prunis suppositis, & oleo subinfuso, constanter superauerunt. Postea vero tam frivorij, quam suspensionis in equuleo, ac ignis pœnam passi, malleo ad extremum ligneo manibus eorum contritis, in laudem omnipotentis Dei spiritum emisertunt. Eodem die, *Mediolani*, sanctorum martyrum, Sifinij, Martij, atque Alexandri. qui in Anauniæ partibus, *in vita Anobros.* vt scribit sanctus Paulinus, persequentibus gentilibus viris, martyrij coronam adepti sunt.

Treueris, beati Maximini, episcopi & confessoris. à quo Athanasius antistes persecutione Constantij fugiens, honorificè susceptus est.

Romæ, via Aurelia, natalis sancti Restituti.

Via Tiburtina, septem germanorum.

¶ Quorum martyrium exprimitur die 27 Iunij. *Et timet se homo.*

ANNOTATIONES.

1 Sifinij & duorum, martyrium, scribit S. Vigilus episcopus Tridentinus, to. 2 Aloysij/ & alius explicatiùs hac die, apud Surium.

2 Maximini historiam scripsit Lupus Vualdoni, anno 839, pag. 427 Surij. Ab eo Athanasium receptum esse, habet Hieronymus in Chronicis an. 246 *Quod dicitur in libro de vita beati Augustini.*

Tertio Calendas Iunij, luna

30 Maij C

14.26.6.17.29/9.20.1.12.23/5.15.27.7.18/30.10.21.2

R Omæ via Aurelia, natalis beati Felicis *primi. pontificales. 27* pæ. qui cum annis quinque rexisset ecclesiam

Q 3 *siam*

fiam sub Claudio principe, & Aureliano, martyrio coronatus est. Turribus Sardiniae, sanctorum martyrum, Gabini & Crispoli. Centula, depositio sancti Madelgisi confessoris. r In Antiochia, sanctorum Syci & Palatini. qui multa tormentapassi sunt. g Die trigesima, sancti patris Isaacii, mansionis Dalmatiae.

Hucberti

Vide 3 Nomb.

31 Maij D

¶ Ipso die, sancti * Huberti, episcopi P Turgensis ecclesiae, & confessoris. Voluntatem vero.

Pridie Calendas Iunij, luna

15. 27. 7. 18. 30 / 10. 21. 2. 13. 24 / 6. 16. 28. 8. 19 / 1. 11. 22. 3

Romae, sanctae Petronillae virginis. quae post multa miracula sanitarum cum eam quidam Comes suo veller coniugio sociare, tridui inducias postulans, ieiunijs atque orationibus vacans, tertio die mox vt Christi sacramentum accepit, emisit spiritum. Apud urbem Aquileiam, natalis sanctorum martyrum, Cantij, Cantiani, & Cantianillae, fratrum. qui cum duceret profapiam de genere Aniciorum, ob Christianae fidei constantiam, vna cum paedagogo suo Protho, capite plexi sunt. Turribus Sardiniae, sancti Crescentiani martyris.

Rom. 16

¶ g Die trigesima prima, sancti Apostoli Hermij, & sacrosancti martyris Hermæi.

ANNOTATIONES.

1 De Petronilla ponit Vsuardus verba sancti Marcelli, discipuli sancti Petri, qui vnicâ epistolâ dictae Petronillae, Feliculae, & Nicomedis, historias descripsit to. 3. Surrij pag. 176. De eadem Augustinus contra Adimantum cap. 19 / & Platina in Paulo 1.

2 De Cantianis est sermo sancti Maximi episcopi, inter Ambrosianos, 75. Lauendum est.

I V N I V S

I V N I V S H A B E T

D I E S X X X.

Calendis Iunij, Iuna

I Iun. E

16.28.8.19.1/11.22, 3.14.25/7.17.29.9.20/2.12.23.4



Romae, dedicatio * basilicae altaris
 sancti Nicomedis, presbyteri
 & martyris. r cuius martyrium
 celebratur decimo septimo Calen-
 das Octobris. Apud Cæsaream
 Palæstinæ, sub persecutione

Maximini, beati Pamphili, presbyteri & mar-
 tyris. cuius vitam Eusebius Cæsariensis episco-
 pus, tribus libris cōprehendit. Sed & Hierony-
 mus scribit quædam volumina manu eius exa-
 rata se reperisse, quæ tanto, inquit, amplector
 & seruo gaudio, vt Cræsi opes habere me cre-
 dam. Augustoduni, sanctorum Reueriani,
 episcopi, & Pauli presbyteri, cum alijs decem.
 qui sub Aureliano principe martyrio coronati
 sunt. Ipso die, sancti Caprasij, abbatis mona-
 sterij Lirinensis. *Pittanis, sancti Iouini abba-
 tis. Treuiris ciuitate, depositio beati Simeonis*
*monachi. qui profectus ex monasterio in monte Si-
 nai constituto, inque memoratam metropolin deue-
 niens, non paucis annis remotiorem vitam strenue
 exercuit, ibidemque vocante Domino ad caelestia
 migravit. vbi se feliciter viuere, miraculorum
 creberrima restatur exhibitione. Ipso die, Fili-
 ni & Gratianiani, martyrum sub Decio Cæsare.*

Aruernis, sancti Medulphi confessoris,

Q 4 magna

De vir. ill.
 cap. 85.

Ado Anno
322.

magnæ sanctitatis viri. b Vienna, sancti Claudij
* vndecimi episcopi.

nostri

¶ Item, sancti Viriani martyris. Romæ, sancti
Vientij martyris. s Die prima, sancti martyris
Iustini philosophi. & alterius Iustini, & sociorum.
p Ipso die, translatio corporis sancti patris * Gisle-
ni, & sancti Sulpitij episcopi & confessoris, & beate
Leocadiæ virginis.

De Cuno.
Her. Cōtra-
tus in fine
Chronic. &
Lambertus
Scafnaburg.

Rothornaci, trāslatio reliquiarū diui Cypriani. Suel-
fionis, eleuatio sanctorum episcoporum, Principij &
Lupi confessorum, Gandini martyris, & Agricolæ pre-
byteri confessoris. Monasterio Fontanella, translatio
sanctorum Maximi & Venerandi martyrum, Vulfranni
& Eremberti episcoporum, & Condedi. presbyteri &
confessoris. Item Doleiæ, Cunonis, siue Conradi, Præ-
positi ecclesiæ Agrippinæ Colonia. qui anno millesimo
sexagesimo sexto, ter de altissimo monte præcipitatus,
mansit illæsus, ac paulo post gladijs interfectus, miracu-
lis claruit. *Secundus humilitatis gradus.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Pamphilo & collegis, Eusebius lib. 8 historiæ cap. 17 & 21 nouæ ac integræ versionis. Item Metaphrastes tomo 3 Surij. Eusebij libri ab Vsuardo citati, nō extant, quos & Hieronymus citat apologia prima in Rufinum / & ipse Eusebius lib. 7 historiæ cap. vlt / lib. 8. cap. 21.
- 2 De Simeone. Tritthemius in chronico Hirsaugiæ. Euerbinus abbas Doleiensis, scripsit ad Popponem archiepiscopum vitam sancti Simeonis monachi Treuerensis. Fuerunt synchroni, vt vita declarat, à Surio edita.
- 3 Iustinus philosophus ponitur mēse Aprili in Latinis martyrologijs. de altero Iustino, Charitone, & socijs Simeon Metaphrastes 12 Iunij, pag. 605 Surij.

2 Iun. F

Quarto Nonas Iunij, luna

17. 29. 9. 20. 2 / 12. 23. 4. 15. 26 / 8. 18. 30. 10. 21 / 3. 13. 24. 5

1 **R**omæ, sanctorum martyrum Marcellini
presbyteri, & Petri exorcistæ, qui multos
in car-

in carcere ad fidem erudiētes, post dira vincula,
& plurima tormenta, decollati sunt sub iudice
Sereno. Lugduni, sancti Photini, eiusdē vr̄bis
episcopi, Zachariæ presbyteri, Sancti diaconi, 2
Pagati, Maturi, Attali, Albinæ, Gratae, cum alijs
quadraginta. Hi omnes famuli Christi, sicut in
historia ecclesiastica scribitur, pariter coronati *initio libri 5.*
sunt. Passa est quoque sancta Blandina ex eorum
collegio, quæ primo, secundo & tertio die pul-
sata cruciatibus, cum non superaretur, quarto
verberibus acta, craticulis exusta, & multa alia
perpeffa, ad vltimum gladio iugulatur. *b Tunc*
& Ponticus, puer annorum quindecim, per omnia tor-
mentorum genera cum ipsa circumactus, & materna
eius cohortatione roboratus, ante illam martyrium
consummauit. In Campania, natalis sancti
Erasmi, episcopi & martyris. Hic sub Dioclitia-
no Augusto primo plumbatis, deinde fustibus
grauiter maceratus: post, resina, sulphure, pice,
plumbo, cera, oleoque perfusus, illesus apparuit.
deinde sub Maximiano diuersis atque imma-
nissimis supplicijs excruciat, tandem vocante
Domino, sancto fine quieuit. *g Die secunda,*
sancti patris Nicephori, patriarchæ Constantinopolis,
confessoris.

¶ In territorio Laudunensi, depositio beati Algisi, 3
presbyteri & confessoris. Sandomiriæ, anniuersaria ce-
lebritas stragis martyrum Christi per excursionem Tar- *Crameru de*
tarorum, quæ magno populi concursu recolitur, multum *gestis Polo-*
Alexandri quarti, pontificis indulgentiâ, cumalata & de *noru, lib. 9.*
dicata. Monasterio Latiniaco, translatio sanctorum,
Deodati episcopi, Maldegarij, Fulberti, Amalionis, Lam-
berti, ac vnius Innocentium. *Tertius humilitatis gradus.*
Es ANNO.

1 Marcellini & Petri gesta extant apud Surium, etiam cum carminibus Damasi papæ. Reliquiæ eorum Gandavum translatae sunt: ad quas quæ & quanta miracula contigerint, testantur libri aliquot, de his manuscripti, ab Einardo abbate, Caroli magni Cancellario.

2 De Photino, Blandina, & alijs, Eusebius libro quinto historiæ ecclesiasticæ in initio, ex epistola seruatorum Christi apud Viennam & Lugdunum. Est etiam undecima homilia Eusebii Emiseni Galli de sancta Blandina Lugdunensi.

3 Algisi vita habetur libris duobus, Ms. Rhodij, Prior complectitur fideliter antea scripta: alter, non scripta.

3 Iun. G

Tertio Nonas Iunij, luna

18. 30. 10. 21. 3 / 13. 24. 5. 16. 27 / 9. 19. 1. 11. 22 / 4. 14. 25. 6

Surius pag.
457

A pud Aretium civitatem Tusciæ, sanctorum martyrum Pergentini & Laurétini † fratrum. qui persecutione Decij, cum essent pueri, post dira supplicia tolerata, & magna miracula ostensa, gladio cæsi sunt. Civitate Corduba, sancti Isaac monachi. qui cum esset annorum viginti & septem, gladio pro fide Christi necatus est. In territorio Aurelianensium, sancti Liphardi presbyteri *. *Ipsa die, sancti Morandi confessoris, discipuli beati Hugonis. & sanctæ Crotildis reginæ. 8 Die tertia, sancti martyris Lucilliani. Quartus humilitatis gradus.*

Surius pag.
459

1 *etæ Crotildis reginæ. 8 Die tertia, sancti martyris Lucilliani. Quartus humilitatis gradus.*

ANNOTATIO.

1 De Crotilde, vxore Clodouei regis, Gregorius Turonicus lib. 2, 3, & 4 historiæ Francorum / & vita in libro de claris mulieribus, edita Parisijs anno 21.

4 Iun. A

Pridie Nonas Iunij, luna

19. 1. 11. 22. 4 / 14. 25. 6. 17. 28 / 10. 20. 2. 12. 23 / 5. 15. 26. 7
Apud

A pud Illyricum, ciuitate Sciscia, natalis sancti Quirini episcopi. qui pro fide Christi, vt Prudentius scribit, ligato ad manum molari saxo, in flumen præcipitatus est: & cum circumstantibus diu collocutus, ne eius terrerentur exemplo, vix precibus, vt mergeretur obtinuit.

Itē Romæ, Aretij & Daciani. g Die quarta, sancti patris Metrophanis, patriarchæ Cōstātinopolis.

ANNO TATIO. *Quintus humilitatis gradus.*

1 Quirini Laureacensis episcopi antiqua historia citatur à Lazio rerum Vienhensium lib. 2 cap. 2 / Bruscius de Laureaco & Pataua lib. 1. Quomodo vero corpus post annos à martyrio 400, tempore Pipini regis in Bauariam ad Tegorinum monasterium translatum sit, ex eius loci annalibus præclare patet. Habentur in eius cœnobij bibliotheca Quirinalia Metello auctore, qui Tegorinus monachus anno 1160, Lyricis carminibus non inuenulis, totam fere huius diui vitam, elegantissime descripsit.

Nonis Iunij, Iuna

5 Iun. B

20. 2. 12. 23. 5 / 15. 26. 7. 18. 29 / 11. 21. 3. 13. 24 / 6. 16. 27. 8

A pud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum, Martiani, Nicandri, & Apollonij: quorum gesta habetur. Item sancti Bonifacij p Traiectensis episcopi, qui de Britannijs veniens & fidem Christi gentilibus euangelizans, cum maximam multitudinem in Frisia Christianæ religioni subiugasset, nouissime gladio peremptus, martyrium consummauit, cum Eobano coepiscopo, & alijs seruis Dei. *g Die quinta, sancti hieromartyris Dorothei, episcopi Tyri.*

¶ Bruxellæ P cōmemoratio beatæ Marię semper virginis, instituta ob gloriosam victoriam, quam hac die apud
Yves-

Vueroſing habuit Ioannes, huius nominis primus, Lotharingiæ, Brabantiæ & Lemburgiæ dux.

Sextus humilitatis gradus ANNOTATIO.

1 Bonifacij historia non extat excusa quam scripsit sanctus Vuilbaldus episcopus, eius discipulus. cuius meminerunt Trithemi⁹ in catalogo & Vuiceli⁹ in hagiologio. Sed extat apud Surium, anonymus, qui iussu Fuldenſiū, post sanctum Vuilbaldum, historiam eius libris duobus descripsit. Trithemius in Chronico Hirſaugiæ meminit Ruthardi, discipuli Rabani & Mauri, qui monachus Hirſaugienſis, scripsit passionem Bonifacij carmine heroico, libris duobus. Moritur anno 865. Extant etiam sancti Rabbodi laudes, & alia quædam, Ms.

6 Iun. C

Octauo Idus Iunij, luna

21. 3. 13. 24. 6/16. 27. 8. 19. 1/12. 22. 4. 14. 25/7. 17. 28. 9

Act. 6

- 1 **N**atalis sancti Philippi. qui fuit vnus de septē diaconibus. Hic signis & prodigijs inclytus apud Cæsaream requieuit. iuxta quæ tres virgines, filiæ ipsius prophetissæ, tumulatæ iacēt. Apud Tarsum Ciliciæ, sanctorū martyrum
- 2 viginti, tēporib⁹ Dioclitiani & Maximiani, qui per diuersa supplicia glorificauerunt Deū in corporibus suis. Romę, sancti Artemij, cū vxore
- 3 sua Candida, & filia Paulina, qui Artemius gladio percussus: vxor vero eius & filia, lapidibus sunt obrute. Ciuitate Niueduno, sanctorum A-
- 4 mātij & Alexādri. *p In Blandinio, sancti Gudvuali, archiepiscopi & confessoris. r Apud Mantuam, inuentio beati Cælestini martyris. Ipso die,*
- 5 *Claudij confessoris, archiepiscopi Bisuntinensis.*
- 6 *g Die sexta, sancti patris Bessarionis, miraculis clari.*
¶ *q Malbodij, ostensio corporis beatæ Aldegundis virginis.*

Octauas

*Octauas idus Ceratus episcopus ornat,
Vrbem qui fulsit Gratiano à principe dictam.*

Præmonstrati, commemoratio domini Norberti pri- 7
mi patris Præmonstratensis, & archiepiscopi Magdebur-
gensis ecclesiæ. *Septimus hūilitatis gradus est.*

ANNOTATIONES.

- 1 Philippi diaconi mentio est Act. 8 & 21 / apud Euse-
bium lib. 2 hist. eccles. cap. 1 / lib. 3 cap. 25, Rufini 31 / apud
Hieronymum ad Eustochium epist. 27.
- 2 De viginti martyribus Tarsensibus, Augustinus lib.
22 de ciuit. Dei cap. 8 / & gesta Bonifacij Tarsensis manu
scripta.
- 3 De Artemio, Candida & Paulina, gesta Marcellini &
Petri, to. 3. Suriij, pag. 454.
- 4 De Gudualo, author vitæ & translatis sancti
Bertulphi, qui vixit anno 1073, cap. 27. Beatus Gudualus
confessor pariter & pontifex, vt spreta parentum celsi-
tudine, & hæreditarij iuris amplitudine, vel in monaste-
rio, vel in episcopatu Deo seruiert, & post plurima ac
inaudita seculis miracula, ex hoc mundo ad Deū transie-
rit, liber qui de eius vita & virtutibus plenissime conscri-
ptus est, liquido pandit. Corpus vero illius, qua de
causa cum corpore sancti Bertulphi translatum sit, ex
libello, qui de eorū aduentu scriptus est, lector agnoscere
poterit. Historiam habet Surius pag. 509
- 5 Claudij vita incipit Ms. In nomine sanctæ & indiui-
dæ Trinitatis, laudabili fratrum Iurensium instantia cō-
moniti, vitam beati Claudij, & eius miracula, summam
declarare decernimus.
- 6 De Bessarione. Platina panegyrico in Bessarionem
Cardinalem. Sancti Bessarionis, vnde ipse nomen accep-
pit, patriæ parentis, ac patroni, vitam diligenter ac co-
piose scripsit.
- 7 Norberti sanctissimam vitam eius æqualis fideliter
conscripsit, pag. 517 Suriij.

Septimo Idus Iunij, Luna

¶ Luna. D

22. 4. 14. 25. 7 / 17. 28. 9. 20. 2 / 13. 23. 5. 15. 26 / 8. 18. 29. 10

Constan-

- 1 **C**onstantinopoli, natalis beati Pauli, eiusdem ciuitatis episcopi. qui à Constantio imperatore apud ciuitatulam quandam Cappadociae, nomine Cucufam, ob catholicam fidem pulsus exilio, Arianorum insidijs crudeliter stragulatus, ad caelestia regna migravit. Item Cordubę, sanctorum, Petri presbyteri, Auentij, Hieremix, & aliorum trium. Eodem die sancti Godoaldi, episcopi & confessoris. Aruernis, sancti Illidij, eiusdem ciuitatis episcopi & confessoris. g Die septima, sancti hieromartyris Theodosij, episcopi Ancyra.
- ¶ p Item in Traiecto, translatio sancti Sernatij. Monasterio Sithiu, translatio beati Folquini, Morinorum episcopi.

Surina pag.
351

Item, depositio Roberti †, abbatis Ordinis Cisterciensis, in Anglia.

ANNOTATIONES.

- 1 Pauli historiam habet Simeon Metaphrastes. De eodem, Athanasius/Socrates lib. 2 cap. 4 vsq. ad 22/Theodoritus lib. 2/Sozomenus lib. 3 & 7/Cassiodorus lib. 4 tripartita.
- 2 Illidij vitam scribit Gregorius praesul Turonensis, de vita patrum cap. 2. *Octauus humilitatis gradus.*

8 lun. E

Sexto Idus Iunij, luna

23. 5. 15. 26. 8/ 18. 29. 10. 21. 3/ 14. 24. 6. 16. 27/ 9. 19. 1. 11.

- 1 **I**N Gallijs, Suesionis ciuitate, natalis beati Medardi, episcopi Nouiomensis. qui quanti fuerit meriti, ostensum est, cum in eius obitu caeli aperti sunt, atque ante eum diuina micuerunt luminaria. b *Eius vita virtutibus plena, conscripta est.* Eodem die, sancti Gildardi, Rothomagensis episcopi. Item Senonis, sancti Heraclij

Heraclij episcopi & confessoris. In Sardinia, sancti Salustiani. Cordubæ, sancti Abundij, presbyteri & martyris. In territorio Trecaſſinensi, beatae Sirie matronæ. Metis ciuitate, sancti Clodulphi, episcopi & confessoris.

¶ p Monasterio Sithiu, relatio, siue translatio, sancti Audomari episcopi, quando sanctus Folquinus corpus eius fugato Hugone abbate à Lisbouch, retulit anno octingentesimo quadragesimo tertio, & in Sithiu iuxta corpus beati Bertini sub terra recondidit. Vbi per multos annos homines quidem latuit. ad reuelatus est, vbi Dominus voluit.

In Anglia, Vuilhelmi archiepiscopi Eboracensis, & confessoris. In Gallijs, ciuitate Aquensi, depositio beati Maximini, primi ciuitatis episcopi, & confessoris.

ANNO TATIONES.

1 De Medardo, Greg. Turo. lib. 4 hist. cap. 19/ de gloria confessorum cap. 95/ & historia vitæ, quam primura scripsit Fortunatus presbyter, vt testatur anonymus scriptor vitæ S. Gildardi, sed posterior quidam, vir doctus, nonnulla admiscuit. pag. 553 Suriij.

2 De Gildardo. Auctor vitæ Ms. Visu non didici, quæ dictare statui de vita beati ac venerabilis patroni nostri, sanctæ sedis Rothomagensis ecclesiæ archiepiscopi, Gildardi. Allegat de Gildardo metrum sancti Audoeni, & antiphonam Greggrij Turonensis. quæ Surius posuit pag. 565. *Nonus humilitatis gradus.*

Quinto Idus Iunij, Luna

9 Ius. 8

24. 6. 16. 27. 9/ 19. 1. 11. 22. 4/ 15. 25. 7. 17. 28/ 10. 20. 2. 12

Romæ, in mōte Cælio, natalis sanctorū, Primi & Feliciani, sub Dioclitiano & Maximiano imperatoribus. hi gloriosissimimartyres longæuā in Domino vitā ducentes, & nūc simul paria,

paria,

al. singu-
latim

- paria, nunc * singillatim diuersa, & exquisita
ferentes tormenta, tandem felicitatis pugnae cur-
sum gladio animaduersi, consummauerunt. In
2 Gallijs, ciuitate Agenno, passio beati Vincentij
3 leuitae & martyris. Item in Scotia, beati Co-
lumbae presbyteri & confessoris, magnae & ad-
mirandae virtutis viri. Niceae, sancti Diome-
4 dis. Item, Maximiani Syracusani episcopi. qui
tempore Gregorij papae claruit.
5 ¶ Eodem die, sanctae Pelagiae virginis & martyris An-
tiochena. quae se ex tecto praecipitauit, ne in illorum
manus incideret. *Decimus Humilitatis gradus.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Primo & Feliciano plura habent Beda & Ado, ex
eorum passione. pag. 566 Suriij.
2 Vincentij Agennensis historiam passionis, ab in-
colis retineri, scribit Greg. Turonensis de gloria marty-
rum cap. 105. Lege etiam caput 35 lib. 7. hist. Francorum.
3 De Columba Hyberno, Beda lib. 3 cap. 4 / lib. 5 cap. 10 /
Vitam prolixè describit Adomnanus abbas, cuius ini-
tium est, Beati patris nostri, Christo suffragante, vitam
descripturus. Ms. ad S. Gislenum.
4 De Maximiano episcopo Syracusano, Gregorius lib.
3 dialogorum cap. 36 / homilia euang. 34 / epist. 4 lib. 2 /
epist. 19 lib. 4.
5 De Pelagia Antiochena, Aloysius lectori to. 3. Suriij
pag. 569. Hanc virginem deinceps duabus orationibus di-
uinus pater Ioannes Chrysostomus, suo eloquio ornatu-
rus est: Ambrosius quoque antistes epistola 7, virginem
hanc summopere comendat: itaque libro 3 de virginibus.

10 Iun. G

Quarto Idus Iunij, Luna

25. 7. 17. 28. 10 / 20. 2. 12. 23. 5 / 16. 26. 8. 18. 29 / 11. 21. 3. 13

Romae, via Aurelia, natalis sanctorum, Basi-
lidis, Tripodis, & Mandalis, sub Aureliano
imperatore, praeside Platone, & aliorum viginti
marty-

martyrum. Eodem die, via Salaria, passio beati Getulij, clarissimi & doctissimi viri, sociorumque eius, Cerealis, Amantij, & Primitiui, qui iussu Adriani imperatoris primo cæsi, deinde in carcerem reclusi, postremò incendio sunt traditi. Apud Nicomediam, sancti Zachariæ. Antifiodori, sancti Censurij, episcopi & confessoris. *Parisijs, depositio sancti Landericij, episcopi & confessoris. qui eiusdem vrbis antistes, licet minus plene miraculorum signis fulgeat in terris, tamen cum Domino creditur regnare in caelis.* ^p In Colonia Agrippina, passio sanctissimi Maurini, abbatis & martyris. Huius fortissimi crucis suæ signiferi, Christus, chara sibi merita, per crebra virtutum opera, mundo declarauit, quando eius sacrum corpus reuelare dignatus est. ³ Die decima, sacrosancti martyris Timothei, episcopi Prusæ.

[¶] Eodem die, translatio sancti Iuonis episcopi, de Perside. ³

In Scotia, sanctæ Margaretæ reginæ.

ANNOTATIONES. Undecimus humilitatis gradus.

¹ Getulij, Cerealis, Amantij, & Primitiui martyrium habet Surius mutato stylo.

² Maurini historia passionis, & potissimum inuentio- nis, est Ms. auctore Stephano quodam, ad D. Christianum, Anno 990.

³ De Iuone ex catalogo Brytannico. Andreas Leucander, abbas Ramefensis, scripsit elaborate vitam Iuonis episcopi Persarum in Anglia sepulti, post eius translationem per Ailvvinum comitem Ostroanglorum. quam postea Gotzelinus Bertinianus elegantiore aliquanto reddidit.

⁴ De Margareta Surius, & qui notantur à nobis 16 No- uembris.

R Tertio

11 Jun. A

Tertio Idus Iunij, luna

26.8.18.29.11/21.3.13.24.6/17.27.9.19.1/12.22.4.14

1 **N**atalis sancti Barnabæ Apostoli. qui cum esset Cyprius, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Huius corpus, tempore Zenonis imperatoris, ipso reuelante repertum est.

In Aquileia, passio sanctorum Felicis & Fortunati, sub persecutione Dioclitiani & Maximiani. qui cum essent duo germani fratres, equuleo sunt suspensi, atque ardentes lampades circa eorum latera appositæ. Quibus mox Dei virtute extinctis, per ventrem feruêti oleo sunt perfusi, atque ad vltimum in confelsione

2 Christi capite truncati. *Bremæ, sancti Rember-
ti, archiepiscopi & confessoris.*

¶ *p Eodem die, relatio corporis sanctæ Ragenfre-
dis virginis. Duodecimus hūmitatis.*

ANNOTATIONES.

1 De Barnaba Act. 11 & sequentibus capitibus / apud Metaphrastem, laudatio Alexandri monachi / Hiero. de viris ill. cap. 16 / Isidorus de patribus vtriusque testamēti / Beda libro retract. in 4 Actorum / Præfatio Ambrosiana / & Sixtus Senensis libro 2 bibliothecæ sanctæ / Quidam addunt etiam Ioannem Marcum, ministrum Pauli, Ms.

2 De Remberto, Albertus Crantzius, metropolis lib. 2 cap. 10 & 11. Bauo Corbeiensis abbas de sui temporis mirabilibus actis memorabile quid in laudem sancti Remberiti perscribit. Sunt & alia multa, quæ de sancto viro copiose in eius vita sunt exarata / per contemporaneum to. 1 Suriij, pag. 830.

12 Jun. B

Pridie Idus Iunij, luna

27.9.19.1.12/22.4.14.25.7/18.28.10.20.2/13.23.5.15
Medio

Mediolani, natalis beati Nazarij martyris. *Sed festiuitas martyrij agitur quinto Calendas Augusti. Item Romæ, sanctorum martyrum Basilidis, Cyrini, & Naboris, b & Nazarij. Quorum Naborë & Nazariu, simul cum Gorgonio martyre, transtulit à Roma in Galliam Grodegandus Metësis episcopus, permittete Paulo papa Romano, anno Dominicæ incarnationis septingentesimo sexagesimo quinto; & collocauit prædictus episcopus sanctum Gorgonium, in monasterio quod dicitur Gorzia: sanctum vero Naborë in monasterio, quod dicitur Noua cella †: sanctum quoque Nazarium, in monasterio, quod dicitur Loreshaim. vbi signa & miracula in sanitate infirmorum & debiliu, sæpius fiunt.*

p Ipso die, sancti Odulphi, presbyteri & cõfessoris. cuius reliquie habentur apud sanctum Saluatorem Traiecti. *q* In oppido Rhenësi, eleuatio sanctæ Cunerae, virginis & martyris. *g* Die duodecima, sancti patris Onuphrij. & sancti patris Petri Athoniti.

ANNO TATIONES.

¹ Basilidis, & trium collegarum martyrium, breuiter habent Romanæ lectiones. è quibus, & ex Beda, loco verborum Vsuardi [apud præfatam urbem] posui [Romæ].

² Odulphi historia ante aliquot sæcula conscripta, est apud Surium pag. 602.

³ Honofrij eremite & aliorum patrum vita, per Paphnutium anachoritam, habetur in Simeone Metapraste ii Iunij, & in vitis patrum. *Hyemis tempore, id est 24.*

Idibus Iunij, Iuna

13 Iun. 6

23.10. 20. 2.13/ 23.5.15. 26.8/ 19.29.11. 21.3/ 14.24. 6.16

Romæ, via Ardeatina, natalis sanctæ Feliculae virginis & martyris. quæ nolēs nubere, ¹

R ² neque

S. Hilarij in Lotharingia, vbi nunc est oppidum S. Naboris

2

3

neque idólis immolare, tradita est cuidam vicario, qui fecit eam perseuerantem in confessione Christi, post tenebrosam custodiam, & famis inopiam, leuari in equuleo, & sic demum deponi & precipitari in cloacam. Eodem die, sancti Fandilæ presbyteri, qui apud Cordubam ciuitatem capite amputato, martyrium sum-

² pfit. *In ciuitate Padua, beati Antonij Lusitani, Vlyshbonensis, illustris confessoris, Minoritæ, qui celeberrimus extitit vita, miraculis, & doctrina. In Africa, sanctorum martyrum, Fortunati, Luciani, et Cres-*

³ *cetiniiani. Die decima tertia, sancta martyris Acy-*

lines, & sancti Triphillij & episcopi Leucosiæ in Cypro.

Sozom. l. 1. 11

¶ p Gandau, eleuatio sancti Landoaldi, sociorumque eius.

In Claraualle, obitus Gerardi monachi. de quo Bernardus sermone super Cantica vigesimo sexto. Item sancti Peregrini siue Cetæi, Aternensis episcopi, & martyris, in Hadriensi ciuitate in fluuium Piscariæ mersus, tempore sancti Gregorij papæ. *Hæmæ tempore.*

ANNOTATIONES.

¹ Feliculæ martyrium scribit sanctus Marcellus S. Petri discipulus, ad sanctos, Nereum & Archilleum in eorum gestis, 12 Maij. pag. 177. Suriij.

² Antonij Vlyshbonensis vita, grauitè & fideliter descripta est à Franciscano quodam. quam Surius habet nonnullis omissis, absque tamen historiæ detrimento.

Vulgo à Padua vocatur, antea dictus est Ferdinandus.

³ Aquilinæ historiã habet Metaphrastes.

14 Iun. D Decimo Octauo Calendas Iulij, Luna

29. 11. 21. 3. 14 / 24. 6. 16. 27. 9 / 20. 1. 12. 22. 4 / 15. 25. 7. 17

¹ **E**lisei prophetæ. qui apud Samariam Palæstinae, vt scribit beatus Hieronymus, conditus

ditus est; vbi & Abdias propheta quiescit.

Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sancti Basilij episcopi. qui tempore Valentis, doctrina & sapientia insignis, omnibusque virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. In territorio Suefsionis ciuitatis, sanctorum martyrum, Rufini & Valerij. qui à præside Rictiouaro, post illata sibi tormenta, iussi sunt decollari. Ipso die, sancti Quintiani, presbyteri & confessoris. *b* Vienna, sancti Etherij episcopi †. *q* Syracusis, sancti Martiani episcopi. qui ab Apostolo missus Seleucum, ibi & Gordium, & magnam multitudinem conuertit. *g* Die decima quarta, sancti patris Methodij, patriarchæ Constantinopolis.

vivi in omnibus eximij. Ad an. 604.

¶ Aurelianis, translatio sanctorum Aniani, Monitoris, & Flosculi, ciuitatis eius episcoporum, Euspicii abbas Miciacensis primi, Baudelij & Scubilij martyrum, & Agiæ matris sancti Lupi episcopi. & liberatio ciuitatis ab Hunis, per sanctum Anianum episcopum.

ANNOTATIONES.

i Elisei laudationem per Basilium Seleuciæ episcopum, habet Metaphrastes. Vt scribit Hieronymus in epitaphio Paulæ, & tomo 6, initio commentariorum in Abdiam.

2 De Basilio magno, sanctus Amphilochius, Iconij episcopus, in præfatione vitæ eius, Cum tres admirabiles & sacratissimi viri, Gregorius Theologus eximius, Gregorius Nyssæ episcopus memorabilis, atque Ephrem beatissimus, diuersis epitaphijs illustrarint, patrem & præceptorem nostrum Basilium, visum est & mihi, tanquam abortiuo, quæ ab ijs venerabilibus patribus prætermissa sunt, adijcere. Extat to. 1 Suriij pag. 4. Nazianzenus & Nyssenus de Basilio in eorum operibus. Tilmannus etiam alia quædam, huc pertinentia, Basilio præmisit, ex Hieronymo, Suida, Philostorgio, & Theodorito.

A pascha autem.

R 3

Decimo

15 Jun. E

Decimo septimo Calendas Iulij, Luna

1.12.22.4.15/25. 7.17.23.10/21. 2.13.23.5/16. 26.8.18

- 1 **I**N Cicilia, natalis sanctorum, Viti, Modesti, & Crescentiæ. qui sub Dioclitiano imperatore, post ollam plumbi feruentis, post bestias & catastas diuina virtutes superatas, cursum gloriosi certaminis peregerunt. Apud Mesiam, ciuitate Dorostoro, sancti Esichij militaris, qui cum beato Iulio comprehensus, sub præside Maximo, postea martyrio coronatus est. *Aruernis,*
- 2 *sancti Abrahæ confessoris. Apud Vuentanam ciuitatem, sanctæ Eadburgæ. In territorio Valencenensi, Pin villa quæ dicitur Crispinium, super fluum Hon, transitus sanctissimi ac beatissimi patris * Landelini. Hic à beato Authberto eruditus,*
- 3 *sed post malorum suasionem deceptus, viam veritatis deseruit, sed precibus eiusdem, & angelica visitatione territus, postea reuocatus, & à beato Martino papa officium prædicationis suscipiens, & efficaciter complens, plurimorumque fundator cœnobiorum existens, quiescit in pace.*
- 4 *nostri*

¶ *Item ipso die, translatio corporis eiusdem sancti Landelini, à Godefrido Cameracensi episcopo.*

In Hoyo, translatio sancti Domitiani, episcopi & confessoris. Eodem die, translatio beati Mengoldi, ducis & martyris.

De Dula
Metaph.

In Cilicia, sancti Dulæ martyris. Dominicus die.

ANNOTATIONES.

- 1 Viti, Modesti, & Crescentiæ certamen habet Surius ex antiquissimis Ms. codicibus.
- 2 De Abrahâ Gr. Turonensis lib. 2 historiæ Francorum cap. 24

cap. 21. Fuit in monasterio beati Cyriaci vrbs Aruernæ, abbas Abraham nomine, qui fide atque operibus Abraham illius prioris refulgebat, sicut in libro vitæ eius scripsimus. Hoc est, Capite 3 de Patribus Galliæ. Eiusdem epitaphium scribit Sidonius lib. 2 epist. penultima ad S. Volusianum Turonorum episcopum.

3 Edburgæ vitam scripsit Osbertus de Stoke. quæ incipit, Fidelibus in Christo sororibus. Claruit anno 1136. Ex catalogo Brytannico.

4 Landelini breuem historiã habet Surius. Quæ Crispini extrat Ms. ea est auctore Philippo, abbate Bonæ spei.

Decimo Sexto Calendas Iulij, luna 16 Iun. F

2. 13. 23. 5. 16/26. 8. 18. 29. 11/22. 3. 14. 24. 6/17. 27. 9. 19

IN Gallijs, apud urbem Vesontionem, sanctorum martyrum, Ferreoli presbyteri, & Ferrutionis diaconi. qui à beato Irenæo episcopo ad prædicandum verbum Dei missi, postea sub Claudio iudice excruciatî pœnis, gladio feriuntur. Apud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum, Cyrici, & Iulittæ matris eius. ¹ qui post dira verbera, & grauiâ tormenta, martyrii sui cursum obruncatione capitis impleuerunt. ^b Passi sunt cum eis & alij, quadringenti quatuor. Lugduni, depositio beati Aureliani, episcopi Arelatensis. Ciuitate Namnetis, sancti Similiani, episcopi & confessoris. ^b Et in ciuitate Maguntiaco, passio sanctorum Aurei & ² Iustine sororis eius. qui ab Hunis vastatibus Germaniam, in ecclesia occisi sunt. ^g Die decima sexta, sancti clariq̃ miraculis, Tychonis Amathontæi.

^q In Eischel Constantiensis diœcesis, eleuatio sanctarum virginum, Cunegundis, Mechtundis & ³ Kuibrandis. Bergis, & trãslatio sanctæ Leuvinne, ^{R. 4} virginis

virginis & martyris. Monasterio Sithiu, inuentio pretiosissimi corporis sancti Bertini. quod repertum est sub capitaneo altaris sancti Martini. vbi olim à beato Folquino translatum, & reconditum fuerat, anno obtingentesimo quadragesimo sexto. Iacuit autem ducentis & sex ferme annis, cum primitus in sepulcro suo quieuisset, centum & quadraginta nouem annis.

Turpinus c.
21 & seq.

4 In Gallijs, Rolandi comitis Cenomanensis, Oliuerij, & fociorum. qui iuxta Pompelonem sub Pyreneis montibus pro Christo pugnantes, Carolo magno imperante occubuerunt. In Aquiria monasterio Brabantia, obiit Lutgardis, abbatissa, magnæ deuotionis virgo.

A N N O T A T I O N E S.

1 Quirici & Iulitte, martyriū habet Simeon Metaphrastes. Gelasius inter apocrypha numerat passionem Cyrici & Iulittæ, quæ ab hæreticis perhibetur composita. Sed Aloysius notat canonem hunc non de Græca hæc, sed de Latina historia mentionem facere, quæ ab ista lōge diuersa est. Incipit Latina in Ms. Domino fratri & coëpiscopo Sozimo Theodorus. Chronicon Elnonense anno 930.

Hucbaldus famam cuius per climata mundi Edita Sanctorum modulamina, gestaque, clamant: Hic Cyrici membra pretiosa, reperta Niuernis, Nostris inuexit oris, scripsitque triumphum.

2 De Auræo (vel Aurco potius) & Iustina, breuiter Breuiarium Moguntinum, & Cochleus in catalogo de episcopis Moguntie, quem Vualafrido subiunxit. Annotatum est ad dictum Breuiarium, quod feratur libellus perscriptus de miraculis Auræi, ad Adelbertum episcopum circa annum 1137.

3 Cunegundis, Mechtundis, Vuirbrandis, & Christiana trāslatę sunt & eleuatę anno 1504, iam antea canonizatę. Processus eleuationis extat excusus, circa eundē annum.

4 Lutgardis historiam conscripserunt, Guilelmus Afliginienſis, Ms. & Thomas Cantipratenſis Louanij Dominicanus, libris tribus, quos habet Surius.

In matutinis dominica die

Decimo

Decimo quinto Calendas Iulij, Luna 17 Iun. ☾

3.14.24.6.17/27.9.19.1.12/23.4.15.25.7/18.28.10.20

Romæ, natalis sanctorum martyrum ducentorum sexaginta duorum. qui positi sunt via Salaria veteri ad cliuū cucumeris. Eodem die, sancti Vulmari confessoris, admirandę sanctitatis, & religionis, viri. Aurelianus, sancti Auiti, presbyteri & confessoris. ^b cuius vita miraculis coruscabat. Hic inter alia facta quendam monachum defunctum in ecclesia, ceteris fratribus somno grauatis, oratione fusa ad Dominum, à morte suscitauit. Apud Viennam sancti Donnoli episcopi †. ^q In pago Biturico, sancti Gundolphi, episcopi in vedimentis captiuis piissimi. Ado Vien. Anno 604 & confessoris. Eodem die, sancti Possenij sacerdotis, mirę simplicitatis viri. In monasterio, quod Harea nuncupatur, sancti Iuliani confessoris. Eodem die, Botulphi abbatis. Cremonæ, sancti Himerij episcopi Emilie, & confessoris. ^g Die decima de his tribus septima, sanctorum martyrum, Manuelis, Sabelis & Ismaëlis. ^{Meta.}

¶ In Constantiensi diœcesi, eleuatio Christianę virginis.

Item Pisis, sancti Ranerij nobilis ac postmodum peregrini. qui cū Hierosolyma visitasset, abstinentia & pietate clarus, obiit anno salutis millesimo centesimo sexagesimo primo. In Arabia, raptus in cælum sancti Elie, prophete Domini, & Carmelitanę religionis patriarchę; qui tantam inuenit coram Domino gratiam. vt verbo clauderet & aperiret cælum. Item Fulconis † martyris, Remensis episcopi. qui pro libertatis ecclesiasticę defensione est interemptus. ^{Acta Elie habentur à 3 Regū 17 vsq. 4 Reg. 2. † Regino anno 903}

ANNOTATIONES.

† De Vulmaro partem historiae habet Surius.

R 5 2 De

De Auito vero Gregorius Turo. de gloria confessorum cap. 99: & apud Surium mutato fere stylo historia contexta à quodam, sancti viri prope æquali.

Die Dominica ante natalem Baptistæ. p In
Helena Foresto, sanctæ * Helenæ virginis & martyris, quæ Leoldi regis gentilis filia vnica, iussu patris martyrium tulit: post mortem tot clarens miraculis, vt illis excitatus Leoldus pater eius, fidem Christi, baptismi gratiam, simul & peccatorum veniam, acceperit. Huius sacræ virginis corpus, in monasterio Forestensi, Ordinis sancti Benedicti, prope Bruxellam quiescit. Diebus autem priuatis.

18 Iun. A Decimo quarto Calendas Iulij, Luna

4. 15. 25. 7. 18 / 28. 10. 20. 2. 13 / 24. 5. 16. 26. 8 / 19. 29. 11. 21

Gesta Seba-
 stiani to. 1
 pag. 434.

Cyria.

Romæ, via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum Marci & Marcelliani fratrum, qui à duce Fabiano tenti, & ad stipitem ligati, in pedibus acutos acceperunt clauos. Cumque demum non cessassent laudare Christum, lancea per latera transfixi, cum Christum etiam in pœnis confiterentur, tam diu cruciati sunt, quo ad vsque per coronam martyrij ad siderea regna migrauerunt. In Hispanijs, ciuitate Malaca, sanctorum martyrum, * Siriaci & Paulæ virginis, qui post multa tormenta sibi illata, lapidibus obruti, inter saxa animas cælo reddiderunt.

In territorio Senonensi apud Cellas, depositio beati Fortunati, episcopi & confessoris, qui Vercellis ciuitate oriundus, & à primæuæ ætatis flore peritice literarum traditus, micante studio Longobardorum philosophus, deinde vero à beato Germano Parisio-

runt

rum episcopo cognitus, vitam sancti Marcelli, prædica-
tae urbis antistitis, totius mundi gyramini, indubitan-
ter patefecit. In Lipara, Calogeri monachi san-
ctissimi. de quo videtur Gregorius in quarto dialogo- cap. 30.
rum mentionem facere. § Die decima octava, san-
cti martyris Leontij. 1

Ciuitate Burdegala, sancti Amandi, episcopi & confes-
soris. Sconaugiæ obiit Elisabeth, virgo sanctimonialis, 2
cui multa secreta à Domino sunt reuelata.

ANNOTATIONES.

1 De Leontij martyrio commentaria conscripsit Cyrus
quidam scriba in tabulis plumbeis, & apud sancti mar-
tyris monumentum ea deposuit, vt ijs qui postea futuri
sunt, optimum relinqueret exemplum in Christo Iesu
Domino nostro. *apud Meta-
phrassem.*

2 Elisabeth vita per Ecbertum cœnobitam Sconaugiæ,
edita est à Fabro, in libro trium virorum, & trium spiri-
tualium mulierum. Tritthemius de scriptoribus Ger-
maniæ testatur Einichonem abbatem Sconaugiæ multa
scripsisse prosa & metro. è quibus legit tantum, de lau-
dibus diuæ virginis Elizabeth Sconaugiensis. *Plane agenda matutina.*

Decimo tertio Calendas Iulij, luna 19 Iun. B

5. 16. 26. 8. 19 / 29. 11. 21. 3. 14 / 25. 6. 17. 27. 9 / 20. 1. 12. 22

Mediolani, natalis sanctorum, Geruasij & 1
Protasij fratrum, ex quibus priorem tã-
diu iussit Astasius Comes plumbatis cædi, quo-
usque exhalaret spiritum: sequentem vero susti-
bus cæsum capite truncari. Horum sepulcra
sanctus Ambrosius Domino reuelante reperit,
& ita incorrupta eorum corpora, ac si eodem
die fuissent interempti. Apud Rauennam, san-
cti Vrsicini martyris. qui sub iudice Paulino,
post nimia tormenta, in confessione Domini
immo-

Immobilis permanēs, capitis abscissione marty-
rium cōpleuit. *Item sancti Romoaldi cōfessoris.*

¶ *q Bisontij, commemoratio sancti Stephani.*

¶ Cum enim protomartyris brachium auro & gēmis
præparatum, à furibus esset sublatum, populus lamenta-
batur vitam suam perditā esse in brachio patroni. Quem
tumultum piscatores audientes, monstrarunt populo
sanctum brachium nudum, cum lumine in sicco inter
aquas positum: & omnes simul videntes, indubitam
fidem eius miraculi posteris reliquerunt. In vrbe Co-
nonensium, sancti Sozimi martyris.

De Sozimo
Metaphr.

ANNOTATIONES.

1 De Geruasio & Protasio habet Surius Metaphrastem/
Ambrosij epistolam ad fratres per omnem Italiam/eius-
dem epistolam 85 ad sororem, & sermonem 91. Me-
minerunt etiam Augustinus sermone 108 de diuersis / &
lib. 22 de ciuit. Dei cap. 8 / Paulinus in vita Ambrosij circa
initium / & Greg. Turonicus in laudem martyrum cap.
4. vbi citat epistolam beati Paulini.

2 Romualdi confessoris vitam descripsit luculento
sermone eloquentissimus vir Petrus Damianus, episco-
pus & Cardinalis, vt scribit S. Antoninus parte secunda
tit. 15 cap. 15. Habet eum Surius. Translatio autem
corporis sancti patris Romualdi, sacre eremi Ordinis
Camaldulensis institutoris, excusa est Florentiæ, in 8.
anno 62. *In sanctorum vero festiuitatis!*

20 Iul. C

Duodecimo Calendas Iulij, luna

6.17.27.9.20/1.12.22.4.15/26.7.18.28.10/21.2.13.23

ROmæ, depositio sancti Nouati, fratris Ti-
mothei presbyteri. qui ab Apostolis in fide
eruditi sunt. Horum sorores fuerunt beata Po-
tentiana & Praxedis, sacre virgines Christi. bin-
quarum gestis de eo scribit Pastor, a ad prædictum
Timotheum germanum eius. Ciuitate Tomis,
sanctorum Pauli & Cyriaci. Ciuitate Sagiensi,
beatæ

Apud Ado-
mens.

beati Latuini, præfatae urbis episcopi, & confessoris.

Fontanellensi cœnobio, natale sancti Baini, episcopi & confessoris. Truncinij, p depositio sanctæ Aldegundis virginis, filiae beati Basini, regis & martyris. r Ipso die, sancti Siluerij, papæ & martyris. Eodem die, sanctæ Florentiæ virginis. g Die vigesima, sacrosancti martyris Methodij, episcopi Pateræ.

¶ q Bergis, p gloriosa translatio sancti Osuualdi regis, & sanctæ Idabergæ virginis. A sancto pascha vsque ad .x.?

ANNOTATIO.

r De Siluerio, Pontificale cap. 60/ ipse ad Amatores/ & Liberatus breuiarij cap. 22 tomo 2 Concil.

Vndecimo Calendas Iulij, luna

21 Iun. D

7.18.28.10.21/2.13.23.5.16/27.8.19.29.11/22.3.14.24

A Pud Siciliam ciuitate Syracusana, natalis sanctorum martyrum, Rufini & Martiæ.

Romæ, sanctæ Demetriæ virginis. Hæc cum ante impium Iulianum pro fide Christi intro- duceretur, in confessione spiritum emisit. In pago Madriacensi, sancti Leutfredi confessoris, qui in monumentum eximie sanctitatis, ora- tionibus suis fontem produxisse fertur de terra.

In Africa, sanctorum Quiriaci & Apollina- ris. Eodem die, sancti Martini, Tungrensis ec- clesiæ episcopi, & confessoris, qui conuertit Has- banos, & multis claruit miraculis. b In Mo- guntia, natale sancti Albani martyris. g Die vigesima secunda, sacrosancti martyris Iuliani Tarsi.

¶ Palæstinæ, sancti Eusebij episcopi & confessoris,

foris, viri excellentissimi ingenij, & historio-
graphi. *Ut ait Propheta.*

ANNOTATIONES.

1 De Albano. Trithemius in chronicis Hirsaugiæ. Ru-
pertus monachus in monasterio sancti Albani, schola
præsident, vitam & passionem sancti Albani metricè de-
scripsit, circa annum 892. Idem in epistola ad Alber-
tum archiepiscopum Moguntinum, refert Sigehardum
monachum S. Albani, scripsisse eius vitam, anno 1297.
Ad huius distinctionem, Colonienses Albanum ex Bri-
tannia ad se allatum, vsitatus Albinum nuncupant.

2 De Eusebio ex Socrate lib. 2 cap. 3. & lib. 4. triparti-
tæ c. 3. Eusebius cognomento Pamphilus, Cæsariæ Pa-
læstinæ episcopus, mortem obit, & Acacius eius disci-
pulus in illum successit episcopatum: qui librum de vi-
ta præceptoris sui Eusebij, conscripsit. Fidem Nicenam
approbat apud Socratem lib. 1. cap. 5/ lib. 2. cap. 17.

21 Iun. E

Decimo Calendas Iulij, luna

8. 19. 29. 11. 22/3. 14. 24. 6. 17/ 28. 9. 20. 1. 12/ 23. 4. 15. 25

1 **I**N Britannia, sancti Albani martyris. qui
tempore Dioclitiani, in Verolamio ciuitate
post verbera & tormenta acerba, capite plexus
est. Passus est etiam cum illo vnus de mille-
tibus, eo quod eum iussus ferire, noluerit.

*Quo in tempore persecutio crudelis Oceani lit-
tus transgressa, etiam Aaron & Iulium † Brytan-
niæ, cum alijs pluribus viris ac feminis, felici morte
damnauit.* Apud Nolam Campaniæ, natalis

2 beati Paulini, episcopi & confessoris. cuius me-
minit sanctus Gregorius in libro dialogorum.
Claruit autem non solum eruditione, & copio-
sa vitæ sanctitate, sed etiam potentia aduersus
dæmones. Ipso die, depositio sancti Niceæ,
† Roma-

hoc est, in
Brytannia,

† Romatianæ ciuitatis episcopi. ¶ In pago *Gennadii de vi. lib. cap. 22*
Hainnocensi, super fluum Hagnam, depositio sancti
Domitiani confessoris. qui beato Landelino in pe-
grinatione sua comes indiuiduus existens, & ab
eodem in loco eodem eremita constitutus, multis
clarus virtutibus, migravit ad Christum, & modo
cum suo magistro felix requiescit Crispinio. ¶ Apud
Alexandriam, in monte qui vocatur Ararath, pas-
sio sanctorum martyrum decem millium crucifixo-
rum. Eodem die, sanctæ Consortiæ virginis, q in
Cluniaco cœnobio. In monasterio Sithiu, p sanctæ
** Ortrudis virginis. g Die vigesima secunda, q Rotundis*
sancti hieromartyris Eusebij, episcopi Mosatensium.

¶ In Frisia iuxta Groningam, translatio Vualfridi
 martyris, Therasiæ vxoris eius, & Ratfridi filij. Item
 beatæ memoriæ Ioannis Phisceri, episcopi Rossensis &
 martyris. qui verum egit episcopum vitæ sanctimonia,
 assiduitate docendi, voce & scriptis, liberalitate & be-
 nignitate in egenos ac studiosos. Mancipatus est diu-
 tissimo carceri propter adulterij detestationem, & tan-
 dem propter vnitatem fidei & ecclesiæ, quam tuebatur,
 ceruice securim excepit, anno supra sesquimillesimum
 trigesimo quinto. Thomas autem Morus in gloria mar-
 tyrij paucis diebus cum præcessit. Jam de nocturnis.

ANNO TATIONES.

- 1 De Albano Gildas in excidio Britannia, & post eum
 fusus Beda lib. 1 historia gentis suæ cap. 6. 7 / Surius quo-
 que pag. 532 / Item ex catalogo Brytannico. Albani mar-
 tyris vitam, quæ incipit, Quisquis beatorum martyrum
 gloriosa / scripsit anonymus scriptor Brytannus; cuius
 floridum opus, imo luculentum ac venustum, viuit, per-
 petuoque viuet per exemplaria, quam diu mundus dura-
 uerit. Claruit anno 590. Vuvonus presbyter scripsit
 vitam Albani martyris. Claruit An. 970.
- 2 De Paulino, Ambrosius epist. 36 / Hieronymus epist. 13
 Paulino / Augustin⁹ lib. 1 de ciu. Dei cap. 10 / epist. 34 & 35 /
 Prosper

Proffer de vita contempl. cap. 9 / Gregorius papa lib. 3
dial. cap. 1 & 2 / Greg. Turonensis de gloria confessorum
cap. 107 / Paulus diaconus & alij / item Vranus presby-
ter pag. 733 Surij.

3 Decem millium passio Ms. inscribitur quo ad versio-
nem Anastasio bibliothecario. doctis tamen quedam dis-
plicent in ea.

23 Iun. F

Nono Calendas Iulij, luna

9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 25. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 26

*Gesta Pigme-
nij.*

Vigilia sancti Ioannis Baptistæ. Eodem
die, sancti Ioannis presbyteri. † quem Iu-
lianus inauditum, via Salaria veteri ante simula-
crum solis, decollari præcepit. *b eiusque corpus a
beato Cöcordio presbytero collectum, & sepulcrum est,
iuxta cöciliam martyrû.* In Tuscia ciuitate Sutrina,

*de quo passio
Musiolæ.*

sancti Felicis † presbyteri. cuius os tãdiu iussit
1 teret spiritû. In Britannia, natalis sanctæ Edil-
trudis, virginis & reginæ. cuius corpus cum vn-
decim annis esset sepultum, incorruptum inue-
tum est. *p Laubijs, Hudulphi ducis, & confessoris.
g Die vigesima tertia, sanctæ martyris Agrippina.*

2 ¶ Ogniaci, trãsitus beatæ Mariæ, ibidem reclusæ. Ca-
meraci obiit anno millesimo septuagesimo sexto in mo-
nasterio sancti sepulcri, p dominus Lietbertus episcopus
Cameracensis. *In primis semper.*

ANNOTATIONES.

1 Ediltrudis siue Edildridæ vitam, scribit venerabilis
Beda, libro 4 historiae gentis Anglorum, cap. 19.

2 Mariæ Ogniacensis vitam sanctissimam, libris duo-
bus conscripsit, doctissimus episcopus & Cardinalis Ia-
cobus de Vitriaco, qui in Belgio crucem Legatus prædi-
cauit contra Albigenfès, Extant pag. 741 Surij.

24 Iun. G

Octauo Calendas Iulij, luna

10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 26. 8. 19 / 30. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 27

Natiui-

Natiuitas beati IOANNIS, Baptistæ & præcursoris Domini. *Cuius natiuitatem, vitæ austeritatem, prædicationem, & passionem, sacra Euangelica pandit historia.* In territorio Pari-^{al.} Cri-
fiacensi, vico * Cristoilo, passio sanctorū, Agoadi stolio
& † Agliberti, cum alijs innumeris, promiscui ^{al.} Glib-
sexus. Augustoduno, depositio sancti Simplicij ^a
episcopi. *Antisiodori, sancti Heiri, viri sanctissimi.*
In pago Pictauesi, sancta Pecinnæ virginis.
Hugardie, natalis sancti Oduini, presbyteri &
martyris. Expensio ergo psalmo.

ANNOTATIONES.

- 1 De Baptista multa collegit Aloysius. quæ habentur
partei / & apud Surium. De eodem Bernardi sermo
in illud Ioan. 3. Ille erat lucerna ardens ac lucens. Cy-
rillus Hierosolym. catechesi 3 & c. Item liber primus D.
Canisij, de verbi Dei corruptelis.
- 2 De Simplicio, Gr. Turonensis cap. 74. 76. 77. de conf.

Septimo Calendas Iulij, luna

25 Iun. A

11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 27. 9. 20 / 1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 28

A pud Pyrrhi Berceam, sancti Sosipatris, ^{Act. 20}
discipuli beati Pauli Apostoli. In Ale-
xandria, sancti Gallicani martyris. qui, cum triū-
phalibus infulis sublimatus, acceptus esset Au-
gusto Constantino, & charus, per ipsius filiam,
nomine Constantiam, ac Christi martyres,
Ioannem & Paulum, ad fidem conuersus est.
Huius sacræ opinionis fama, postmodum in
toto orbe in tantum excreuit, vt ab oriente &
occidente venientes, viderēt virum ex patricio
& consule, lauante pedes pauperum, ponen-
tem mensam, aquam manibus effundētem, lan-
guenti-

S guenti-

guentibus solícite ministrátem, & cætera sanctæ
seruitutis officia exhibentem. Ipse vero postea
cum sacrificare cogeretur sub Iuliano, & con-
temneret, percussus gladio in corpore, Christi
martyrem se fecit. Romæ, sanctæ Lucie vir-
ginis, cum alijs viginti duobus, ^b & *Acceia regis.*

- ^p *Laubijs, beati Theodulphi, episcopi & confesso-
ris.* ^r *In Taurino, sancti Maximi, episcopi & con-
fessoris.* ^a *Item, sancti Prosperi episcopi.* ^{p:} *In
Egmunda, partium Hollandiæ, sancti Adalberti,
confessoris & leuitæ.* ^q *Bisontij, sancti Anidij,
episcopi & martyris. qui à Vuandalorum rege ob
fidem Christi est occisus. In Gemeliaco, natalis
sanctorum Amandi & Domnoleni confessorum.*
^g *Die vigesima quinta, sanctæ hosiomartyris
Febroniæ.*

[¶] *Eodem die, in basilica sancti Marci euangeliste
Venetijs, apparitio eiusdem. Eodem die, transla-
tio sancti Eligij, episcopi & confessoris. p: item in
Dauentria, sanctorum confessorum Lebuini & Rade-
bodi. q* *Truncinij p* *translatio corporis sancti Ge-
rulphi martyris. q* *In Stabuleto monasterio p* *trās-
latio sancti Remacii. Eodem die, sancti Vindiciani
Cameracensis episcopi. Vespera autem.*

ANNOTATIONES.

- ¹ Gallicani martyrium scribit Terentianus, in passione
Ioannis & Pauli, 26 Iunij.
² Prosperi vitam habet Surius, authore Ioanne Anto-
nio Flaminio Imolensi.
³ Adalberti vero per cornobitas Medelocenses, qui
eam conscripserunt iussu Egberti episcopi Treuirensis,
filij Theodorici iunioris, Comitis Hollandiæ, circa an-
num 990. Est & altera Adalberti historia Ms. per mo-
nachum Hæcmundæ.

¶ Febre.

4 Febronix vitam & martyrium scripsit Thomais san-
 timonialis, apud Metaphrastem die 15 Iunij.

Sexto Calendas Iulij, Luna

26 Iun. B

12.13.4.15.26/7.18.28.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.29

R Omæ, natalis sanctorum Ioannis & Pauli
 fratrum. quorum primus, præpositus: se-
 cundus, primicerius Constantiæ virginis, filiæ
 Constantini, fuit. Qui postea sub Iuliano, mar-
 tyrij palmam gladio cædente perceperunt;
 b misso Terentiano campi ductore, intra domum
 propriam decollati. qui tamen postea Christianus fa-
 ctus est. a Et ab ipso Terentiano descripta est passio
 horum martyrum. Apud Tridentinam urbem,
 sancti Vigilij episcopi. qui sub Stilicone consule
 pro Christi nomine magno imbri lapidum per-
 cussus, martyrium compleuit. In pago Picta-
 uensi, sancti Maxentij, presbyteri & confessoris,
 gloriosi in miraculis. Eodem die, sanctæ Per-
 seuerandæ virginis. Legionensi ciuitate, sancti
 Pelagij martyris. In † portu Valenciæ, sancti
 Saluij martyris, P & episcopi. qui ab Abbia ciuitate al. fisco
 sua, in Gallias cum vno comite ad prædicandum ve-
 niens, & in villa illa quæ dicitur Beniticum, à Vui-
 negardo filio Genardi, clam comprehensus, & in
 capite securi percussus, vna cum suprascripto comite
 martyrium suscepit. Qui ambo in stabulo recon-
 diti, ibique ab Angelis honorifice custoditi, sicut
 in libro de passione eorum * inuenitur, post tres * apud nos
 annos reuelatione diuina ab imperatore Carolo
 magno inuenti, & in loco vbi nunc iacent se-
 puli, vsque hodie signis & miraculis coruscant.

S 2

Sexto

Sexto Calendas Iulij, sancti Baboleni abbatis & confessoris. & Die vigesima sexta, sancti patris David Thessalonicae.

- 4 ¶ Item, obitus sanctae memoriae Anthelmi, episcopi Bellicensis, & confessoris, ordinis Carthusiensis.

ANNOTATIONES.

1 De Iohanne & Paulo martyrij gesta habet Surius auctore Terentiano capi ductore, qui decollationi praefuit.
2 De Pelagio. Roswitha Saxo sanctimonialis Ganderfheimensis, Norimbergae impressa anno 1501, in epilogo carminum. Seriem martyrij sancti Pelagij quidam qui eiusdem ciuitatis est indigena, mihi exposuit, qui ipsum pulcherrimum virorum se vidisse, & exitum rei veraciter attestatus est cognouisse. Incipit ipsa auctore,

Inclyte Pelagi martyr fortissime Christi,

3 Saluij historia, & socij, extat Ms. & vetusto stylo, & recentiori.

4 Anthelmus Prior fuit maioris Carthusiae / postmodum episcopus. cuius vitam habet Surius per eius aequalem, & familiarem. *Disposito expo ordine.*

27 Iun. C

Quinto Calendas Iulij, Luna

13.24.5.16.27/8.19.29.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.1

- 1 **A** Pud Galatiam, beati Crescentis, discipuli sancti Pauli Apostoli. qui in Gallias transitum faciens, verbo praedicationis multos ad fide Christi conuertit. Rediens vero ad gentem, cui specialiter episcopus fuerat datus, Galatas vsque ad beatum finem vitae suae, in opere Domini confortauit. Cordubae, sancti Zoili martyris, cum alijs decem & nouem: cuius corpus, cum longo tempore vbi nam sepultum fuerit, latuisset, venerabili episcopo eiusdem loci, nomine Agapio, ex diuina reuelatione manifestatum est. *In Hungaria, ciuitate Varadiensi, sancti Ladislai,*

Ladislai, regis & confessoris. qui clarissimis miraculis
vsque in hodiernum diem coruscat. q Cathalaunis,
sanctæ Pomæ virginis, sororis sanctissimi Memmij.

Crispinij, p depositio beatissimi Adelini confessoris
Christi. Hic à beato Landelino, super fluuium Hon
cōstitutus, vt Christi athleta vitam virtutibus ador-
natam sedulo ducens, migravit ad Christum. In quo
loco sepultus fuisse creditur, vt miracula crebra mon-
strauerunt. sed postea Crispinio translatus, cum magi-
stro suo adesse monstratur. g Die vigesima septima
sancti patris Sampsonis, hospitum exceptoris.

De Sampson

¶ b In Epheso ciuitate, festiuitas celebratur septē
fratrum dormientium, hoc est, Maximiani, Malchi,
Marciani, Dionysij, Ioannis, Serapionis, Constan-
tini. q † Hoia insula, translatio sancti Florentij Oia mona-
confessoris. p In Gandauo, eleuatio sancti Liuini sterio,
martyris, & translatio secunda corporis ipsius.

Metaphr.

ANNO TATIO.

1 Crescentis mentio fit 2 Tim. 4/3 hist. eccl. c. 4/ ab
Adone Viennensi anno 59, & 101/ à Grutero præfatione
in Clementem. Vbiq̃ credimus diuinam adesse præsentiam.

Quarto Calendas Iulij, luna 28 Iun. D

14. 25. 6. 17. 28/ 9. 20. 1. 12. 23/ 4. 15. 26. 7. 18/ 29. 10. 21. 2

Vigilia Apostolorum Petri & Pauli. &
natis beati Leonis papæ & † r confessoris. doctoris.
b qui sedit Romæ menses decem: Hic eloquentissimus, De Leone 2,
& Græca Latinaq̃ lingua eruditus, sanctam sextam Pontificale
Synodum fecit, quæ in regia vrbe celebrata est: vbi c. 82
dānati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus,
Macarius, Stephanus, & Polychronius, nouus Simō,
qui vnam voluntatem & operationē in Domino Iesu
S 3 Christo

Christo prædicabant. Apud Lugdunum Galliæ,
 1 sancti Irenæi, episcopi & martyris. quem constat
 De vir ill. cap. 45 beatum Polycarpi sacerdotis & martyris fuisse discipulum, ut scribit Hieronymus, & Apostolicorum temporum vicinum. Postea vero persecutione Seueri, cum omni fere ciuitatis suæ populo, glorioso coronatus est martyrio. Alexandria, sanctorum martyrum, Plutarchi, Sereni, Heraclidis, Herois, *bitem Sereni*, Potamiœnæ, Marcellæ, cum alijs tribus. Inter quos præcipue emicuit Potamiœna virgo. quæ primo immensos & innumeros agones pro virginitate desudans, deinde etiam pro martyrio exquisita & inaudita tormenta perpessa, ad vltimū igni cōsumpta est.

¶ *g Die vigesima octaua, reportatio reliquiarum sanctorum Cyri & Ioannis, qui miraculis claruerunt.*

¶ *Item Traiecti, Benigni martyris, atq; pontificis.*
 Si cūm hominibus. ANNOTATIONES.

1 De Irenæo Eusebius lib. 5 historiæ cap. 4. 7. 8 / Rufinus etiam tertio.

2 De Plutarcho & collegis, Eusebius lib. 6 cap. 4 / de Plutarcho etiam cap. 3 / Rufinus c. 4. 5. 3.

29 Iun. E

Tertio Calendas Iulij, luna

15. 26. 6. 17. 28 / 10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 30. 11. 22. 1

1 **R**omæ, natalis beatorum Apostolorum **PETRI & PAULI**, qui passi sunt sub Nerone Cæsare. quorum prior in eadem vrbe, iuxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur: sequens vero in Ostiensi sepultus, pari habetur honore. Eodem die, sancti Marcelli martyris, qui apud castrum Argem-
 tomae

tomacum, pro fide Christi, vna cum Anastasio militari viro, capite plexus est. In territorio Senonico, † beatæ Benedictæ virginis.

al. Beatæ virginis.

ANNOTATIO.

1 De Petro & Paulo multa habent Aloysius parte 1/ & Surius tomo 3. quæ alterutro loco requirantur.

Mirum autem placere Iacobo Fabro, Lini nomine, de passione beati Petri scriptum, matronas Romanas à virorum toris pudicitia prætextu abducentis. Claudius Espencæus lib. 6 de continentia cap. 2. Habent autem Vsuardi exemplaria, quæcunq; consului, Basio & Tusco (aliàs Fusco) consulibus / sed manifesto errore: ijs enim consulibus passus est Laurentius. Neque Vsuardi esse hoc somnium, inde colligo, quod is putarit Petrum & Paulum diuersis annis passos esse. de quo die sequenti.

Errorem itaque sustuli. *Si maior congregatio fuerit.*

Pridie Calendas Iulij, Iuna 30 Iun. 2

16.27.8.19 30/11.22.3. 14. 25/ 6.17.28. 9. 20/ 1.12. 23. 4

Commemoratio sancti Pauli Apostoli. quæ 1

cum beato Petro cruce appenso, cælum gladio necatum excepit vna eademque die, iuxta *Anacl. epist.* traditionem beatorum pontificū, *Anacleti & Gelasij.* 3/ Gelas. de

Romæ, beatissimæ Lucinæ, discipulæ Apo- apocrypho.

stolorum. Lemouicas ciuitate, sancti Martia- 2

lis episcopi. cum duobus presbyteris, Alpiniano 3

& Austricliniano. quorum vita miraculorum

signis admodum effulgit. Ipso die, sancti Cor-

fici presbyteri, & Leonis subdiaconi. In ter-

ritorio Viuariensi, sancti Ostiani, presbyteri &

confessoris. Eodem die, sancti Odonis, episcopi

Urgellensis. Orpiz, sanctæ Adiliæ virginis.

¶ g Die trigesima, congregatio sanctorum & be-

nedictorum duodecim Apostolorum. p Eodem die,

sanctæ Clothsendis virginis.

5 4

Quæ

I V N I V S.

Quæ non est canonizata. In Brabantia, transitus fratris Arnulphi de Bruxella, conuersi monasterij Villariensis. vbi miranda sanctitatis eius gesta habentur †.

*per Gosuinū
uentorem.*

ANNOTATIONES.

*In Acta,
ad finem.*

1 Commemorationis festum instituit Gregorius I. vt est cap. 42 Micrologi. Quod ad lectionem attinet, vetustus Vsuardi codex habet [vna, non tamen eadem die, sed euoluto anni tempore, vt viridifertus Arator scribit.] Sed maiores nostri, præter vocem vnâ, totam hanc sententiam, velut improbabilem, deleuisse videntur. quidam etiam aliam reposuerunt.

2 De Lucina, Ado, ex passione Processi & Martiani.

3 Martialis historia est excusa Lutetiæ anno 66 cum Pseudoabdia, nomine Aureliani episcopi, qui Martiali successit.

Singuli per singula lecta.

I V L I V S



IULIUS HABET

DIES XXXI.

Calendis Iulij, luna

i Iul. G

17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/2.13.24.5^r

Ctava sancti Ioannis Baptista.

p † Machliniae, passio sancti Apud
eti Rumoldi, gloriosissimi mar- Malinas

tyris atque pontificis, Scotorum 1

regis filij, signis & doctrina mira-
bilis. qui regalis celsitudinis so-

lium, & pontificalis dignitatis respuens honorem,

Machliniam petijt, sibi diuinitus reuelatam: quam

octauo Calendas Iulij consecrauit martyrio. Sed quia

eadem die sanctissimi Baptista & praecursoris Do-

mini celebratur natiuitas, Romanus pontifex Ale-

xander quartus passionem * martyris in natiuitatis nostri

praedictae octauis instituit solemnizari. In monte

Hor, depositio Aaron, sacerdotis primi. In ter- Num. 20, 33

ritorio Lugdunensi, depositio beati Domitiani 2

abbatis. qui primus illic eremiticam vitam exer-

cuit, & plurimos sibi in Dei seruitio aggregans,

magnis virtutibus, & gloriosis miraculis valde

clarus, collectus est ad patres, in senectute bona. 3

Ciuitate Engolisma, sancti Eparchij, monachi al. Anin-

& confessoris. † Anisolae monasterio, sancti fulae 4

Carilephi presbyteri. In territorio Remensi,

sancti Theodorici presbyteri, discipuli sancti Theo. vita

Remigij. qui eiusdem magistri sui meritis suffraganti- pag. 27 Su-

bus, a mortuis suscitasse asseritur filiam regis Franco- rij.

rum Theodorici: idemq; rex sanctum defuncti corpus

S 5 proprijs

proprijs humeris ad sepulcrum euexit. p Eodem die, solemnitas sanctæ Regine, q quæ quiescit apud Valencenas, in Dononio, monasterio. In territorio Pruuino, sancti Theobaldi confessoris. In Britannia sancti Leonorij, episcopi & confessoris. Aruernis, depositio beati Galli, episcopi & confessoris.

Si quis frater contum

ANNOTATIONES.
 1 De Rumoldo. Sigebertus de viris illustribus cap. penultimo. Theodoricus monachus & abbas sancti Trudonis, vitam sancti Rumoldi vrbaniore stylo meliorauit. Est capp. 10 manuscripta / & capp. 24 per scriptorem paulò recentiorem. Eandem ex Teutonico emisit Ioannes Domijns pastor Vuavrianus, impressam Bruxell. An. 69. Maiora tamen his deposcerent magna Rumoldi merita.

2 Aaronis acta leguntur in Exodo, Leuitico, Numeris / Ecclesiastici 45 / ad Hebr. 9 /

3 De Eparchio reclauso, Gregorius Turonicus lib 6 historia Francorum, cap. 8 / & vita per fere æqualem, pag. 29 Suriij.

4 Carilephi presbyteri & monachi vita grauiter & erudite conscripta, est hac die apud Surium.

5 De Gallo episcopo, idem Gregorius, lib. 4 historia cap. 5 / & de vita patrum cap. 6 / pag. 23 Suriij.

2 Iul. A

Sexto nonas Iulij, luna

18. 29. 10. 21. 2 / 13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 1

Luc. 1 d

VISITATIO gloriosæ virginis MARIE ad Elizabeth, à domino Urbano cum multis indigentijs instituta. Romæ via Aurelia, natalis sanctorum, Processi & Martiniani. qui à beato Petro Apostolo baptizati; sub Nerone autem oris contusionem, equuleum, neruos, fustes, flammæ, scorpionesq; perpersi, nouissime gladio cæsi, martyrio coronantur. Ipso die, sanctorum trium militum, qui cum beato Apostolo Paulo

Paulo passi sunt. Item, sanctorum martyrum, Aristonis, Crescētiani, Euty chiani, Urbani, Vitalis, Iusti, Felicissimi, Felicis, Martiæ, & Symphorosæ. qui omnes apud Campaniam glorioso martyrio coronati sunt. Turonis, depositio sanctæ Monegundis († virginis). In Britannia ciuitate Vintonia, depositio sancti Suiuthuni, episcopi & confessoris. cuius merita vsque hodie miraculis coruscant. Babenbergæ, sancti Ottonis episcopi & confessoris †.

¶ 9 Die secunda, depositio stolæ sanctissimæ domine nostræ Deiparæ in Blachernis †.

¶ Dominica secunda post festum Ioannis, Binchij, translatio sanctorum, Vrsuarii, Ermini, Theodulphi, Vlgisi, Amoluini, Abel, Hydulphi, & Amalbergæ, de ecclesia Lobienſi, in oppidum Binchiense, facta Anno millesimo quadringentesimo nono. Secundum modum.

A N N O T A T I O N E S.

- 1 Visitationis beatæ Mariæ Euangelicum festum, à Romanis pontificibus institutum est, vt visitatione Deiparæ Ecclesia libera sit à scissura, & incurſione hostili. Extantque bullæ, Urbani VI, & Bonifacij IX, parte 2 Legendæ.
- 2 De Processu & Martiniano, ipsorum per Rom. Eccl. Notarios Gesta. Eisdem celebrat Gregorius papa, Euangeliorum homilia 32. pag. 42 Suriij.
- 3 Ariston & reliqui, quos Vsuardus nominat, conuertuntur, & dant nomina Polycarpo, in Gestis Sebastiani to. 1 Suriij pag. 442/ in Campania martyrio exilij coronantur, in eiusdem gestis, per Liuinum editis, pag. F. 3.
- 4 Monegundis vidua fuit, sed sanctimonialis: & ob id virginis nomenclatura honoratur ab Vsuardo. scribit de ea Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 24, remittens lectorem ad librum quem de eius vita conscripsit. Hoc est, ad Caput decimū nonū libri de vita patrum.
- 5 De Suiuthuno, ex catalogo Scriptorum Britannia. Lamfridus monachus Vintonia, scripsit vitā Suiuthuni episcopi.

¶ religio
se.

Vide 30

Sept. & 500
rium hic.

Zonaras 10.

3 pag. 42.

episcopi, lib. 1. / miracula lib. 1. Claruit Anno 980. Vuolstanus Vintoniensis monachus, alumnus Ethelvoldi episcopi, scripsit Svithuni translationem, per Ethelvoldum factam, An. 970 / De miraculis eiusdem / Gotzelinus Morinensis scripsit vitam Svithuni episcopi. Cuius initium est, Glorioso rege Anglorum Egberto. Cl. An. 1110. Extat, aut epitome eius, apud Surium.

3 Iul. B

Quinto nonas Iulij, luna

19. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7

A Pud Edessam Mesopotamiæ, translatio corporis sanctæ Thomæ Apostoli. Civitate Clusina, sanctorum martyrum, Irenæi diaconi, & Mustiolæ nobilissimæ matronæ. qui passi sunt sub Aureliano principe. In Laodicia Syriæ, sancti Anatholij episcopi. qui non solum religiosus viris, sed & philosophis, admiranda scripta dereliquit. Alexandria, sancti martyris Tryphonis, & aliorum duodecim.

Item Constantinopoli, sancti Eulogij. In Oostkercka, burgo Flandriæ, sancti Guthagoni confessoris, regis Scotiæ. qui ibi peregrinus pro Christo, in pace quiescit. 3 Die tertia, sancti martyris Hiacynthi. & sancti patris Anatholij, episcopi Constantinopolis. 4 Eodem die, Vvibrandis & Mechundis virginum, quæ in Eischel quiescunt.

¶ Ipso die, apud Neocæsaream Ponti, natalis beati Gregorij episcopi.

Quem Romana ecclesia & Græcanica ponunt mensis Nouembri. Item, beati Heliodori, episcopi Altinensis.

ANNOTATIONES.

1 De Irenæo, Mustiola, & Felice, extant gesta martyrij, quod in Tuscia pertulerunt. pag. 76 Surij.

2 De Anæ

2 De Anatholio, Eusebius lib. 7 hist. ecclesiasticæ, cap. 26 / Rufini 28. *Is autem frater qui gravioris culpæ.*

Quarto nonas Iulij, luna 4 Iul. C

20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8

O Seæ prophetæ & Aggæi prophetæ. Turonis, translatio beati Martini episcopi & confessoris: & ordinatio episcopatus eius: & dedicatio basilicæ ipsius. In Africa, sancti Iucundiani martyris in mare merisi. Apud Sirmium, sanctorum martyrum Innocentij & Sebastianæ, cum alijs triginta. In territorio Bituricæ ciuitatis, sancti Lauriani episcopi, cuius caput Hispalim ad Hispanias deportatum est. Apud prouinciam Rhetiam, ciuitate Augustana, natalis beati Vdalrici, episcopi & confessoris, qui multis & inauditis miraculis claruit. Apud Blanciacum, depositio sanctæ Bertæ pijsimæ abbatissæ, quæ ibidem vitam finiuit in pace, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. 3 Die quarta, sancti patris Andreae Cretensis, Hierosolymitani. *Si quis fratrum præsump.*

ANNOTATIONES.

1 De Martini translatione, ordinatione, & basilica, Gregorius Turonensis lib. 2 hist. cap. 14 / Capitulum castri noui epist. 2 cap. 10. Guibertus abbas Gemblacensis in epistola de scriptoribus signipotentis Martini. Odo (primus abbas Cluniacensis) historiam translationis corporis sancti Martini in Burgundiam, & relationis in Turoniam, inauditis eatenus & incomparabilibus plenam miraculis, ad Fulconem, cognomēto bonum, Andegauorum Comitē, luculēto sermone descripsit / Adelbaudus, Ultraiectēsis episcopus, cantū nocturnalē in eius laudem composuit: triumphum quoq. ipsius de Danis & Sueuis, Turo-

Turo-

Turoniam infringere volentibus, etsi non multo sermo-
nis cultu, magno tamen pietatis affectu conscripsit. Ha-
bentur Ms. Louanij ad S. Martinum.

2 De Vdalrico siue Vlrico. Berno siue Bernardus, Au-
gustia abbas, cultiori stylo reddidit vitam sancti Vdalrici ad
reuerendissimum patrem Frideboldum. Extat in Surio.
Obijt An 1048. Idem negotium, ait Berno, corrigedi stu-
dio attentauit veneranda memoria Gebhardus, qui post
beatum virum quartus eiusdem Augustae ecclesiam rexit,
nulli modernorum doctorum secundus, sed morte pre-
uentus dereliquit infectum. Id est, imperfectum.

3 Jul. D

Tertio Nonas Iulij, luna

31. 2. 13. 24. 5/16. 27. 8. 19. 30/ 11. 22. 3. 14. 25/ 6. 17. 28. 9

1 **A** Pud Syriam, natalis sancti Domitij mar-
tyris. qui virtutibus suis multa incolis be-
2 neficia praestat. Romae, sanctae Zoae martyris.
quae dum ad confessionem Petri Apostoli oraret, a
persecutoribus arctata, ^b ducta est ad patronum *nati-
machiae*, & in custodiam obscurissimam trusa,
deinde a collo, & a capillis in arbore suspensa.
adhibito subter horribili fumo, in confessione
Domini emisit spiritum. *Treniris, depositio
sancti Numeriani archiepiscopi. 3 Die quinta, sanctae
Marthae, matris sancti Simeonis, in mirabili
monte. & sancti deiseri patris Athanasij, qui fuit in
Atho. & sancti Lampadi. Omni sollicitudine.*

ANNOTATIONES.

1 De Domitio Gr. Turonensis de gloria martyrum
cap. 100.

2 Zoae conuersionem scribunt Notarij Romani in Ge-
stis Sebastiani to. 1 Surij pag. 439/ passionem pag. 450.

6 Jul. E

pridie Nonas Iulij, luna

22. 3. 14. 25. 6/17. 28. 9. 20. 1/ 12. 23. 4. 15. 26/ 7. 18. 29. 10
Apud

A pud Iudæam, Isaïæ prophetæ. qui sectus
in duas partes occubuit, sepultusque est
sub quercu Rogel, iuxta transitum aquarum.

Item octauæ † Apostolorum. & primus † *Leond
sermo.
act. vlc.*
Apostoli Pauli ingressus in urbem Romam, an-
no secundo Neronis imperij. Romæ, natalis
sancti Tranquillini martyris. qui † ad prædicatio- *Gesta Seba-
stiani 10. a
Surij.*
nem sancti Sebastiani martyris conuersus ad Chri-
stum, à sancto Polycarpo presbytero baptizatus, & à
sancto Caio presbyter ordinatus est. Hic dum ad
beati Pauli confessionem oraret, tentus à paga-
nis, ac lapidatus, martyrium consummauit. In
pago Treuirensi, sancti Goaris, presbyteri & confes-
soris. ^b qui in prouincia Aquitania ortus, tempori-
bus Hildeberti regis Francorum, patriam parentesq;
deseruit: & in prouincia quæ ripi Rheni fluminis
contigua, Trigoria nuncupatur, atque ad diocesim
pertinet Treuirorum, Deo libere inseruire delegit,
vsque in finem vitæ suæ. In teritorio Gestel-
lensi, passio beatæ Godoleuæ martyris. In Britan-
nia, depositio sanctæ Sexburgæ viduæ †. In Cam- ³ *Beda l. 4.
cap. 19.*
pania, sub Dioclitiano, sanctæ Dominicæ virginis &
martyris. quæ idolis fractis, igne, bestijsque, superatis,
decollata migravit ad Dominum. cuius corpus Tro-
peæ quiescit in Calabria. ^g Die sexta, sancti patris
Sisoæ magni.

† Rotornaci, translatio sancti Hermetis, martyris sub
Hadriano principe, ex Indensi monasterio.

ANNOTATIONES.

[†] De Isaïa Epiphanius & Isidorus de vitis propheta-
rum: & varia patrum fragmenta.

^a De Goare. Tritthemius. Vuandelbertus diaconus &
monachus Prumiensis cœnobij, Ordinis sancti Benedicti
Treu-

Treu-

Treuirensis diocesis, scripsit ad Marcuardum abbatem vitam sancti Goaris presbyteri, libro 1/ miracula, lib. 1/ Vixit anno 850.] Vtrumque librum edidit Surius.

3 De Godoleua. Iac. Meierus in commentario rerum Flandriæ anno 1070. Godoleuæ vitam luculenter perscribit ad Ratbodonem episcopum Drogo monachus, sacerdos id temporis Gestellensis. Extat pag. 111 Suriij.

7 Iul. F

Nonis Iulij, luna

23. 4. 15. 26. 7/18. 29. 10. 21. 2/13. 24. 5. 16. 27/ 8. 19. 30. 11

A Pud Alexandriam natalis sancti Pantani, viri Apostolici, & omni sapientia adornati. Cui tantum studij & amoris erga verbū Dei fuit, vt etiam ad prædicandum Christi Euangelium omnibus gentibus, quæ in Orientis vltimis secessibus reconduntur, fidei & deuotionis calore succensus, profectus sit. Romæ, sanctorum martyrum, Nicostrati ^b primiscrinij, Claudij, Castorij, Victorini, Symphoriani. ^b Hos beatus Sebastianus credere Christum docuit, & sanctus Polycarpus presbyter baptizauit. Qui cum corpora sanctorum per ora Tyberina requirunt, tenti sunt. Quos Fabianus iudex per decem dies minis & blanditijs agens, cum in nullo penitus posset commouere, iussit eos tertio torqueri, ac postea in mare præcipites dari. ¹ Eodem die, sancti Vuilibaldi, episcopi & confessoris. ⁹ Treuiris, natalis sancti Nauiti, episcopi & martyris. ⁸ Die septima, sancti patris Thomæ in Malæo. & sanctæ megalomartyris Cyriacæ.

Notarij in
gestis Seba-
stiani.

⁹ Apud Cantuariam, translatio sancti Thomæ, episcopi & martyris. ⁵ Andennæ, translatio sanctæ Beggæ viduæ. ⁶ Saxater qui proprio.

ANNO.

ANNOTATIONES.

- 1 De Pantano Eusebius lib. 5 historiae eccl. cap. 10 /
Origenes apud eundem lib. 6 cap. 13 / Rufini 15.
2 De Vuilbaldo episcopo primo Aestheti, Bruschius
de episcopatibus. Reginoldus 11 episcopus Aesthetensis,
tribus Othonibus longe charissimus, scripsit vitas Vuili-
baldi ac Vuinibaldi fratrum : obiit anno 989.

Octauo Idus Iulij, Iuna

8 Jul. G

24. 5. 16. 27. 8 / 19. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 12

A Pud Asiam minorem, sancti Aquilae, & Rom. 16
Priscillae uxoris eius. de quibus in Actibus 1 Cor. 16
Apostolorum scribitur. In Palaestina, natalis Act. 18
beati Procopij martyris. qui ab Nicopoli ductus
Caesaream, ad primam responsionum eius con-
fidentiam, a iudice Fabiano capite caesus est.
b In pago Austriae, & castro nomine Vuirciburg,
iuxta Maenum fluvium sito, natale sancti Kiliani mar- Kiliani hi-
tyris, & duorum sociorum eius. qui de Hybernia Sco- storiæ ha-
torum insula venientes, nomen Christi in praedictis lo- bet Surin.
cis praedicauerunt: ibique ob veritatis confessionem, sub
quodam iudice Gosberto, trucidati sunt: et multis postea
signis veri Christi martyres esse claruerunt. r Item
sancti Pauli, martyris Constantinopolitani. p Item
monasterio Belisia, sanctae Landrae virginis. 2
Vintonia ciuitate, depositio beati Grimaldi ab- 3
batis, & monachi Sithiensis cenobij. q In pago
Pinciacensi, sancti Nomij confessoris. Treuiris,
sancti Auspicii episcopi. In pago Treuerico, sancti
Disibodi episcopi & confessoris. 4
r Augusta Viromandorum, inuentio corporis san-
cti Quintini martyris. p In Gemblaco, aduentus
corporis sancti Exuperij, signiferi Thebae legionis,
& martyris gloriosi.

T

In An-

6 In Anglia, sanctæ Vuiteburgæ virginis.
ANNOTATIONES.

- 1 Procopij martirium citat septima Synodus actione
4. quod in sua metaphrasi habet Simeon, 8 die Iulij. De eodem Eusebius lib. 8 hist ec. c. 12. quod in Rufino abest.
- 2 Landradæ historiam scripsit Theodoricus abbas. Quam edidit D. Surius hac die.
- 3 Grimaldi vitam, vt habet Catalogus Brytanniæ, scripsit Gotzelinus Morinensis, monachus sancti Bertini. Incipit, Vrbs Morinorum quondam ampla. Claruit Anno 1110.
- 4 De Disebodo S. Hildegardis abbatissa Bingenfis libro 3 vitæ suæ per Theodoricum cap 25. Vitam & merita sancti Disebodi conscripsi, ab abbate meo & fratribus humillima instantia & deuotione coacta. Est tomo 4 Surrij, pag. 141.
- 5 De Exuperio, S. Eucherius cap. 6 vitæ Thebæorum.
- 6 Vuiteburgæ vitam supradictus scripsit Gotzelinus. vt notat auctor Catalogi Britannici. *Omnis ætas.*

9 Iul. A

Septimo Idus Iulij, Luna

25. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 11

Romæ ad Guttam iugiter manantem, quæ aliàs dicitur, ecclesia sanctæ Mariæ, fontis olei trans Tyberim, natalis sancti Zenonis martyris, & aliorum, decem millium ducentorum trium.

S. Cyrilli
martyrium
est 20. 4 Surrij.

Eodem die, sancti Cyrilli episcopi, qui flammis iniectus, cum illæsus euasisset, ac stupore tanti miraculi à iudice esset dimissus, rursus pro instanti & alacri prædicatione facta de Christo, ab eodem capite plexus est. In ciuitate Thyro, passio sanctorum, Anatholiæ & Audacis, sub Decio imperatore. quorum Anatholia Christi virgo diuersis generibus plagarum vexata, nouissimè gladio transfuerberata est in oratione. Audax quoq; in custodiam datus. Nec mora, capitali

pitali sententia coronatur. Ciuitate Martula, sancti Brixij episcopi & confessoris. qui pro confessione Domini, postquam est multa perpeffus, & ab angelo sancto, & à beato Petro Apostolo confortatus, magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrificiens, quieuit in pace. *Coloniæ, sancti Agilolphii, eiusdem vrbis archiepiscopi, & martyris. Ellarius Monast. xviij.*

ANNOTATIONES.

1 Anatholiam laudat sanctus Aldhelmus episcopus, & Metro *vsq;* *mo.* profa & carmine in libris de virginibus. Locum passionis Vluardus Thyrum nominat: alij, Thurium, aut numero plurali Thyre. Martyrium ex Ms. codicibus descriptit Surius.

2 De Agilolpho. Guil. Eisengrenius Spirensis dicit sanctum Brunonem Coloniensem archiepiscopum descripsisse vitas, Euergisli, Proculi Sufatensis, Eliphii, Gregorij Spoletani, & Agilolphii. Quod vnde habeat, ignoro.

Sexto Idus Iulij, luna

10 Iul, B

26. 7. 18. 29. 10 / 21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14

Romæ, septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est, Ianuarij, Felicis, Philippi, Siluani, Alexandri, Vitalis, Martialis. E quibus Ianuarius, tempore Antonini, post verbera virgarum, & carceres, ad plumbatas, occisus est. Felix & Philippus fustibus mactati. Siluanus præcipitio interemptus est. Alexander, Vitalis, & Martialis, capitali sententia puniti. In Africa, natalis sanctorum, Ianuarij, Marini: Naboris & Felicis, decollatorum. *b quorum corpora Mediolanum translata sunt.* Item Romæ, sanctarum virginum, Rufinæ & Secundæ. *a* quæ sub persecutione Valeriani & Gallieni *T 2* tormen-

tormentis subactæ, ad vltimum, vna capiti illiso gladio, altera cæsa ceruice, migrauerunt. In portu Gandauo, p̄ in monte Blandinium dicto, sanctissimæ virginis Christi Amelbergæ. Eodem die, Laubaco cœnobio, depositio sanctæ Amelbergæ* electæ. q̄ quæ signis clara, mira veneratione fidelium colitur. Ciuitate Ottoniensi, sancti Canuti regis, & protomartyris Danorum, qui anno millesimo octuagesimo sexto in basilica sancti Albani martyris, manibus in modum crucis solo tenus expansis, orans, mortem pro Christo passus est à suo familiari. Passi sunt cum eo Benedictus frater, & alij septemdecim. Latijs ex Fisciaco, p̄ natale sancti Ettonis, episcopi & confessoris. ḡ Die decima, sanctorum quadraginta quinque martyrum in Nicopolis Armeniæ.

3
Surius, pag.
170.

De hoc Ca-
nuto, Saxo
lib. 11

cap. 4 vite
Franc.

Metro pe-
nult.

ii Iul. C

¶ In Artesia oppido Lens, obiit Pacificus, primus minister frater Minorum in Francia. cuius meminit Bonauentura. *Humilitatem ante omnia.*

ANNOTATIONES.

1 Septē fratrum & Felicitatis matris, extat martyrij gesta, grauius per Notarios Rom. eccl. collecta, pag. 155 Surius.
2 De Rufina & Secunda, Ado in martyrologio / Aldelmus in profaico libro, & in metrico de virginibus / item Romanum Breuiarium ex plenioribus gestis, quæ Surius habet pag. 158.

3 Amelbergæ virginis historia extat Ms. quæ in Camera, ac alibi, titulum habet Theodorici abbatis; vt suspicor, sancti Trudonis. Hic enim circa annum 1100 vitas sanctorum conscripsit. Videtur tamen, prout eam legi, non nihil vitiata. Habetur præterea sermo sancti Radbodi, Ultraiectensis episcopi, de vita & meritis paradoxæ virginis Christi Amelbergæ.

Quinto Idus Iulij, luna

27. 8. 19. 30. 11 / 22. 3. 14. 25. 6 / 17. 28. 9. 20. 1 / 12. 23. 4. 15
Tranlla.

Translatio sancti Benedicti abbatis de Italia, in Floriacum Galliarum monasterium: & sanctæ Scholasticæ sororis eius, in partes Cenomanensium. Apud Armeniam minorem, ciuitate Nicopoli, natalis sanctorum martyrum, Ianuarij & Pelagiæ. qui equuleo, vngulis, & testarum fragmentis, diebus quatuor cruciati, martyrium impleuerunt. In territorio Senonico, beati Sidronij martyris. Item in territorio Pictauesi, sancti Sabini cōfessoris. ¹ Roma, beati Pij papæ (& martyris.) ^q Treuiris, ^{De Pio Pontificale c. 11} sancti Hidulphi, episcopi & cōfessoris egregij. ^{Vuibergæ in Dacia, sancti Ketillicōfessoris. Substantia Monasterij.}

ANNOTATIO.

¹ De Benedicti translatione notatus est Adreualdus die 21 Martij. Historia, quæ hoc die passim legitur, & incipit, Cum diu gens Langobardorum, scripta est, teste Tritthemio, à Theodorico Teutonico, Ordinis sancti Benedicti. Qui claruit An. M. C. XL. Idem scripsit & secundam translationem, cuius initiū est, Cum cælestium.

Quarto Idus Iulij, luna

12 Iul. D

28.9. 20. 1. 12/ 23. 4. 15. 26. 7/ 18. 29. 10. 21. 2/ 13. 24. 5. 16

Apud Cyprum, beati Iásonis, antiqui Christi discipuli. In Aquileia, natalis sancti Hermagoræ episcopi, discipuli beati Marci Euāgelistæ. qui inter miracula sanitatum, & prædicationis instantiam, ac populorum conuersionem, plurima pœnarum genera expertus, ad vltimum cum Fortunato archidiacono suo, capitali supplicio perpetuum meruit triumphum. ¹ Mediolani, sanctorum martyrum, Naboris & Felicis. ² In Tuscia, ciuitate Luca, beati Paulini, ³ eiusdem

T 3

eiusdem

eiusdem ciuitatis primi episcopi. qui sub Nerone in radice montis Pisani, post multos agones, martyrium suum consummauit. Item, sancti Ioannis Gualberti. q̄ Lugduno Gallia, depositio sancti Vuen-
centij episcopi. In Pompeia ciuitate, sancti Vin-
centij martyris. cuius passio habetur. In territorio Bituricensi, beati Meinulphi praesulis. ḡ Die duo-
decima, sanctorum martyrum, Procli & Hilarij,
& sancti patris Michaelis Maleni.

Præcipue hoc vitium. ANNOTATIONES.

- 1 De Iasone Act. 21 c / 17 b / Rom. 16. Per multi libri habent mendose Nafonis.
- 2 De Nabore & Felice Præfatio Ambrosiana in Liturgicis / Paulinus circa finem vitæ Ambrosij / basilicæ meminit Ambr. epistola 85.
- 3 Ioānes Gualberti instituit Ordinem vallis vmbrosæ. Eius vitam edidit Blasius Melanensis, generalis eiusdem Ordinis. Quam D. Surius videtur edidisse.

13 Iul. E

Tertio Idus Iulij, luna

29.10.21.2.13 / 24.5.16.27.8 / 19.30.11.22.3 / 14.25.6.17

Pontificale
cap. 5.

* Apo-
stoli

- I** Oël & Esdræ prophetarum. Romæ, depo-
situs Anacleti papæ, (r̄ & martyris) Apud
Macedoniam, natalis sancti Silæ * r̄ episcopi. qui
cum esset vnus de primis fratribus, & ab Apo-
stolis ad ecclesias gentium destinatus, prædica-
tionis officium, gratia Domini plenus, instanter
consummauit, atque in passionibus suis Chri-
stum clarificans, postmodum requieuit. In
2 Africa, sanctorum confessorum, Eugenij Car-
thaginensis, episcopi fide ac virtutibus gloriosi,
& vniuersi cleri ecclesiæ eiusdem. qui cæde, in-
diaque macerati, fere quingenti vel eo amplius,
inter

inter quos plurimi erant lectores infantuli, gaudetes in Domino, procul exilio crudeli extrusi sunt. Erant autem in eis nobilissimi, archidiaconus, nomine Salutaris, & Murita, secundus in officio ministrorum †. Qui tertio confessores ^{sive diaconorum.} effecti, gloriosæ in Christo perseverantiæ titulo illustrati sunt. *Hic Murita frementi Elpidophoro ostendit sabana, quibus eum dudum texerat, suscipiens de alveo fontis: totamque civitatem ad fletum commouisse dicitur, his pluribusque verbis: Hac sunt minister erroris lintamina, quæ te accusabunt dum Maiestas venerit iudicantis, custodiente diligentia mea ad testimonium tuæ perditionis. Hac te acrius persequentur, flammantem gehennam cum coeperis possidere. In Britannia minori, sancti Turiani episcopi & confessoris, miræ simplicitatis, & innocentiae, viri. p: Item in Cantia, sancta Mildradæ virginis, iam in Dauentriam translata. g Die decima tertia, memoria sancti patris Ioseph, confessoris Thessalonica †.*

¶ Eodem die apud multos, festum beatæ Margaritæ. ^{Zonaras 10.}

Dominica die proxime sequenti, Bruxellæ, festiuitas ^{3 pag. 102}

CORPORIS CHRISTI, miraculis clarissimi.

ANNOTATIONES *Sicut scriptum est.*

1 De Sila, Actuum 15, 16, 17, 18. Hieronymus Damato, epist. 143.

2 De Eugenio & clero eius, Victor lib. 3 Vuandalicæ persecutionis. De Eugenio quoq. libro 2/ & Greg. Turonensis lib. 2 historiæ cap. 3. Puto autem infantulos siue pueros, à Victore lectores dici, non ab Ordine suscepto, sed quia discabant modum legendi & psallendi ecclesiasticum officium. Habuerat enim eos, discipulos Teucharius exlector, id est, lector apostata.

3 De Corpore Christi miraculoso Bruxellæ. Acta Iudaicæ persecutionis anno 1369, atque miracula

T 4 quæ post

quæ post contigerunt, impressa sunt Coloniae Anno 32.

14 Iul. F

Pridie Idus Iulij, luna

30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.1.12.23.4/15.26.7.18 r

- 1 **L** Vgduni, depositio sancti Bonaventura, Car-
 2 dinalis & episcopi Albanensis, Ordinis Mino-
 rum. Apud Pontum, natalis beati Phocæ, epi-
 scopi ciuitatis Sinopis. qui sub Traiano impe-
 ratore, carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam,
 pro Christo superauit. ^b Cuius reliquie in basi-
 Ado Vien. lica Apostolorum, in Viennaciuitate Gallie habentur.
 An. 101
 3 Alexandria, sancti Heraclæ antistitis. ob
 cuius opinionem celeberrimam, memorat se
 Africanus historiographus ad eum properasse.
 4 Apud Babenberge, sancti Henrici secundi, Ro-
 manorum imperatoris & confessoris. qui obiit Anno
 Domini millesimo vigesimo quarto. ^p Apud
 Sonegias, depositio beati Vincentij confessoris Chri-
 sti. ^q qui in monasterio quod Altus mons dicitur,
 tonso capite vixit plurimis annis sub sancta regula,
 seruata charitate separatus à sancta Vualde trude
 * passio S. coniugesua. In Hasbania, eodem die, * inuentio
 Lietberti sancti Libertii martyris, ^q vita & meritis gloriosi.
 Rumoldi quem inclutus martyr, beatissimus Rumoldus, triduo
 vita extinctum submergio, diuina suscitauit virtute, fi-
 deque imbuit & doctrina. Illo autem tempore quo
 Nortmanni, Dani, & Hunni, Brabantiam & adia-
 centes Prouincias igne vastabant, & gladio, ante
 sancti Trudonis aram, vitam glorioso consummanit
 5 martyrio. Dauentria, sancti Marcelmi, presby-
 teri & confessoris, discipuli sancti Vuillibrordi epi-
 scopi. qui partes Transsylvanas, locum Oudenzeel,
 Trentam

*Trentam ac Tuentam, Couordiam, ac Dauentriam
rexit, & Dei providentia totum ferme populum,
Christo prædicando est lucratus. Truncinio mona-
sterio, p passio sancti Basini regis & martyris. q In
Aicuria, sanctæ Ragenuslæ virginis. Apud Tre-
uerim, sancti Iusti confessoris. Sicut sibi inuicem.*

ANNOTATIONES.

1 Eustathij Bonauenturæ vitam scribit succincte Si-
xtus quartus in literis canonizationis. quæ extant to-
mo secundo opusculorum Bonauenturæ. Habetur ibi-
dem relatio Ioannis Francisci de Pauinis ad Pontifi-
cem, pro Canonizatione / & tum ibi, tum apud Su-
rium, oratio Octauiani Sueslani, aduocati sacratissimi
consistorij.

2 De Phoca. Narratio Asterij episcopi Amasæ, in
sanctum Christi martyrem & Myrtam, Phocam Sino-
pensem, habetur in Metaphr. in qua pulchre differitur
quomodo sit nautis conuiuia. Eiusdem gesta citat Vin-
centius libro vndecimo Speculi cap. 62 & tribus sequen-
tibus. Videndum autem num Vsuardus diuersos Phocas
confundat.

3 De Heracla. Eusebius lib. 6 historiæ, Capitibus apud
Rufinum 12, 15, 19, 23.

4 De Henrico. Sigebertus Gemblacensis de viris ill.
cap. 139. Adelbodus, ex clerico Lobienfi episcopus Vi-
traiectensis, scripsit vitam secundi Henrici imperatoris.
Idem in chronicis notat, Anno 1024.

5 Marcelmi, vel Marcellini, loca prædicationis ab ipso-
met nominantur, vitæ Suuitberti cap. 14/ De eodem S.
Ludgerus cap. 1 vitæ Suuitberti.

Idibus Iulij, luna

15 Iul. 6

1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29. 10 / 21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19

NI sibi, natalis sancti Iacobi episcopi, magne
virtutis viri, ^b ita vt ad eius preces sæpe vrbs
discrimine sit liberata. Hic vnus fuit ex numero
T 5 confes-

confessorum sub persecutione Maximini, & eorum qui in Nicena synodo, peruerfitatem Arij homoufij oppositione damnauerūt. Romę in portu, natalis sanctorum, Eutropij, Sozimę, & Bonosę, sororum. Apud Carthaginem, sanctorum, Catulini diaconi, Ianuarij, Florentij, Iulię, & Iustę. qui sunt positi in basilica Fausti.

Alexandrię, sanctorum, Philippi, Zenonis, Narsei, & decem infantum. Eodem die, festiuitas omnium Apostolorum, hoc est, quando diuisi sunt abinuicem. quod, vt Beda scribit, anno à passione Domini duodecimo, factū est. Cantuarię, depositio san-

Beda lib. 3. c. 20 / l. 5. c. 1 **cti Deus dedit †, sexti archiepiscopi, & confessoris. Ciuitate Oudensele, natale sancti Plechelmi episcopi. † Papię, sancti Felicis, episcopi & martyris.**

Bruschius in 7 episcopo Herbipoliz. **† Eodem die, sanctę Reginsuindę virginis †. † † Atrebatı, p anno Dominicę incarnationis**

ostingentesimo nonagesimo tertio, relatio corporis sancti Vedasti à Bellouago ad proprium locum, post annos duodecim, menses nouem, dies viginti quatuor.

† In Anglia, translatio Suihuni episcopi, & sciorum eius, episcoporum & confessorum.

Cap. 22. Ipso die Hierosolyma ab exercitu Christianorum capta est, anno milleno cum centesimo minus vno. In Raczburg. Ansucri monachi, cum suis, lapidati. de quibus Helmoldus in historia Slauorum. **Septimanarij**

ANNOTATIONES.

Cap. 1. **1** De Iacobo. Theodoretus lib. 1 hist. cap. 7. Constat Iacobum episcopum Antiochię in Mygdonia, quam vocant Syri & Assyrij Nisibin, mortuos suscitasse, & vitę restituisse, aliaque fecisse innumerabilia miracula. quibus in historia, quę Philotheos inscribitur, separatim expositis, non putauı hac in narratione locum futurum.

Scribit

Scribit de eodem lib. 2 cap. 30 / & Gennadius cap. 1
catalogi.

2 Per Catulini natale sermonem Augustini notat Pos-
sidius in indiculo. sed non extat.

3 De Apostolorum diuisione scribit Rufinus, circa ini-
tium expositionis symboli Apostolorum. Item, Chryso-
stomus 30 Iulij. Plura adfert Vuicelius in hagiologio.

Decimo septimo Calendas Augusti, luna 16 Iul. A

2.13. 24.5.16 / 27.8.19.30.11 / 22.3.14.25.6 / 17.28.9.20

A Pud Antiochiam Syriæ, natalis beati Eu-
stachij, episcopi & confessoris, sub Con-
stantio imperatore. qui ob Catholicam fidem in
Traianopolim ciuitatem Thraciæ pulsus exilio,
ibidem requieuit. In Ostia, passio sancti Hila-
rini monachi. qui cum nollet sub persecutione
Iuliani sacrificare, fustibus cæsus, martyriū sum-
psit. p: *Traiecti, sanctorum confessorum, Monulphi
& Gondulphi q episcoporum Tungrens is ecclesie.*

Treuiris, sancti Valentini, episcopi & martyris.

*Sanctis, sanctæ Raineldis virginis & martyris, soro-
ris beatæ Gudilæ. quæ cum Grimoaldo subdiacono &*

*De Rainelde
Surius ex
Ms.*

*Gödulpho familiari, ab Hunis pro fide Christi palmam
martyrij accepit. g Die decima sexta, sancti hiero-
martyris Athenogenis †, & decem eius discipulorum.*

*De Aibena
Met apbr.*

¶ q Item, canonizatio beati patris Francisci.

*Monasterio Sithiu p sancti patris * Bertini corpus, nostrum
a beato Folquino trās fertur, & recōditur anno octin-
gentesimo quadragesimo sexto. q In Hispanijs,
triumphus sanctæ Crucis, ob præclaram victoriam,
quæ per symbolum Crucis contra Mauros habita est.*

ANNOTATIONES.

1 De Eustachio, vel Eustathio, Theodoritus lib. 1. hist.
eccl. cap.

eecl. cap. 7 & 20 / Cassiodorus tripartitæ lib. 1 cap. 4 / & libro 2, ex Theodorito. Nicephorus libro vnico, anno 486 scribit de gloriosa corporis ipsius allatione.

2 De Hilarino sanctus Terentianus in passione Ioannis & Pauli / item Ado Treuerensis ex Ms. annotatione Gestorum S. Donati martyris. *Infirmorum cura*.

17 Iul. B

Decimo sexto Calendas Augusti, luna

3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 26. 7 / 18. 29. 10. 21

al. Ianuarie

- I**N Carthagine, natalis sanctorum martyrum, Scillitanorum. id est, Sperati, Natali, Cythini, Beturij, Felicis, Aquilini, Letatij, † Ianuarij, Generosæ, Bessæ, Secundæ, Donatæ, sub Saturnino præfecto. qui post primam confessionem in carcere missi, & in ligno confixi, deinde gladio decollati sunt.
- b** *Horum reliquiæ, cum ossibus beati Cypriani, & capite sancti Pantaleonis martyris, ex Africa in Gallias translata, venerantur Lugduni, in basilica beati Ioannis Baptista. r Eodem die, sancti*
- 2** *Alexij confessoris. qui post vitam gloriosam atque laudabilem, sepultus est Romæ, in monasterio sancti Bonifacij papæ. q Ticini, sancti Enodij, episcopi & confessoris. Mediolani, depositio sanctæ virginis Marcellinæ. In Anglia, sancti Kenelmi pueri, regis Merciorum, & martyris. In monasterio Argenton, p: ipso die, sancti Fredegandi confessoris. Licet ipsa natura.*

ANNOTATIONES.

1 Per Scillitanorum natalem Augustinus sermonem habuit, teste Possidio. Reliquiarum translatarum meminit in Cyprianicis Pamelij, metrum Agobardi, quem Ado Viennensis nominat chorepiscopum Lugdunensem.

2 Alexij,

2 Alexij, siue Alexis, vulgaram historiam diserte scribit
Simcon metaphrastes, pag. 220 Suriij.

3 Marcellinæ sororis meminit Ambrosius initio tertij
libri de virginibus / in fine de excessu fratris / epist. 33 / &
præfatio inter Ambrosianas.

Decimo quinto Calendas Augusti, luna 12 Iul. ☾

4.15.26.7.18 / 29.10.21. 2.15 / 24.5.16. 27.8 / 19.30.11.22

A Pud Tiburtinam urbem Italiae, sanctæ
Symphorosæ, cum septem filijs, Cres-
cente, Iuliano, Nemesio, Primitiuo, Iustino, *Ex Gestis*
Stacteo, Eugenio. Quorum mater sub Adriano *nondū edita.*
principe ob insuperabilem constantiam, pal-
mis diu cæsa, deinde crinibus suspensa, nouissi-
me saxo † alligata, in flumen est præcipitata. *al. alligata*
Filijs autem stipitibus ad trochleas extensi, di-
uerso mortis exitu martyrium compleuerunt.

b Altera autem die, Adrianus præcepit corpora
eorum in foueam altam proijci. & pontifices tem-
plorum posuerunt nomen loci illius, Ad septem †
biothanatos. Apud Carthaginem, sanctæ * *violenter*
Guddenes virginis. quæ iussu Rufini procon- *mortuos.*
sulis, ob Christi confessionem, quater diuersis *al. Gud-*
temporibus equulei extensione vexata, & *denis*
ungularum horrenda laceratione cruciata, car-
ceris etiam squalore diutissime afflicta, no-
uissime gladio cæsa est. Ciuitate Dorostoro,
sancti Æmiliani & martyris. & sancti martyris
Hiacynthi in Anastride. † Apud ciuitatem Me-
tensium, sancti Arnulphi episcopi. qui sanctitate *De Arn. 10*
& miraculorum gratia illustris, eremiticam vi- *ANG.*
tam ducens, beato sine quieuit. Ipso die, san-
cti Materni, episcopi & confessoris q̄ in Mediola-
no. In pago Castrensi, in sylua quæ Aquilina
dicitur,

*Pred. passio
extat pagi-
na 233 Su-
rij.*

dicitur, sancti Arnulphi, episcopi & martyris Tu-
ronensis. qui contemporalis & discipulus noscitur
fuisse beati Remigij. p: Item Traiecti, Frederici,
eiusdem loci episcopi & martyris. q qui innocens à
nocentibus pro veritate occisus est ante sanctum al-
tare Dei, post Missæ celebrationem, sepultus eodem
loco. a Brixia, depositio sancti Philastrij, ipsius
civitatis episcopi, qui contra omnes pene hæreses,
& maxime contra Arianam perfidiam, quæ tunc
nimium præualebat, fidei vigore pugnavit, & ob
hoc verberibus castigatus, stigmata Domini nostri
Iesu Christi suo portabat in corpore.

¶ P Apud civitatem Huiensem, translatio corporis
gloriosæ virginis Odilæ,

ex societate undecim millium virginum. In terri-
torio Iuliacensi, pago Arns Vuilre, natale beati Ar-
noldi, cytharædi Caroli magni, & confessoris, multæ
erga pauperes pietatis viri. Eodem die, natalis bea-
ti Theodorici Metensis episcopi, consobrini Othonis
primi. In Nortmannia, sancti Clari, monachi, &
martyris. Mensis fratrum edentium.

ANNOTATIONES.

1 De Æmiliano, 6 tripartitæ cap. 16/ Prosper in chro-
nicis An. 396.

2 De Philastrio fusius Ado in martyrologio. Transla-
tionem scribit B. Rambertus, 40 Brixia episcopus, & in
ea citat sermonem vitæ beatissimi Philastrij pontificis,
editum à præfule Gaudentio, qui Philastrio immediatè
successit. Vterq. extat tomo 4 Aloysij, & Surij. Meminit
& rhythmicus hymni, quem in eius honorem Gauden-
tium composuisse ferunt.

3 De Theodorico. Sigebertus de viris ill. cap. vlt. Me-
tis positus in ecclesia sancti Vincentij, ad instruendos
pueros, scripsi vitam sancti Theodorici episcopi, condi-
toris ipsius ecclesiæ.

Decimo

Decimo quarto Calendas Augusti, luna 19 Iul. D.

5.16. 27. 8.19/ 30.11.22. 3.14/ 25.6. 17. 28.9/ 20. 1.12. 23

Natalis sancti Epaphræ. qui à beato Paulo *Col. 1.4/ ad Philemonem*
 Colossis ordinatus episcopus, clarus vir-
 tutibus, ibidem martyrij palmam, pro ouibus
 Christi sibi commendatis, virili agone perce-
 pit. Apud Thebaidem, sancti Arsenij, de quo in *1*
 verbis seniorum refertur, quia propter redun- *In vitis Pa-*
 dantiam lacrymarum tergedam, sudarium sem- *trū, alpha-*
 per in sinu, vel in manu, habuerit. In Hispa- *beto 20 H.*
 nijs, ciuitate Hispali, passio sanctarum, Iustæ &
 Rufinæ †. quæ *vendentes vas, a fictilia,* à præside *Officiū San-*
 Diogeniano cōprehensæ, primo equulei exten- *torum His-*
 sione, & vngularū laniatione vexatæ sunt: post, *paniæ / &*
 carcere, inedia, & tortionibus afflictæ; tandem *inde Maldo-*
 Iusta in carcere spiritum exhalauit: Rufinæ vero *natus & Sa-*
 ceruix confracta est in confessione Domini. *rim.*

Treuiris, beati Martini, decimi eiusdem vrbis epi-
scopi, & martyris. Eodem die, Symmachi papa. *2*

3 Die decima nona, sancti patris Dij. & sanctæ
matris Macrinæ, sororis magni Basilij. Sufficere credimus.

ANNOTATIONES.

1 De Arsenio Metaphrastes in vnum collegit quæ
 sparsim & separatim habebant libri patrum: quoniam
 ne inuenta est quidem vita illius ab vlllo composita,
 forte quod nollet se, ne post mortem quidem, fieri ma-
 nifestum.

2 De Symmacho, Pontificale cap. 53/ Diaconus in Ana-
 stasio lib. 17, siue ad Eutropium 7.

3 Macrinæ vitam scribit frater eius, Gregorius Nyssc-
 nus episcopus.

Decimo tertio Calendas Augusti, luna 20 Iul. K

6.17. 28. 9.20/ 1.12. 23. 4.15/ 26. 7.18. 29.10/ 21. 2.13.24

Natalis

Aa. 1

à Papiæ 3
hisl. eccl. cap.
vlt.

al. Mari-
næ. 1

Comme-
ra agnomi-
natur Ten-
onice.

Natalis beati Ioseph, qui cognominatus est Iustus. Hic prædicationis & sanctitatis officio seruiens, multamque pro fide Christi persecutionem à Iudæis sustinens, victoriosissimo fine in Iudæa quieuit. De quo refertur * quod venenum biberit, & nihil ex hoc triste pertulerit, propter Domini fidem. Apud Damascum, sanctorum, Iuliani, Sabini, Maximi, Macrobij, Casij, Paulæ, cum alijs decem. Ciuitate Corduba, sancti Pauli diaconi & martyris. Apud Antiochiam, passio beatæ * Margaritæ virginis & martyris. b quæ per Olybrium præfectum, multa tormenta passa est pro Christi nomine, vincula, carceres, flagella, equuleum. quam & diabolus in draconis specie, similiter & in Æthiopsis tentauit, sed per signum sanctæ Crucis superatus est. Nouissime vero per prædictum præfectum decollata, sacro martyrio vitam finiuit. Eodem die, in Gallia, pago Bononiensi, sancti Vulmari confessoris, admirandæ sanctitatis viri. Treuiris, sanctæ Seueræ virginis, sororis sancti Modoaldi, eiusdem loci episcopi. In Portugallia, natalis sanctæ Vuilgefortis †, virginis & martyris, quæ amore castitatis, & Christianæ fidei, in cruce moriens, felicitè transiit ad Dominum. Vnusquisque proprium.

ANNOTATIONES.

1 De Margarita habet Vsuardus 18 Iunij, Alexandria, passio sanctæ Marinæ virginis. vbi fortassis incuria scriptoris vitiose irrepit Alexandria: nam Beda eo die secundum historiam habet, In Antiochia. Pulchrè autem historiam habet Metaphrastes. Est & alia Ms. titulo Theotimi, qui se scribit ei panem & aquam in carcere ministrasse,

ministrasse, & omne certamen considerasse. sed hæc apocrypha videtur, & eam ipsam puto, quam Metaphrastes in præfatione de Marina reijcit, & narrationem nominat ab initio adulteratam. Hispani in Lestionibus 18 Junij, habent Marinam fuisse ex Antiochia Gallicæ.

2 De Vulmari vita habet quædam Suius tomo 3, die 17 Junij. vnde Vsuardi verba huc transtulimus, vt lectio Martyrologij consentiat, cum natalis eius celebratione, in nostris ecclesijs. Bononia autem nunc vsitatus dicitur Bononia.

3 De Seuera, Stephanus abbas in vita Modoaldi, lib. 2. cap. 13 & 14, to. 3 Surijs.

Duodecimo Calendas Augusti, Luna 21 Jul. 8

7. 18. 29. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 30. 11 / 22. 3. 14. 25

DAniëlis prophetæ. Romæ sanctæ Præ-
xedis virginis. Hæc in omni castitate &
lege diuina erudita, vigilijs & orationibus atq;
ieiunijs assidue vacans, quieuit in Christo, sepultaque est iuxta sororem suam Potentianam, via Salaria. In Gallijs, ciuitate Massilia, natalis sancti Victoris, qui cum esset miles, & nec militare, nec idolis sacrificare vellet, primo in carcerem trusus, ibique ab Angelis visitatus, deinde varijs excruciatu pœnis, nouissime contritus in mola pistoria, martyrium consummauit. Passi sunt cum eo & tres milites, Alexander, Felicianus & Longinus. Trecas, sanctæ Iuliæ virginis & martyris, cuius sacrum corpus in territorio Meldorum in ecclesia beatæ virginis Mariæ Iodarenensis monasterij est translatum. vbi & honorifice veneratur humatum. Ibidem, passio sancti Claudij imperatoris barbarorum, Iusti, Iucundini, cum alijs quinque, sub Aureliano imperatore.
Eodem

3 Eodem die, sancti Arbogasti, Argentinensis episcopi, & confessoris. 8 Die vigesima prima, sanctorum patrum, Simeonis, qui propter Christum dictus est Salus †, & Ioannis synasceta ipsius.

Salus
In sancto pascha

¶ p Eodem die in Cellensi monasterio, translatio sancti Sulpitii episcopi, & sanctae Leocadiae virginis.

ANNOTATIONES.

- 1 De Danièle, liber Daniëlis / & Simeon Metaphrastes,
- 2 Praxedis & Potentianae sororum Gesta, extant Ms. quae Pastor presbyter conscripisse fertur, qui eas sepeliuit. Sed doctis displicent.
- 3 De Arbogasto Ex Guil Eifengrenij catalogo testium veritatis, Vtho, trigessimus nonus episcopus Argentoratium, vitas sanctorum, Arbogasti atque Amandi, doctissimi libris complexus est, circa annum 965.
- 4 De Simeone Synodus Nicena 2 actione 4 Leotius in vrbe Cypri Neapoli episcopus, scripsit beati Simeonis falli vitā, pag. 1 Surij. De eodē Euagr. lib. 4. hist. eccl. cap. 33.

22 Iul. G

Vndecimo Calendas Augusti, luna

8.19.30.11.22 / 3.14.25.6.17 / 28.9.20.1.12 / 23.4.15.26

1 **A**ncyra Galatiæ, natalis sancti Platonis martyris, cuius gesta habentur. Eodem die, sanctae Mariæ MAGDALENÆ. b de qua, vt Marc. 16. Euangelium refert, septem demonia eiecit Dominus. Ioan. 19. 20 qua etiam inter alia dona insignia, Christum à mortuis resurgentem prima videre meruit. & Syntychea beatæ, quæ Philippis dormit sepulta. de qua Phil. 4. Apostolus Paulus scribit. In territorio Aruernensi, sancti Menelei abbatis. p In Blandinio, sanctissimi patris * Vuandregisili, primi fundatoris nostri, 3 cœnobij Fontanellensis. q cuius gesta habentur. Pappia, sancti Hieronymi episcopi.

¶ g Die vigesima secunda, reportatio Iysani sancti hieromartyris Phoca.

ANNO

ANNOTATIONES.

1 Platonis martyrium scribit Metaphrastes. Septima synodus, actione 4, citat de eius miraculis epistolam Nili.

2 De Magdalene, Lu. 7 / Matt. 26 / Ioan. 12 / Concordia Evangelica D. Ianfenij cap. 109 / August. hom. 23 inter 50 / Gregorius hom. euang. 32 / apud Surium sermo Petri Damiani, sermo Siluestri Prieratis Pedemontani / item sermo Bernardi. & c.

3 Vuandregisili gesta per eius fere æqualem, habet Surius pag. 313. Miracula eiusdem, Ms. capp. 37, collecta sunt circa An. 895.

Omni tempore silentio debent studere.

Decimo Calendas Augusti, luna 23 Iul. A

9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 27

A Pud Rauennam, natalis beati Apollinaris episcopi, qui à beato Petro Romæ ordinatus, & Rauennam missus, postea pro fide Christi diuersas & multiplices cædes perpeffus est: tandem autem sub Vespasiano Cæsare, inter ipsa vicissim succedentia sibi tormenta, gloriosum martyrium consummauit. *Eodem die, sancti Rasiphi martyris. 9 Romæ, natalis sanctæ Birgittæ viduæ. quæ in vita terram sanctam, & alia diuersa loca visitabat: & sub papa Gregorio vndecimo, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, anno ætatis suæ septuagesimo, sumptis sacramentis beato sine quieuit. Cenomanis, depositio sanctorum, Pauacij & Liborij, episcoporum & confessorum.*

Apud Coloniam Agrippinam, translatio trium regum magorum, qui in Euangelio leguntur, Matt. 2 nato in Bethlehemi Saluatori aurum, thus, & myrrham, obtulisse. Quorum pignora, vna cum corporibus sanctorum martyrum, Felicis & Naboris, Reinoldus archiepiscopus Coloniensis, à Frederico

V 2

Frederico

*Frederico imperatore postulata, de Mediolano Coloni-
am honorifice transtulit. Ad horam diuini.*

ANNOTATIONES.

1 De Apollinari, Beda, & multo latius Ado, in marty-
rologijs/ Vita a Lazio edita cum Abdia/Petrus Chryso-
logus serm. 128/Petrus Damiani, sermonibus tribus/Su-
rius pagina 323.

2 Birgittæ, quæ vulgo Brigida, sanctissimam vitam
summatim perstringit Bonifacius nonus, in bulla canoni-
zationis. Quæ impressa est cum confirmatione Martini
quinti, & reuelationibus Birgittæ. Fufius vitâ describe-
runt, Surius pag. 344/& Iacobus, episcopus Lincolnienfis.

3 Liborij historia grauitè & doctè scripta, circa annum
900, extat tomo 4 Suriij. Reliqua vide 27 Maij.

24 Iul. B

Nono Calendas Augusti, Luna

10. 21. 2. 13. 24/5. 16. 27. 8. 19/1. 11. 22. 3. 14/25. 6. 17. 28

Vigilia sancti Iacobi Apostoli. Romæ, via
Tyburtina, natalis sancti Vincetij. Apud
Emeritam, Hispaniæ ciuitatem, sancti Victoris
militaris, qui cum duobus fratribus Stercatio &
Antinogeno, diuersis examinatus supplicijs,
martyrium consummauit. In Italia, ciuitate
1 Tyro, sanctæ Christinæ virginis, quæ in Christum
credens, primo sub duobus iudicibus tormenta
constanter perferens, nouissime per successo-
rem eorum, abscissione linguæ, & sagittarum
infixione, cursum martyrij sui compleuit.

Eodem die, natalis sanctarum, Nicetæ &
Aquilinæ. quæ beati Christophori martyris
prædicatione ad Christum conuersæ, marty-
rij palmam, capitis abscissione sumpserunt.

2 Ciuitate Amiternina, militum octoginta
triū. Bergis, ex Anglia, p passio sanctæ Leuinnæ.

qua

quæ multis decorata virtutibus, floruit sub rege Anglorum, Euberto nuncupato: quæ postmodum sub eiusdem regis tempore, martyrio vitam finiuit, archipræsule viuente nomine Theodoro. 8 Die vigesima quarta sanctæ hosiomartyris Christi Parasceues. Ad mensam autem. qui ante versum no occurrerit.

ANNOTATIONES.

- 1 Christina Tyriæ meminit Augustinus in Psalms 120/ Vincentius lib. 12 speculi cap. 86 & seqq. ex Gestis, quæ tribus libris sunt Ms. Rhodij ad S. Foillanum.
- 2 De Leuvinna. Meierus in commentarijs de Flandria. Anno 1058 Balgerus, monachus Bergensis, attulit ex monasterio diui Andreæ, in Anglia iuxta portum Zeuordiensem, corpus D. Leuinnæ martyris ad cœnobium Bergense. Eodem tempore monachi Bergenses, corpus D. Leuinnæ, per vicos castellaq. Flandriæ maritimæ, circumtulerunt. Quo in itinere permulta ad honorem virginis edidit Deus miracula: quæ Drogo, per eos dies Morinorum episcopus, literis mandata, posteritati transmisit. Habentur Bergis sancti Vinoci, libris duobus.
- 3 De Parasceue. Theodorus Balsamon in 63 canonem Trulli. Sanctissimus ille patriarcha dominus Nicolaus Muzalon, cum vitam sanctæ Parasceues, quæ in quodam Caluarie vico colebatur, à quodam vicano inepte ac indocte compositam inuenisset, eam igni mandari iussit, & diacono illi Basilico mandauit, Deo gratiam & acceptam eius vitam conscribere.

Octauo Calendas Augusti, Luna 25 Iul. C

ii. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 2. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29

Natalis beati I A C O B I Apostoli, fratris 1
Ioannis Euangelistæ. qui ab Herode re- Act. 12
ge decollatus est. Huius sacratissima ossa ab
Hierosolymis ad Hispanias translata, & in vlti-
mis earum finibus condita, celeberrima illarum
gentium

V 3

gentium

- gentium veneratione excoluntur. In Lycia,
 2 ciuitate Samo, sancti Christophori. qui virgis
 ferreis attritus, & à flammis æstuantis incendij
 Christi virtute saluatus, & ad vltimum sagitta-
 rum ictibus confossus, martyrium capitis ob-
 truncatione compleuit. Ciuitate Barcinona,
 3 natalis beati Cucuphatis martyris. qui pro no-
 mine Domini atrocissima tormentorum gene-
 rasub tribus expertus iudicibus, nouissime gla-
 dio victor migravit. Ipso die, Metis, natalis
 4 sanctæ Glodesindis virginis. Treuiris, sancti Ma-
 5 gnerici episcopi. In pago Meldensi, depositio beati
 Ursi, Trecorum episcopi, & confessoris. 8 Die vi-
 gesima quinta, memoria sanctarum mulierum, Olym-
 piadis & Eufraxiæ.
 6 ¶ In Ciuitate Parisijs, translatio sancti Germani,
 episcopi & confessoris.

De his Eu-
 feb. l. 8. c. 18
 noua versio-
 nis.

In Palæstina, ciuitate Gaza, sanctarum mulierum,
 Valentinae, & collegæ eius. quas Firmilianus præses, cui,
 animi magnitudine plane viri, liberrime contradice-
 bant, ad extremum flammarum incendio absumendas
 addidit. Ibidem, sancti Pauli martyris. qui oratione
 fusa pro iudice, carnifice, & omnibus in errore ver-
 santibus, ceruicem gladio ferendam libenter sub-
 milit.

Qui pro grauiori culpa.
 ANNOTATIONES.

- 1 De Iacobo Zebedæi, Act. 12/ Matt. 4, 20, 17. 26/
 Marci 1, 3, 5/ Lucæ 8, 9/ Ioan. 21/ Euseb. 2 hist. eccl. cap. 8,
 sed 9 Rufini/ Appendix Græci ad Hieron. cap. 5/ Isidorus
 de patribus cap. 73/ &c. Quidam citant etiam translatio-
 nem nomine Leonis secundi / & miracula nomine Ca-
 listi secundi.
 2 Christophori passio passim habetur Ms. item Vuice-
 lius de eo, ex Ruggero Fuldensi / & Surius ex diuersis.
 3 Cucufas non fuit inclusus, laternam Christophoro
 ferens,

Chronologi

serens, ut à plebeijs fertur, sed insignis in Hispania martyr. de quo latius Ado & Beda, hoc die: item Beda 12 Februarij/Vincentius in Speculo lib. 12. cap. 90 & sequentibus, ex Gestis: quæ Surius habet hoc die/ Prudentius hymno 4 de coronatis, Barcinon clero Cuephate freta Surget. 4 Glodesindis abbatissæ vitam habet D Surius. Cuius authorem quidam codices habent Bernardum abbatem quendam: alij, Arbertum monachum.

5 De Magnerico. Bruschijs de monasterijs Germanie. Eberuinus abbas sancti Martini Treuiris anno 995, scripsit vitas sancti Magnerici archiepiscopi, & Simeonis monachi. Magnerici excusa est, saltem ex parte, Legendæ tomo 2, cum poemate Fortunati de eodem episcopo.

6 Germani historiam translationis & miraculorum describi petijt serenissimus Carolus Caluus, ab Ebroino Pictauiorum episcopo: ad quorum petitionem duo fratres congregationis sancti Germani id effecerunt, singuli singulis opusculis, quæ idem antistes approbavit: ut habet præfatio Haimoni monachi. qui etiam ad Goslinum abbatem alia adiecit miracula.

Septimo Calendas Augusti, Luna 26 Jul. D

12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 1

In ciuitate Aconensi, et natale sanctæ Annæ, matris virginis Mariæ. Item natalis sancti Herasti, qui Philippis à beato Paulo episcopus relictus, ibidem martyrio coronatus, quieuit. Romæ in portu, sancti Hyacinthi martyris, qui primo in ignem missus, inde in validissimum torrentem præcipitatus, illæsus euasit. Post hæc à consulari Leontio gladio percussus, vitam finiuit. Via Latina, sanctorum Symphronij, Olympij, Theoduli, & Exuperiæ. qui ignibus conflagrati, ut in gestis sancti Stephani papæ legitur, martyrij palmam adepti sunt.

g dormitio
Act. 19 /
Rom. 16 /
2 Tim. 4
Lasius Surius ex Ms.

circa mediū.

Et eodē die, sancti Pastoris, presbyteri & cōfessoris.

V 4 Mo naste-

Lycia,
virgis
cendij
agitta-
tis ob-
inona,
oro no-
gene-
ne gla-
natis
ffz Ma-
io beati
Die vi-
Olym-
ermani,
lierum,
eles, cui,
tradice-
mendas
oratione
ore ver-
er sub-
17. 26/
l. cap. 8,
Isidorus
inflatione
ine Ca-
a Vuice
erfis.
liphoro
serens,

Monasterio sancti Benedicti, in agro Mätuano, sancti Simeonis, monachi & eremita. qui multis miraculis clarus, in senectute bona quieuit. ¶ In ciuitate Tenremunda, beatae Christianae virginis. Hanc regis Anglorum Migranimi filiam vnicam, omnipotens Deus aspiciens, de caelo illi angelum sub specie pauperis transmisit, qui eam catechizaret, atque in Christi nomine baptizari praecipit, cuius etiam ductu Diclouene peruenit. ¶ In Carthusia prope Confluentiam, sancti Beati, presbyteri Treuirensis, & confessoris.

¶ Parisijs, translatio magnae laudis & eximij viri, Marcelli, eiusdem loci pastoris. cuius corpus requiescit in alma ecclesia beatae Mariae virginis.

Si quis dum pronunciat.

ANNOTATIO.

1 Annae caput Durę oppido Iuliacensi honorifice asseruatur. De ea est sermo Fulberti Carnotensis episcopi parte 2 Legendae. Scribunt etiam de beata Anna Damascenus lib. 4 de fide cap. 15 / Epiphanius haeresi 79 / Auctor libelli de ortu virginis apud Hieronymum / & Rosuita sanctimonialis in carminibus. quae tamen nonnullis desumpta videntur ex apocryphis scriptis de ortu beatae Mariae. De laudibus Annae extat carmen Rodolphi Agricola. De miraculis eiusdem scripsit Tritheimius, Maguntiae excusus An. 1494 / Iustinianus imper. in regione vrbis secunda, diuae Annae magnificum atque admirandum constituit templum, vt habet Procopius lib. 1 de aedificijs Iustiniani / Radulphus de Riuo in Calendario, Plures hodie ex Constantinopoli, Annae auiae Domini nostri. Aliqui 9 lectiones: alij tres.

27. Iul. E.

Sexto Calendas Augusti, luna

13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 4. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 2

¶ Panteleimonis.

A Pud Nicomediam, passio beati *Panteleonis *P* martyris gloriosi. *Hic sacratus adolescens,*

lesens, & athleta Christi, cum artem medicinae disceret ab Hermolao presbytero, ad fidem Christi conuersus, multa miracula fecit. Qui tentus pro fide Christi à Maximiano, & equulei pœna, & lampadarum exustione cruciatus, sed inter hæc Domino sibi apparente refrigeratus, tandem ictu gladij martyriũ cõsummauit. Apud Ephesum natalis sanctorũ *septem dormientium*, Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionysij, Ioãnis, Serapionis, Constantini. quorũ gesta habentur. Nicomediae, beatorum martyru, Hermolai presbyteri, Hermippi, & Hermocratis, fratrum. † qui post multas pœnas sibi illatas, à Maximiano imperatore, capitali sententiã puniti sunt. Eodem die, in Sicilia, beati Simeonis monachi. Antisiodoro, depositio Ætherij episcopi. *Metis depositio sancti Frominij, episcopi & confessoris.*

Passio Pantaleonis. hæc die.

¶ *Aquisgrani, p̄ translatio sancti Karoli.*

ANNOTATIONES.

- 1 Pantaleonis martyrium passim est Ms. & apud Metaphrastem, vbi Pateleemon nominatur, Græcorum more.
 2 Dormientiu Gesta extant Ms/ & apud Metaphrastẽ/ Gregorius Turonẽsis in laudem martyru cap. 95. Septem germanorum, qui apud Ephesum requiescunt, hæc est historia: eaq. enarrata concludit. Quod passio eorum, quam Syro quodam interpretate transtulimus, plenius pandit. Meminit eorundẽ Nicephorus libro vnico, dicens, Anno 430 terribile miraculum sanctorum septem puerorum Ephesi factum est, resurgentibus eis post clxxi annos.

Quinto Calendas Augusti, Luna

28 Iul. K

14. 25. 6. 17. 28/ 9. 20. 1. 12. 23/ 5. 15. 26. 7. 18/ 29. 10. 21. 3

IN Britannia minori, Dolo monasterio, sancti Samsonis, episcopi & confessoris. Eodem die, Lu-

V 5

die, Lu-

die, Lugduni, sancti Peregrini presbyteri. cuius beatitudinem miraculorum gloria testatur.

- 2 Mediolani, natalis beati Nazarij martyris. quē Anolinus sub rabie persecutionis, quæ per Nerone[m] excitata est, diu maceratum & afflictum in carcere, & cum eo sanctissimum puerum Celsum, quem idem ipse nutriebat, gladio ferri iussit. Horum corpora, vt scribit beatus Paulinus, cum vsque ad tempora Honorij & Arcadij imperatorum, latuissent, beatus Ambrosius Domino reuelante reperit. Romæ, natalis sancti
- 3 Victoris papæ. qui post beatum Petrum quintus decimus, rexit ecclesiam annis decem, & sub Senero principe martyrio coronatur. Item
- 4 Romæ, beati Innocentij, pontificis (& martyris).
- 5 *Luchas castro, sancti Vrsi confessoris.*

In vita
Ambr. v. l. v. a
med. an.

ANNO T A T I O N E S.

1 Samsonis Dolensis archiepiscopi vitam, scripsit Baldricus, eiusdem sedis antistes. Catalogus Scriptorum Brytanniæ.

2 De Nazario & Celso latius Ado, pridie Idus Iunii ipse Ambrosius serm. vltimo / & Præfatio in Liturgiis.

3 De Victore Pontificale cap. 15 / Scribit etiam Eusebius lib. 5. hist. cap. 24. sed contra Victorem, nimium fauens Quartodecimanis, vt latè tractat præceptor meus D. Hesselius in libro de communione sub vna specie.

4 De Innocentio confessore, Pontificale cap. 42 / Hieronymus Demetriadi epist. 8 / Orosius lib. 7 cap. 39 / item Basilij ad eum epistola, Ms. in Vaticano. Martyris titulo in Romano martyrologio insignitur, siue propter constantiam, ait Maurolycus, siue ob aliud laboris meritum. Dicitur enim anathemate damnasse Arcadium, quod Chrysostrum episcopum qui Eudoxiam Augustam idololatriæ increpauerat, relegari passus esset.

5 Vrsi & Leubatij abbatum vitam, scribit Gregorius Turonensis, de vita patrum cap. 18. *Nuncianda hora. Quarto*

Quarto Calendas Augusti, Luna 29 Jul. ☉

15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24 / 6. 16. 27. 8. 19 / 1. 11. 22. 4

Romæ, via Aurelia, natalis sancti Felicis. 2

Item via Portuensi, sanctorum martyrum, Simplicij, Faustini & Beatricis. quorū duo, post multa ac diuersa supplicia, iussi sunt capitalem subire sententiam, tempore Dioclitiani. Beatrix vero † soror eorum, in Christi cōfessione præfocata est in carcere. Item beatæ Marthæ, sororis beati Lazari. quorum venerabilem memoriam extructa ecclesia non longe à Bethania, vbi è vicino domus eorum fuit, conseruat.

Gesta S. An-

tolimi, 19. 3

S. 111. 10.

2

Ciuitate Trekas, sancti Lupi confessoris. qui 3

cum beato Germano in Britanniam directus venit. Hic quinquaginta duobus annis sacerdotio venerabiliter functus est, b & tempore regis Attilæ, qui Galliam vastabat, sicut in eius hymno canitur, dum bella cuncta perderent, orando Trekas munit.

¶ Aurelianis, depositio beati Prosperi episcopi. In Norwegia, passio sancti Olavi regis, & martyris, anno millesimo vigesimo octauo. Ciuitate Briocensi, sancti Guilelmi episcopi & confessoris. 4

¶ In Mamiensi ciuitate, sanctæ Seraphinæ.

g Die vigesima nona, sancti martyris Callinici.

De Callinico

Metaph.

¶ Romæ, sanctarum virginum, Floræ & Lucillæ martyrum, cum alijs multis. quarum passio habetur & extat de eis sermo Petri Damiani †. Item, reuelatio capitis beati Ioannis Baptistæ, Pipino regi facta in Aquitania, de qua est tractatus apud martyrem Cyprianum.

Ser. 20 Mx.

To. 3 Cyp.

ANNOTATIONES. *Dei ciuitas inimica est?*

1 De Felice scribit Pōtificale cap. 37. Omisi tamē que in Vsuado

Vsuardo sequebantur [papæ qui à Constantio Augusto ob catholicæ fidei defensionem, à sede sua deiectus, & gladio necatus, gloriose occubuit]. Quæ omisi ob Onuphrij ad Platinam de eo annotationem: & quia in recognito Romano Breuiario martyr tantum nominatur.

Lucæ 10.

2 A Martha sedula Christi ministra famulas Teutonice Marthas nuncupamus, vt eius diligentiam officiose exprimant, cuius nomen sortiuntur. Eius vitam & gesta, sunt qui scribant, Marcillam eius pedisequam conscripsisse, inter quos Petrus Natalis, lib. 6 catalogi cap. 152, Robertus Gaguineus lib. 3 refert Clodoucum ad sepulcrum Martha sanatum.

3 De Lupo Trecensi, historia pag. 390 Surij/Turonensis de gloria Confessorum cap. 67, 68 / Sidonius lib. 6 epist. 1 / lib. 7, epist. 13 ad Sulpicium / Beda lib. 1 hist. cap. 17 / Catalogus item Brytanniæ notat Gildam Albanum, ex regio Brytannorum stemmate prognatum, scripsisse acta Germani & Lupi: obiisse anno Domini 512.

4 Guillemi Briocensis vitam scribunt Innocentius quartus eum Sanctis ascribens, & tomo 4 Surij Godofridus Caluus archiepiscopus Bituricensis, eius familiaris.

30 Iul. A

Tertio Calendas Augusti, luna

16. 27. 8. 19. 1 / 11. 22. 3. 14. 25 / 7. 17. 28. 9. 20 / 2. 12. 23. 5

al. Sen-
nen
Gesta Lau-
rentij & so-
siorum.

ROmæ, natalis sanctorum Abdon & * Sen- nis subregulorum. qui, cum in Corduba ciuitate Perfarum, vincula paterentur à Decio, ad vltimum duxit eos Romam, catenis obligatos, & diuersis pœnis maceratos: vbi primo plumbatis cæsi, & deinde gladio interfecti sunt.

latim Ado,
apud Aloy-
sum & Su-
mum.

Apud Africam, ciuitate Lucernaria, sanctarum virginum, Maximæ, Donatillæ, & Secundæ. quæ persecutione Gallieni, aceto & fellæ primû potatæ, deinde plagis acerrimis cæsæ, & equulei extensione cruciatæ, postmodû etiam craticulis exustæ, nec nō ad bestias proiectæ, sed ab his in-
tactæ,

taete, nouissime gladio iugulatę sunt. 7 Antisiodori, sancti Vrsi episcopi. 9 In Suetia, sancti Brunolphii, episcopi Scharenensis, & confessoris. Item in Suetia, beata Helena.

¶ Assisij, natalis sancti Rufini martyris.

ANNO TATIO.

A Kalendis autem Octobris.

7 In Rufini natali sermonem habuit Petrus Damiani, in quo nonnulla miraculorum eius perstringit. Habet & hymnum de eo / to. 8 Aloysij / 4 Suriij.

Pridie Calendas Augusti, luna

31 Iul. B

17. 28. 9. 20. 2 / 12. 23. 4. 15. 26 / 8. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 6

Apuđ Cæsaream, passio beati Fabij martyris, qui cum ferre vexilla præsidialia recusat, primum diebus aliquot in carcerem trusus, deinde interrogatus semel & iterum, in Christi confessione perdurat: & mox à iudice capitali sententia condemnatur. Rauehnæ, transitus sancti Germani Antisiodorensis episcopi, genere, fide, & doctrina, ac miraculorum gloria, clarissimi. Ciuitate Sinnada, sanctorum, Democriti, Secundi, & Dionysij. Mediolani, natiuitas sancti Calimeri, pontificis & martyris †. In Anglia, beati Neoti sacerdotis, meritis ac miraculis insignis. Treuiris, sancti Bantonis, confessoris Christi. In Calabria, oppido Tabritano, sancti Fantini confessoris Syracusani. cuius parentes, Fantius ac Deodata, Syracusis plumbatis cæsi, cum dijs litare nollent, decollati sunt. 8 Die trigesima prima, sancti & iusti Eudocimi.

*Latius Ado
Trenirensis.*

*Ambr. in
Missæ.*

*De Endee.
Metaph. 29
Iulij.*

¶ Romæ, obiit beatissimus Ignatius Loiola, fundator Societatis Iesu, quâ toto propemodū terrarū orbe multiplicatam

plicatam vidit; Multa quoque barbarorum millia, per eandem, è summa barbarie, ac suave Christi iugum subcundum, reuocata esse cognouit. Omnia enim eius consilia & studia spectabant, ad conseruandam, reuocandam, & multiplicandam, per se & suos, fidei catholicæ synceritatem.

Ante omnia sanè deputetur vni.

ANNOTATIONES.

1 De Germano. Isidorus Hispalensis episcopus de viris illustribus cap. 4. Constantius episcopus Germani vitam contexuit. Libris duobus ad Patiētem episcopum. Quos habet Surius. Sigebertus de viris ill. cap. 105. Hericus monachus vitam Germani, Altistodorensis episcopi, metrico stylo luculēter sex libellis descripsit. Idem in Chronicis Anno 877, & Carolo imperatori obtulit. Sunt excusi Parisijs an. 43. Idem Hericus in præfatione sex libellorum ad Carolum Caluum. Confeci præterea ex miraculis præcellētissimi Germani, aliud opusculum, geminis distinctum libris, in quo quia tui tum nominis, tum temporis, mentio frequentius agitur, tuæ nihilominus illud malui Celsitudini dedicatum.

2 De Neoto ex catalogo Scriptorum Brytanniæ. Guilelmus Ramesiensis Ordinis sancti Benedicti in Crolandia, scripsit Neoti vitam, carmine. Incipit, Anglia quæ toto / eiusdem, prosâ. Incipit, Beati Neoti confessoris vitam. De translatione eiusdem. Claruit An. 1178.

3 Ignatij Loiolæ vitam, fundatoris Societatis Iesu, libris quinque comprehensit Petrus Ribadeneira, sacerdos Societatis eiusdem. Excusus Neapoli Anno 72.

AVGV.

AVGVSTVS HABET

DIES XXXI.

Calendis Augusti, luna

1 Aug. e

ff. 29. 10. 21. 3/ 13. 24. 5. 16. 27/ 9. 19. 1. 11. 22/ 4. 14. 25. 7



Antiochiæ, natalis sanctorum 1
Machabæorum r septem fra- 2. Mach. 7
trum, cum matre sua, qui passi sunt
sub Antiachorege. g & praece-
ptoris ipsorum Eleazarij. Ro- 2. Mach. 6
mę ad sanctum Petrum, r sancti

Petri ad vincula. Vercellis, beati Eusebij, epi- 2
scopi & confessoris. qui ob confessionem fidei à 3
Constatio Scythopolim, & inde Cappadociam
relegatus, post ad ecclesiam suam reuersus est.

Item Romæ, passio sanctarū virginum, Elpis, 4
Pistis, & Agapæ, idest, Spei, Fidei, & Charitatis,
& matris earum Sophia, idest, Sapientię; quæ fue-
runt natione Mediolanenses, & sub Adriano prin-
cipe martyrij coronam adeptæ sunt. Via La-

tina, sanctorum martyrum, Boni presbyteri,
Fausti, Mauri, cum alijs septem. qui in Ste- 5
phani papæ actibus describuntur. In Hispa-
nijs, ciuitate Cerunda, natalis sancti Felicis. 5
quem iussit Dacianus iudex, post illata tor-

mentorū genera, vngulis detrahi, ac deinde
vsque ad ossa laniari, & tam diu vulnera* ver- al. vulne-
beribus instaurari, vsque dum inuictum Chri- ribus
sto spiritum reddidit. Apud Arabiam, ciui-
tate Philadelphia, sanctorum martyrum, Cy-
rilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Rufi, Menandri,

vno

Handwritten marginal notes in a cursive script, possibly a library or collection stamp.

...
sub-
con-
can-
olicæ
vms.

...
viris
itam
Quos
ricus
me-
thro-
t ex
ibel-
aira-
ninus
tem-
illud

...
Gui-
olan-
quæ
toris

...
li-
acer

V.

vno die coronatorum. In territorio Parisia-
censi, Iustini martyris. cuius corpus requiescit in
magna ecclesia beatae Mariae virginis Parisijs. In
pago Lisuino, sancti Nemelii confessoris. Ca-
stro Corboilo, sancti Exuperij, episcopi & confessoris.
cuius corpus persecutione Danorum à Redonis ciui-
tate fugatum, atque à Galliarum incolis honorifice
susceptum, in prædicto loco affectu magna deuotionis
6 colitur. Item, Friardi & Secundelli. In Britan-
7 nia, natalis sancti Etheluuoldi, episcopi Vintonien-
sis, & confessoris. p Marcianis, depositio sancti
Ionati abbatis.

Leo vocat
vatalem ec-
clesiam in
serm. dict.

¶ Gandau, eleuatio sancti Bauonis, pij confes-
soris. In Blandinio, translatio sancti Vunualoci
abbatis. b Romæ, dedicatio primæ ecclesie à beato
Petro constructæ & consecratae. g Die prima, pro-
cessio venerabilium lignorum venerandæ & vniuersi-
catricis crucis. Licet omni tempore Vita p.

ANNOTATIONES.

- 1 De Machabæis Hieronymus de viris ill. cap. 23. Liber
Iosephi $\mu\delta\iota\ \alpha\upsilon\ \iota\omicron\upsilon\kappa\ \rho\acute{\alpha}\tau\omicron\varsigma\ \&\ \lambda\omicron\gamma\iota\omicron\ \mu\delta\delta$ valde elegans ha-
betur, in quo Machabæorum sunt digesta martyria. Est
ab Erasmo translatus, de dominatrice potentia. Extant
in eorundem laudem Nazianzeni oratio 21 / Chrystosto-
mi homilia in eorum natali / sermo Leonis / Ambrosij,
Præfatio, & caput vndecimum libro 2 de Iacob & beata
vita / Eusebij Emiseni homilia. 7 / Bern. ep. 98 / Marij Vi-
ctorini elegia / & alia.
- 2 De vinculis Petri, sermo Bedæ in homiliario docto-
rum / encomium catenarum & gladij Petri apud Meta-
phrastem, Chrystostomo inscriptum / Item Gesta Ale-
xandri papæ / Gregorius lib. 1 registri epist. 30 / & lib. 2
cap. 72 / & tomo 4 Hieronymi, epistola ad Eustochium
de vinculis Petri.
- 3 De Eusebio Gennadius in catalogo. Maximus Tau-
rinensis ecclesie episcopus, fecit duos de sancti Eusebij,
Vercel-

Vercellensis episcopi, & confessoris vita, tractatus. His Aloysius adiungit epistolam ipsius Eusebij, quam scripsit in exilio, ad presbyteros & plebes quasdam Italiae: quam & Surius habet. Meminerunt eiusdem confessoris, Hilarius/Ambrosius epist. 82, & in praefatione/Hieronymus de viris ill. cap. 106/Rufinus lib. 10 cap. 30/item Turonensis, Cassiodorus, & sequaces. In Vsuarido sustuli ea verba (nouissime persequentibus Arianis martyrium passus). Sunt enim manifeste contra historicam veritatem Ambrosij, & aliorum quos citavi. et si Pseudoambrosius serm. 69 martyrium ponat, in quod forte Vsuardus humano errore incidit.

4 Sapientiae & trium filiarum eius gesta martyrij, habentur Legendae parte 2/ & apud Metaphrastē to. 4 Surijs.

5 De Felice, Ado in Martyrologio / Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 92 / Vincentius in speculo lib. 13 cap. 134, 135, ex Gestis, quae inscribuntur humillimo leuitae inspectori passionis ipsius.

6 De Friardo recluso, & Secundello diacono, Gregorius Turonensis de vita patrum cap. 10.

7 De Ethelvoldo ex Catalogo Scriptorum Brytanniae, Vuolstanus Vintoniensis monachus, alumnus Ethelvoldi episcopi, scripsit eius vitam, ac translationem Svithuni, per ipsum factam, Anno 970. Epitomen habet Surius.

Quarto nonas Augusti, luna

2 Aug. D

19. 1. 11. 22. 4 / 14. 25. 6. 17. 28 / 10. 20. 2. 12. 23 / 5. 15. 26. 8

Romae in caemeterio Calixti, natalis beati Stephani papae, qui persecutione Valeriani, cum insequeretur ob Christi martyrium, & staret intrepidus ante altaris solennia, ac iugiter coepta perficeret, in eodem loco, sic in sua decollatus est sede. In prouincia Bithynia, vrbe Nicæa, sanctae Theodorae, cum tribus filijs suis. E quibus primogenitum, nomine Euodium, Christum fiducialiter confitentem, primum fecit consularis Bithyniae sustibus caedi, deinde ipsam

X cum

* Circa me- in passione sanctæ Anastasie *. r Ciuitate Padua,
diū, 25 Dec. sancti Maximi †, eiusdem ciuitatis episcopi. qui mi-
† Scard. l. 2 raculis clarus, beato sine quieuit. q Carnoti, sancti
classe 6 Betharij, eiusdem ciuitatis episcopi, sanctitate & mi-
raculis clari.

¶ Eodē die, consecratio basilicæ sanctæ Mariæ de
Portiūcula apud Assisium, in qua beatus pater Fran-
ciscus obtinuit à Deo, & à papa, maximā indulgentiā.

ANNOTATIO.

1 Stephani papæ actus, quos Romani Notarij college-
runt, multorum martyrum illustres agones continent.
Nam quicquid Beda, Vsuardus, Ado, habent de sanctis,
Nemesio & Lucilla / Sympronio creditario / Olym-
pio, Exuperio & Theodulo / Bono, Fausto, & collegis /
Tertullino / & Tharsitio / id transcripserunt ex actis Ste-
phani. Vnde & Metaphrastes sua hausit, to. 4 Suriij.
De eodem scribit Damasus capite siue pontifice 4 / Vin-
centius Lirinensis contra hæreses cap. 9 / Cyprianus ad
eum epist. 67, 72. Fratres qui non longē.

3 Aug. E

Tertio Nonas Augusti, luna

20. 2. 12. 23. 5 / 15. 26. 7. 18. 29 / 11. 21. 3. 13. 24 / 6. 16. 27. 9

1 Hierosolymis, inuentio corporis beatif-
simi Stephani protomartyris, & sancto-
rum, † Gamalielis, * Nicodemi, & Abibon.
† Act. 5. 22 Hæc septimo Honorij principis anno reuelata,
* Ioan. 3. 19 Hæc septimo Honorij principis anno reuelata,
Genradus cap. 46
atque à beato Luciano presbytero scripta ad
totius Ecclesiæ personam, omnibus fere genti-
bus declaratur. Constantinopoli, sancti Her-
melli martyris. r Augustoduni, depositio sancti
De Euph. Euphronij episcopi. Apud Nouariam, sancti Gau-
G. Tur. 2 dentij episcopi. g Die tertia, sanctorum patrum
bist. c. 15 Isaacij, Dalmati, & Fausti.

ANNO.

ANNOTATIO.

i De inuentione Stephani papæ relatio Luciani presbyteri, quam Vsuardus citat, passim in ecclesijs legitur, ac nuperrime excusa est inter Sermones Augustini de diuersis, operâ Vlimmerij. Ibidem multa habentur Augustini de Stephani miraculis, & duo libelli Euodij Vsalensis episcopi. Horum sic meminit Sigebertus anno 418, Orosius presbyter rediens à Hieronymo, ad quem missus fuerat ab Augustino, pro discenda quæstione de origine animæ; reliquias protomartyris Stephani ad Africam detulit, cum historia inuentionis eius; quam gratia miraculorum prosequente, vbique Deus mirificauit. Vnde plura Augustinus; multo plura scripsit Euodius.

fratres qui pro quouis responso.

Pridie Nonas Augusti, Iuna

4 Aug. F

21. 3. 13. 24. 6 / 16. 27. 8. 19. 1 / 12. 22. 4. 14. 25 / 7. 17. 28. 10 r

C* iuitate Bononia, sancti Dominici confessoris, fundatoris Ordinis fratrum Prædicatorum, viri sanctitate & doctrina clarissimi. Quem ob singularem meritorum gratiam, tres mortuos suscitasse dum viueret, & virginitatem perpetuo illibatam conseruasse, perspicuum est. Item, natalis beati Aristarchi, discipuli sancti Pauli Apostoli. b de quo beatus Apostolus scribit Colossensibus, Salutat vos Aristarchus concarpius meus. Qui comes indiuiduus permansit usque ad eius confessionem: quiq; constitutus Thesalonicensium episcopus, post longos ac beatissimos agones, à Christo coronatus quieuit. Romæ, in crypta arenaria via Latina, passio Tertullini martyris. * qui sub Aureliano imperatore post impiam fustium mactationem, & ignium

* apud alb. quos die s

Col. 4. Act. 19, 20, 27. ad Phil. d

Actus 510 phani pp.

X 2

& ignium

2 Augusti.

& ignium circa latera exustionem, ac oris quafationem, atque equulei extensionem, neruorumque cæfionem, data sententia, capitis amputatione martyrium consummauit. ^b *Quem beatus Stephanus baptizatum, in Albis presbyterum consecrauit: & ab eodem Pontifice sepultus est, postquam martyrium promeruit.* Romæ via Tyburtina,

Gesta Laurentij & sociorum, 10 Augusti.

natalis sancti Iustini presbyteri († & martyr). * qui persecutione Decij, Galli, & Volufiani, confessionis gloria insignissimus fuit. ^b *Quem beatus Sixtus ordinauit. Hic beatos, Hippolytum & Concordiam, Irenæum, Abundium, & Cyrillam filiam Decij Caesaris, martyres, & alios plurimos, sepulturis condidit.* ^q *Romæ, beatæ & sanctæ Perpetuæ †, matris sancti Nazarij. Item sanctæ Vualburgis virginis. cuius reliquiæ sacre Furnis habentur.* Turonis, sancti Euphronij, episcopi & confessoris. *Oratorium hoc sit 4r?*

Ambrosiana Missa.

2

Oratorium hoc sit 4r?

ANNOTATIONES.

1 De Dominico. Constantinus Vrbeuctanus præsul, iussu Ioannis Teutonici, quarti Ordinis magistri, egregie edidit officium D. Dominici, cum ipsius vita, mediocriter tamen stylo / Ioannes Garzo ad 36 Magistrum editus est in libro de illustribus Prædic. & Louanij parte secunda Aloysij. Surius ponit octo libros Theodorici de Appoldia Teutoni, scriptos iussu septimi Magistri Ordinis. Ex quarum præfatione constat qui præterea de beatissimo Dominico scripserint.

2 De Euphronio, Gregorius Turonensis eius proximus successor, lib. 10 historiæ Francorum cap. 31 / de gloria confessorum Capp. 18, 19, 20.

3 Aug. G

Nonis Augusti, luna

22. 4. 14. 25. 7 / 17. 28. 9. 20. 2 / 13. 23. 5. 15. 26 / 8. 18. 29. 11

Rome,

Roma, sanctæ † Mariæ matris Dei ad niues. *Breuiar. Romanorum*
 Apud prouinciam Rhætiae, natalis sanctæ Afræ martyris. quæ cum esset pagana & metretrix, per doctrinam sancti Narcissi episcopi ad Christum conuersa, & cum omni domo sua baptizata, pro cõfessione Domini igni tradita est.

Eodem die, sancti Osualdi, regis Anglorum. *2*
 cuius actus cõmemorat venerabilis Beda presbyter, in gestis eiusdem gentis. *p narrans inter lib. 3 cap. 6 cætera de eo, quod cum quadã die sederet ad prandium, discum argenteum, qui erat positus ante eum, confringi præcepit minutatim, alimoniamq; pauperibus dari.*

Augustoduni, beati Cassiani, episcopi & confessoris. *3*
 Catalaunis, sancti Memmij †, episcopi & confessoris, *b primi illi ciuitati ab vrbe directi: Turo. de con. cap. 66*
 qui inter alia innumera miracula, mortuum suscitauit. Castro Corboilo, sancti Ionij martyris. *p Laubijs, natalis sancti Abel, archiepiscopi & confessoris.*

g Die quinta, sancti Eusignij martyris.
 † & præfestum metamorphosis Domini nostri Iesu Christi. *q Bergis, p aduentus sanctæ Leuinnæ, virginis & martyris.*

Apud Asculum, sancti Emygdij, episcopi & martyris, tempore Marcelli papæ. *Omnes superuenientes.*

ANNOTATIONES.

- 1 Afræ gesta extant ex parte apud Vuicelium in hagiologio/Legendæ parte 2/& ex Ms. apud Surium.
- 2 De Osualdo, Beda libro 3 historiæ Anglorum vsque ad caput 14/lib. 4. cap. 14/Drogo ex monacho Bergensi præsul Morinorum, libro vno, & sermonibus duobus, Ms. Bergis sancti Vuinoci.
- 3 Cassiani memit Turonensis de gloria confessorum cap. 74/Vita habetur Ms. capp. 18/Item translatio capp. 17.

X 3 facta

facta An. 840 de finibus Eduorum ad nostrum (Virmandorum) & miracula partim nostris conspecta visibus, inquit Auctor, partim eorum relatione comperta, qui saepius adesse potuerunt.

6 Aug. A

Octauo Idus Augusti, Luna

23.5.15.26.8/18.29.10.21.3/14.24.6.16.27/9.19.1.12

- 1 **I**N monte Thabor, transfiguratio Domini nostri Iesu Christi. Romæ via Appia, natalis beati
- 2 Sixti, pape & martyris. & in cœmeterio Præ-
- 2 xtati, sanctorum Felicissimi & Agapeti diaconorum eiusdem. qui cum eo sub Decio pariter decollati sunt. *b* Noctu vero venerunt clerici, & maxima pars Christianorum, qui sepelierunt sanctorum corpora condigno honore. Decollati sunt cum eo & alij quatuor, Ianuarius, Magnus, † Vincentius, & Stephanus * diaconi, vt in gestis Pontificalibus legitur. Passus est cum eis & beatus Quartus, vt scribit sanctus Cyprianus. In Hispanijs, ciuitate Compluto, Iusti & Pastoris fratrum. qui cum adhuc pueri literis imbuerentur, proiectis in schola tabulis, sponte ad martirium cucurrerunt. Et mox à Daciano teneri iussi, cum se mutuis exhortationibus constantissime roborarent, extra ciuitatem producti & à carnificibus iugulati sunt.

al. Inuocentius
* subdiaconi
Pont. c. 25
Cyp. ep. 82

- 3 *b* Romæ in ecclesia beati Petri, natale beati Hormisdæ pape. qui composuit clerum & psalmis erudiuit. Sub huius tempore Anastasius imperator hereticus, percussus fulmine interijt.
- 4 Item beatæ memoriæ Gezelini confessoris. qui quiescit in Ducatu Montensi. *Equina Abbatis.*

ANNO

ANNOTATIONES.

1 Transfigurationis Domini festum Breuiario Romano insertum est à Calixto III. ob victoriam de Machomete Turca ad Belgradum eo die accepta. De quo eius bulla prostat Ms. Cum longe antea in Græcis ecclesijs multa celebritate obseruaretur, testantibus, Metaphraste, & apud eundem, Basilio episcopo Seleuciæ, Andrea episcopo Cretensi, Cyrillo episcopo Alexandrino, Ephram diacono Edeffeno. quorum orationes illic leguntur.

Erat & in Gallijs antea notum. nam Beletus scribit de hoc festo cap. 144 Rationalis: & Vuandelbertus Prumiensis eiusdem hoc die meminit, dicens,

*Idibus octauis mortem passura, crucemque,
Christi sancta caro ætheream dedit ante figuram.*

Festum est Euangelicum ex 17 cap. Matt. 9 Marci & Luca. Platina notat ipsum Calixtum officium transfigurationis Domini composuisse.

2 De Sixto, aut Xysto, secundo, Gesta Laurentij celeberrima die 10 Augusti / & ex eis Ambrosius lib. 1 officiorum cap. 41 / Gesta pontificalia cap. siue pontifice 25 / Cyprianus epist. 82. De Felicissimo & Agapito diaconis Xysti, vtraque Gesta, Laurentij & Pontificalia.

3 De Hormisda, Pontificale cap. 54, & Paulus diaconus lib. 17 historiæ Romanæ, hoc est septimo ad Eutropium addito, in Anastasio.

4 Gezelini vitam scripsit Archardus, discipulus sancti Bernardi.

Septimo Idus Augusti, luna

7 Aug. B

24. 6. 16. 27. 9 / 19. 1. 11. 22. 4 / 15. 25. 7. 17. 28 / 10. 20. 2. 13

A Pud Tusciam, ciuitate Aretio, natalis beati Donati, episcopi & martyris, sub Iuliano imperatore. qui, vt Gregorius papa in libris dialogorū meminit, fractum à paganis calicem sanctum, ad Missas orando, instaurauit. Romæ, sanctorum martyrum, Petri, Iuliani, cum alijs

Lib. 1. c. 7

X 4

alijs

alijs decem & octo. Apud Mediolanum, natalis sancti Faustini, tempore Aurelij Commodi martyrizati. *Ciuitate Messana in freto Siculo,*
 2 *depositio beatissimi Alberti de monte Drepano, presbyteri & confessoris, sacrique Ordinis Carmeli per Siciliam Prioris provincialis. qui genere, moribus, doctrina, sanctimonia, & miraculis clarissimus, decessit anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo. In Gallijs, ciuitate*
 3 *Rothomagensi, depositio beati Victricij, præsatae vrbis episcopi & confessoris. Catalaunis ciuitate, depositio sancti Donatiani, episcopi & confessoris.*
 g *Die septima, sacrosancti martyris Dometij, ¶ Ciuitate Nouaria, sancti Godscalci martyris, eiusdem ciuitatis episcopi. cuius passio habetur.*

ANNOTATIONES.

1 De Donato gesta martyrij, quod pertulit à Quadratiano Augustali, extant: vnde & Adopartem transcriptis hac die. Item Gregorius ab Vsuuardo citatus.

2 Alberti vitam habet Surius, quā teste Catalogo Britannico, Ioannes Maria Politianus scripsit. Eundem & Andreā nouiter canonizatos, heroicis versibus salutauit Nicolaus Kenton Carmelita, qui Londini obiit An. 1468 Baptista vero Mantuanus vitam scripsit carmine sapphico.

3 Victricio Rothomagensi episcopo scribunt Innocentius primus epist. secunda/ & Paulinus epistolis duabus. quarum posterior, magnam partem sanctissimæ eius vitæ complectitur.

Nullatenus liceat.

8 Aug. C

Sexto Idus Augusti, Luna

25.7.17.28.10/20.2.12.23.5/16.26.8.18.29/11.21.3.14

16 Martij, ni. 3 **R**omæ via Ostiensi, natalis beati Cyriaci diaconi, & sanctorum martyrum, Largi & Smaragdi, cum alijs viginti, tempore Dioclitiani. *Quorum passiones suis locis in præsentis Calendario*

dario notatae sunt. Apud Viennam Galliae vr- *ex gestis*
 bem, sancti Seueri, presbyteri & confessoris. *Marcelli pæ-*
 qui, vt eius gesta testantur, causa Euangelij præ- *pæ.*
 dicandi laboriosam peregrinationem suscepit,
 & ad præfatam urbem deueniens, ingentem
 paganorum multitudinem verbo & miraculis
 † ad fidem Christi conuertit. *Bourdegalis, de- Ado An. 452*
 positio Mommoli, abbatis Floriacensis cœnobij.

Item, sanctæ Agapæ virginis. g Die octaua,
 sancti Emilianii confessoris in Cyzico. *Vestimenta fratrum.*

Quinto Idus Augusti, luna

9 Aug. D

26. 8. 18. 29. 11 / 21. 3. 13. 24. 6 / 17. 27. 9. 19. 1 / 12. 22. 4. 15

Vigilia sancti Laurentij martyr. Apud
 Coloniam Tusciæ, natalis sanctorum, Se- *Gesta habes*
 cundiani, Marcelliani, & Veriani †. qui tempore *Surius*
 Decij, sub cōsulari Promotio primum cæsi sunt,
 deinde in equuleo suspensi, & vngulis abradi,
 atque igne lateribus apposito affati, triumphalem
 martyrij palmam capite cæsi meruerunt.

Romæ, sancti Romani militis. qui * confes- *vt habes*
 sione beati Laurentij compunctus, petijt ab eo *passio S.*
 baptizari, & mox iubente Decio, cum fustibus *Laurentij.*
 exhibitus, ac decollatus est. † Eodem die, Ve-
 rone, sanctorum martyrum, Rustici & Firmi.

9 Catalaunis ciuitate, sancti Domitiani, episcopi
 & confessoris. *Stramenta autem.*

Quarto Idus Augusti, luna

10 Aug. E

27. 9. 19. 1. 12 / 22. 4. 14. 25. 7 / 18. 28. 10. 20. 2 / 13. 23. 5. 16

Romæ, via Tyburtina, natalis beati LAU-
 RENTII archidiaconi. qui præsentem
 X 5 Decio

Decio imperatore, post plurima tormenta carceris, verberum diuerforum, laminarum ardentium, ad vltimum in craticula ferrea affatus, martyrium compleuit. Eodem die, Romæ, militum centum sexaginta quinque. *Metis, depositio sancti Auctoris episcopi.*

ANNOTATIO.

1 Laurentij archileuitæ Gesta per Notarios collecta, habet Surius. vnde multa pluribus locis habent Martyrologia, & Ambrosius lib. officiorum primo cap. 41. Fere tamen Ms. in quatuor aut quinque partes secta sunt, in passionem Polycronij cum clero/Abdon & Sennis/Xylti secundi cum collegis/Laurentij/& Hippolyti cum alijs. Rursus de Laurentio, Ambrosius lib. 2 officiorum cap. 28, & alibi/Augustinus tract. 27 in Ioannem/Prudentius hymno secundo de Stephanis Sanctorum/Gregorius papa lib. 3. registri epistola 30/ Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 42, 46/ Metaphrastes/ Leo, Augustinus, Chrysologus, & alij, in homilijs dici. *Mensa Abbatis, cum peregrinis.*

11 Aug. F

Tertio Idus Augusti, luna

28.10.20.7.13/23.5.15.26.8/19.29.11.21.3/14.24.6.17

*Gesta Sebastiani to. 1
Syrj.*

Romæ inter duas lauros, natalis sancti Tiberij martyris. † qui sub iudice Fabiano, cum nudis plantis super carbones ardentes ingressus, Christum maiori confiteretur constantia, duci in tertium ab vrbe milliarium, atque ibidem gladio animaduerti, iubetur. Item
1 Romæ, sanctæ Susannæ virginis. quæ cum esset nobili prosapia orta, & beati Caij pontificis neptis, martyrij palmam, tempore Dioclitiani, capitis obtruncatione promeruit. *a Eius corpus cellegit Serena Augusta noctu, & manibus suis cum lin-*

eum linteaminibus & aromatibus ornavit: sanguinem
veromartyris, qui effusus fuerat, velamine deterfit,
& posuit in capsula argentea in palatio suo: ubi die
nocturne furcivis orationibus semetipsam Domino
effundebat. In ciuitate Cameraco, sancti Gau-
gèrici, episcopi & confessoris. p qui & vitæ san-
ctitate conspicuus extitit, & clarus miraculis, in
pace quieuit. Apud castellum Ebroas, sancti
Taurini episcopi. quem beatus Dionysius ordi-
navit, & eidem vrbi episcopum destinavit.

¶ Parisijs, susceptio sacræ spineæ coronæ
Domini ab infidelibus, per beatum Ludouicum
Francorum regem fœliciter erepta. quæ hono-
ratur in sacrosancta capella palatij Parisij.

p In Sarchinio, translatio † corporum sancto-
rum Trudonis, & Eucherij, confessorum Christi.

Ipso die, eleuatio eorundem sanctorum. quæ fa-
cta est sollemniter à domino Rodulpho Leodiensi
episcopo. *Artifices si sint in Monasterio.*

de qua sermo
Ms. abbatis
Theodorici.

ANNOTATIONES.

1 Susannæ celeberrima per Notarios gesta extant, pag.
597 Suriij. E quibus veteres Martyrologi sua transcripse-
runt de Susanna / Gabino / Caio / Claudio, Prepedigna
cum filijs atque Maximo / & de Serena.

2 Gaugèrici historia, quam Cameracenses habent,
extat etiam tomo 4 Suriij. Alicubi legi eius historiam
Rotgerum scripsisse: sed quo tempore, & an hanc, non-
dum comperi.

3 De Taurino Ebroicensi, habet Vincentius in speculo
historiali, Capita aliquot, libro 10, siue 11, iuxta alia exem-
plaria. Sed cuius ea sint autoritatis, & an Deodato
filio vere tribuantur, examinandum foret.

4 De corona Domini. Rodulphus Nouiomagus vitæ
Alberti parti 2, cap. 10. Composuit item Albertus offi-
cium ecclasiasticum de spinea corona Domini Saluatoris,
quod

cap. 78, 79.

quod non solum in Ordine Prædicatorum, sed etiam in Galliarum ecclesijs decantatur.

22 Aug. G

Pridie Idus Augusti, luna

29. 11. 21. 3. 14 / 24. 6. 16. 27. 9 / 20. 1. 12. 22. 4 / 15. 25. 7. 18 r

- 1 **I**N ciuitate Assisio, sanctæ Claræ virginis, prime plantæ Ordinis pauperum dominarum, quæ vita & miraculis claruit. In Sicilia, ciuitate Câtina,
- 2 natalis sancti Eupli diaconi, sub Dioclitiano & Maximiano Augustis. qui cum diutissime pro confessione Domini torqueretur, tandem martyrij palmam gladio cædente percepit. Apud Augustanam urbem, sanctæ Hilariæ, matris sanctæ Afræ martyris. quæ † cum ad sepulcrum eius excubaret, ibidem pro fide Christi à persecutoribus igni tradita est, cum Digna, & Eumenia, & Euprepia. Passi sunt item eodem die in præfata ciuitate, Quiriacus, Largio, Crescentianus, Nimmia, Iuliana, cum alijs viginti. Item vrbe Phalari, passio Graciliani & Felicissimæ virginis. quorum primum ora pro Christo lapidibus contusa, dehinc gladio percussi, optatam martyrij susceperunt palmam. In Syria, sanctorum, Macarij & Iuliani. Eodem die, Porcarij, abbatis monasterij Lirinensis, & martyris. Iotro monasterio, sanctæ Aglibertæ abbatissæ. 3 Die duodecima, sanctorum martyrum, Photij & Aniceti.

¶ habent
Gesta Afræ,
& Augusti.

¶ q Montibus Harmoniæ, p translatio sanctæ Vualdedrudis. Nouiter quis Veniens.

ANNOTATIONES.

- 1 Claræ vitam qui conscripsit, is nomen suum suppressit: sed scribit se mandante Alexandro papa eam conscripsisse,

psisse, postquam ab eo sanctis virginibus erat ascripta.
pag. 609 Suriij.

2 Euplus martyrium passus est Catinæ, quæ & Cárana. quod contracte ponit Vsuardus, fufius A do, fufissime Simeon.

3 Porcarius cum monachis quingentis, sub Genferico Vuandalorum rege, pro fidei veritate coronatur. Quorum passionis historia publice in sancta Dei ecclesia legitur die natalis eorum. Vita Honorati lib. 3 cap. 23 & 20.

Idibus Augusti, luna

13 Aug. A

1. 12. 22. 4. 15 / 25. 7. 17. 28. 10 / 21. 2. 13. 23. 5 / 16. 26. 8. 19

R Omæ, beati Hippolyti martyris. qui pro
cōfessionis gloria, iubete Valeriano *præ-
fide, ligatus pedes ad colla indomitorum equo-
rum, sic per carduetum & tribulos tractus, emi-
sit spiritum. Passa est etiam Concordia nutrix
eius, quæ ante ipsum plumbatis cæsa, † martyri-
zavit. Decollati sunt simul & alij decem & no-
uem de domo eius. Eodem die, Foro Syllæ,
natalis sancti Cassiani. qui cum adorare idola
nolisset, vocatis pueris, quibus docedo exofus
factus fuerat, data est facultas perimendi eum.
Quorum quanto infirmior erat manus, tanto
grauiore martyrii pœnam dilata morte facie-
bat. ^a Scribit hoc Prudentius poëta. Pictauis, de-
positio sanctæ Radegundis reginæ. cuius vita
a Fortunato presbytero descripta, virtutibus & mi-
raculis late claruit. Ipso die, sancti Laudulphi,
episcopi Ebroicensis. Mediolani, † depositio sancti
Simpliciani, episcopi & confessoris. ^b In Germania
prouincia, natale sancti Vuigberti, presbyteri & con-
fessoris. ^g Die decima tertia, sancti patris & con-
fessoris Maximi.

al. princi-

pe

1

al. marty-

rizata est.

2

Prud. hym-

no 9 peri

steph.

3

4

5

¶ Eodem

6 ¶ Eodem die, sancti Hariolphi, primi abbatis Elvvangensis, & episcopi Lingonensis. *Suscipientis.*

ANNOTATIONES.

1 De Hippolyti martyrio, & Concordiæ, & nouendecim eius domus martyrum, late Notarij Romani in Gestis Laurentij. Scribit etiam Prudentius Hippolyto hymnum vndecimum: commiscens tamen cum eo alterum Hippolytum martyrem, vt facilis est in eiusmodi lapsus.

2 De Cassiano Imolensi. Beda initio vitæ sancti Felicis dicit quædam martyrium beati Cassiani de metrico opere Prudentij in commune apertumque omnibus eloquium transtulisse. / pag. 628 Suriij.

3 De Radegunde, Gr. Turonensis lib. 9 hist. Fræcorum cap. 2, 39, & deinceps. Vitæ eius librum primum scripsit Fortunatus presbyter, post episcopus Pictauiorum, secundum, * Bandomina sanctimonialis à sancta Radegunde enutrita. Non ea, ait in prologo, quæ vir Apostolicus Fortunatus episcopus de beatæ vita composuit iterando, sed ea scribere tentando, quæ præ prolixitate omisit. Vtrunque habet Surius.

4 De Simpliciano, Augustinus de prædestinatione sanctorum cap. 4 / lib. 8 confess. cap. 1 & sequentibus / Paulinus sub finem vitæ Ambrosij / Officium Ambrosianæ Ecclesiæ.

5 De Vuigberto, hoc, vt arbitror, est sermo primus inter varios, tomo 7 Bedæ.

6 De Hariolpho. Gaspar Bruschius de monasterijs Germaniæ. Ermenricus septimus abbas Elvvangensis, composuit dialogum de vita & miraculis S. Hariolphi. Idem Guil. Eifengrenius tribuit Adalberoni, Comiti à Dillingen, duodecimo abbati Elvvangensi, qui obiit anno 922.

14 Aug. B Decimo nono Calendas Septembris, luna

2. 13. 23. 5. 16 / 26. 8. 18. 29. 11 / 22. 3. 14. 24. 6 / 17. 27. 9. 20

Vigilia assumptionis Dei genitricis Mariæ.
Romæ via Appia, natalis beati Eusebij,
presby-

presbyteri & confessoris. qui à Constantio Augusto, ob catholicæ fidei defensionem, in quodam cubiculo domûs suæ inclusus, ibique in oratione constanter perseverans, dormitionem accepit. *b Cuius corpus collegerunt Gregorius & Orosius presbyteri, & sepelierunt in crypta, iuxta corpus Sixti, episcopi & martyris, via Appia. Quod audiens Constantius, in eadem crypta præcepit viuum includi Gregorium. Hunc semivivum nocte Orosius excepit inde, & post paululum defunctum, iuxta corpus sancti Eusebii sepeliuit. Factaque est gravissima persecutio in catholica ecclesia ab Arianis, sedem Apostolicam tenente Liberio. r In Africa, sancti Demetrii. p Item, Vuerenfridi presbyteri, & confessoris. cuius corpus in Ducatu Gheldriae, in vico qui dicitur Elste, requiescit.*

¶ Hic prædicator egregius, versus Batuam missus, nouellum Christi populum in Elst & Vuestervoir, & in finibus illis feliciter rexit. Item sanctæ matris Athanasia. *S. Marcell. vita Suiber. ii, c. 14.*

Si quis forte de nobilibus

ANNOTATIO.

r Athanasia vita, institutio, & miracula, habentur in Simeonis Metaphrasi, à quodam viro pio narrata, qui partim ea vidit, partim à mulieribus ipsius matris familiaribus audiuit.

Decimo octauo Calendas Septembris, luna 15 Aug. C

3 14. 24. 6. 17/27. 9. 19. 1. 12/23. 4. 15. 25. 7/18. 28. 10. 21

D* O R M I T I O sanctæ Dei genitricis *Assumptio.*
M A R I Æ. Cuius sacratissimum corpus, etsi non inuenitur super terram, tamen pia mater Ecclesia eius venerabilem memoriam sic festi-

sic festiuam agit, vt pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Quo autem venerabile illud Spiritus sancti templum nutu & consilio diuino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesie cum pietate nescire, quam aliquid frivolum & apocryphum inde tenendo docere.

Videntur infra
- 23. dies Septemb.

Gesta Ste-
phani pape
sub finem,
2 Augusti

Romæ via Appia, sancti Tharsitij, acolyti & martyris. * qui cum quodam die deferret Christi Corporis sacramenta, nec vellet ea discutientibus prodere paganis, b *indignum indicans porcis prodere margaritas*, tam diu est fustibus ac lapidibus maceratus ab eis, quousque exhalaret spiritum. b *Et reuoluto eius corpore, sacrilegi discussores nihil inuenire potuerunt sacramentorum Christi. In Nicomedia, sanctorum, Stratonis, Philippi, & Eutychiani, cum eorum socijs.*

2

¶ Aldenburgi, depositio sancti Arnulphi Flandrensis, episcopi Sueffionum, & confessoris. qui plenus bonis operibus, quieuit anno millesimo octuagesimo septimo. Eodem die, sancti Iacici, siue Iacincti, Ordinis Prædicatorum. qui post multos labores in Polonia & Russia pro religione Christiana toleratos, moritur Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo. & multis post interiectis annis propter sanctimoniam vitæ actæ & miracula, nostra memoria in numerum Sanctorum relatus est. *Si quis de ordine Sacerdot.*

Cyromerus
lib. 9.

ANNOTATIONES.

1 De Assumptione Mariæ, Athanasius sermone de Deipara/Bernardi sermones aliquot, & posteriorum auctorum/apud Augustinum de Sanctis sermones 34, 35/apud Hieronymum to. 4 ad Paulam & Eustochium sermo Sophronij, vt suspicatur Erasmus / item Metaphrastes/ qui etiam addit encomia Andreæ Cretensis, archiepiscopi Hieroso.

Hierosolymorum, & Ioannis Damasceni. Plura adfert
 Nicephorus Callistus lib. 2. historię, sed ab Ecclesia ^{cap. 21, 22,}
 non perinde recepta, atque à vulgo. Apocrypha sane ²³
 hic vitanda esse, monuerunt etiam ante Vfsuardum,
 Gelasius in concilio 70. episcoporum, & Beda libro
 retractationum in Acta ad cap. ita 8, & 13. Exequijs
 virginis sese interfuisse scribit Dionysius Areopa-
 gita de diuinis nominibus cap. 3. interpretibus po-
 sterioribus: de quo loco vide Matthæi Galeni Areopa-
 gitica.

2 Arnulphi vitam scribit Lisiardus, post eum tertius
 episcopus Sueslionensis ecclesię. tomo 4 Suriij.

Decimo sexto Calendas Septembris, luna 16 Aug. D

4.15.25.7.18/23.10.20.2.13/24.5.16.26.8/19.29.11.22

IN Nicea Bithynię, natalis beati Vrsatij con-
 fessoris. qui sub Licinio persecutore militia
 relicta, solitariam vitam agens, tantis claruit vir-
 tutibus, vt & dęmones expulisse, & ingentem
 draconem orando interemisse legatur. *Scriptum* ^{Cap. 33 en}
est in libro quinto Ecclesiasticę historię tripartitę. ^{Soz. l. 4 c. 154}

Apud ciuitatem Metensium, *translatio sancti*
 Arnulphi, episcopi & confessoris. qui sanctitate ¹
 vitę, & miraculorum gloria illustris, eremiti-
 cam vitam diligens, beato fine quieuit. Ro-
 mę, sanctę Serenę, vxoris quondam Diocli- ^{De Ser gest}
 tiani Augusti. *In Gallijs, depositio beati Rochi* ^{Susannę}
 confessoris, *contra pestilentiam adiutoris.* ² Apud
 castrum Kamerudem, natale beati Balsemij, gloriosi
 martyris, sociorumque eius. Eodem die, Theo-
 doli confessoris, episcopi Sedunensis. 3 Die deci-
 ma sexta, sancti Mandelij, & sancti martyris
 Diomedis †.

† & deportatio ab vrbe Edessa non manufactę
 Y imaginis

Zonar. l. 8. 2

3 *imaginis Domini nostri Iesu Christi. q Morinis, ostensio sancti Hunfridi, episcopi & confessoris.*

Mediolani in monasterio Coronatæ. Ordinis fratrum eremitarum beati Augustini, depositio beati Georgij Cremonensis, qui vitæ, sanctitatis, & miraculorum gratia, insignis fuit. *Si quis Monachus.*

ANNOTATIONES.

1 De Arnulpho. Paulus diaconus lib. 6 de gestis Longobardorum cap. 5. De Arnulphi mirabilibus apud Me- tentem ecclesiam, vbi episcopatum gessit, liber extat, eiusdem miracula & vitæ abstinentiam continens. Sed & ego † in libro, quem de episcopis eiusdem ciuitatis conscripsi, flagitante Agelramo præfatæ ecclesiæ archiepiscopo, de hoc sanctissimo viro Arnulpho, quædam miranda scripsi; Manuscripta. Liber autem quem extare dicit, extat per familiarem to. 4 Suriij / & 3 Bedæ, Non est tamen Bedæ, nam auctor circa initium dicit se laudabilia facta Arnolphi episcopi, quæ gessit, nonnulla familiaribus illius narrantibus, pleraque per semetipsum agnoscere.

2 Rochi historiam scripsit Franciscus Diedus Venetus.

3 De imagine Christi non manu facta est apud Metaphrastem Constantini Porphyrogeniti imperatoris narratio, collecta ex diuersis historijs.

17 Aug. E Decimo sexto Calendas Septembris, luna

5.16.26.8.19/29.11.21.3.14/25.6.17.27.9/20.1.12.23

A Pud Africam, sanctorum martyrum, Liberati abbatis, Bonifacij diaconi, Seruij & Rustici subdiaconorum, Rogati & Septimi monachorum, & Maximi pueri. qui persecutione Vuandalica, iussu Hunerici regis pro confessione catholicæ fidei, & vnici baptismatis defensione, speciosum cursum certaminis sui, coronante Domino perfecerunt. a

Scribit

pagina 729
Suriij.

Scribit beatus Victor Africanus episcopus in historia eiusdem Vuandalicæ persecutionis, quam & ipse Post finem cum cæteris sustinuit, & fideli atque illustri stylo lib. 3 & libra digessit. In Cæsarea Cappadociæ, natalis 3^o sancti Mammetis martyris. qui passus est imperante Aureliano, sub Alexandro præside.

Ipso die, octauæ sancti Laurentij martyris.

In pago Hollandiæ, Egmonda monasterio, sancti Ieronis, presbyteri & martyris. g Die decima septima, sancti martyris Myronis.

¶ Apud urbem Ptolemaidem, sanctorum martyrum Pauli & Iulianæ †.

Quod si superfluum.

De hist. Metaphrastes.

ANNOTATIO.

1 De Mammete, siue Mamante, martyre Cæsariensi, Metaphrastes to. 4 Suriij/ Basilius Cæsariensis hom. 26/ Greg. Nazianzenus in fine orationis aut tractatus 45/ Præfatio in Ambrosio / Gregorius papa habuit hominiam 35 in basilica sancti Mammetæ, die natalis eius. Nescio tamen an hæc omnia in vnum conueniant, an diuersos.

Decimo quinto Calendas Septembris, luna 18 Aug. F

6.17.27.9.20/1.12.22.4.15/ 26. 7. 18. 28. 10/ 21. 2. 13. 24

A Pud Prænestinam ciuitatem, milliario ab Vrbe trigesimo tertio, natalis sancti Agapiti. quicum esset annorū quindecim, & amore Christi ferueret, iussu * Aureliani imperatoris al. Aurelij tentus est, ac primo neruis cæsus, deinde à præside Antiocho grauiâ patitur supplicia. Exinde cum ex præcepto imperatoris leonibus subijceretur, & minime esset læsus, gladio ministrorum coronâdus percutitur. Eodē die Romæ, beatorum presbyterorum Ioannis & Crispi. qui persecutione Dioclitiani multa sanctorū corpora

Y 2

officio

officiosissime sepelierunt. quorum meritis & ipsi postmodum sociati, gaudia vitæ æternæ meruerunt. Via Lauicana, sanctæ Hælenæ, matris Constantini imperatoris. *Metis ciuitate, depositio sancti Firmini episcopi & confessoris.*

3 *Die decima octaua, sanctorum martyrum Phlori & Lauri.*

¶ *In Bronio, translatio corporis sancti Eugenij, archiepiscopi & martyris.*

ANNOTATIONES.

1 Agapitus Præneste passus est sub Aureliano, quem Vsuardus Aurelium nominat, si sincera est lectio plurimum codicum, Gesta eius Ms. Notarij Romani collegerunt: è quibus plura ponit Ado Treuerensis.

2 De Helena. Eusebius libro 3 vitæ Constantini cap. 41 & sequentibus / Cassiodorus 2 tripart. cap. 18 / Theodor. lib. 1. cap. 18. *Si quis Abbas sibi præföyt.*

19 Aug. G Decimo quarto Calendas Septembris, Luna 7. 18. 28. 10. 21 / 2. 13. 23. 5. 16 / 27. 8. 19. 29. 11 / 22. 3. 14. 25

1 **N**Atalis sancti Magni, seu sancti Andreae martyris, cū socijs duobus millibus, quingentis nonaginta septem. In Gallijs, pago Sigisterico, beati Donati presbyteri. qui ab ipsis infantia rudimentis mira Dei gratia præditus, anachoriticam vitam exegit multis annis, & *et. gloria* miraculorum † gratia clarus, migravit ad Christum. Romæ, sancti Iulij senatoris & martyris, qui iubente Commodo imperatore, tam diu fustibus est cæsus, donec emitteret spiritum.

3 In territorio Bituricensi, sancti Mariani confessoris. *1 Eodem die, in Prouincia, castro*
4 *Brincola, depositio sancti Ludonici, episcopi & confes-*

*de Don. latius
Ado*

confessoris. quinde Marsiliam deportatus, in ecclesia fratrum Minorum ibidem honorifice conditus est. Apud Mantuam, sancti Rufini confessoris.

q Bobio monasterio, sancti Bertulphi abbatis. 5

Eodem die, sancti Elaphij †, Catalannis episcopi & confessoris. Nureberga ciuitate, depositio sancti Sebaldi confessoris, filij regis Daciae. Turo. l. 5. h. 40

ANNOTATIONES.

1 Andrea ducis exercitus, & sociorum eius, martyria scribit hac die Simeon Metaphrastes.

2 De Iulio latius Beda, & Gesta Eusebij ac sociorum, quæ Vincentius citat 10 Speculi cap. 120.

3 De Mariano recluso Greg. Turonensis in libro de gloria Confessorum cap. 81.

4 Ludouici vitam scribit Ioannes 22 in antiquo Minorum Breuiario, & 4 tomo Suriij / item Anonymus, eiusdem tamen Ordinis & temporis scriptor. Vnde quædam habet Surius.

5 Bertulphi Bobiensis vita est tomo 3 Bedæ. quæ est lonæ abbatis, eius discipuli, vt alibi notauimus. item tomo 4 Suriij.

Ordines suos in Mona. Lenio ita conseruent.

Decimo tertio Calendas Septembris, Iuna 20 Aug. A

8.19.29.11.22 / 3.14.24.6.17 / 28.9.20.1.12 / 23.4.15.26

Samuelis prophetæ. cuius sacra ossa, vt in libro contra Vigilantium beatus Hieronymus paulo post scribit, Augustus Arcadius de Iudæa transtulit in Thraciam, a portantibus episcopis: & omnium ecclesiarum populis tanta lætitia occurrentibus, quasi uiuentem susciperent: vt de Palestina vsque Chalcædonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudes vna voce resonarent. 1 In territorio Lingonensi, depositio beati Bernardi, primi Clareuallis abbatis: viri vita, doctrina, & miraculis gloriosi. Eodem die, beati Porphyrij

Y 3

phyrij

Cesta Aga- phyrj viri Dei. † qui sanctum martyrem Aga-
piti 18 Aug. pitum erudiuit in fide & doctrina Christi.
Ms.

2 Herio insula, sancti Philiberti abbatis. qui post militiam temporalem, Christi tirocinio mancipatus, monasteriorum extitit fundator deuotus. Ciuitate Corduba, sanctorum monachorum, Leonigildi & Christophori. quorum corpora post abscisionem capitis, igni tradita sunt. 1 In Hungaria, ciuitate regia, Alba regali,

3 sancti Stephani regis. qui primus Hungaros ad fidem

4 conuertit. Canone castro, sancti Maximi confessoris. q Ipso die, sancti Auctoris, Treuirorum epi-

Beda lib. 3 scopi. In Anglia, sancti Osuini martyris, regis
cap. 14 Deirorum. cuius instantem obitum cum sanctus Aidanus episcopus praediceret, Non est inquit, digna gens haec talem habere rectorem.

5 ¶ Dauētriae, obitus beati Gerardi cognomēto magni. qui initium dedit fratribus de communi vita. Villario

6 monasterio, obitus Goberti, ex Comite Asperi montis,

7 egregiae sanctitatis monachi. Vuormatiae obitus Burchardi episcopi. In ipsa appellatione nominū.

ANNOTATIONES.

1 Bernardi vita libris quinq. descripta est ab eius familiaribus discipulis: liber primus à Guilhelmo abbate: secundus, ab Arnolde abbate Bonauallis: tres sequentes à Gofrido monacho Clareuallensi, Suntque excusi cum mellifluis auctoris operibus, & 20 Augusti.

2 ** Coschino* Philiberti vita scripta est iubente * Ioschino abbate Gemetico. Nam & eius loci extitit fundator deuotus. Extat romo 4 hac die.

3 Stephani regis vitam scribit Chartuitius episcopus ad Colomannū regem Hungarorum octauū/pag. 856 Suriij.

4 De Maximo. Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 22, Fuit quidam religiosus, & virtutibus, & nomine Maximus, & ut liber vitae eius docet, quam versu conscriptam legimus, nostri fuit Martini discipulus. &c.

5 Gerardi

5 Gerardi magni vita edita est cum operibus Thomæ Kempensis.

6 Goberti vitam tribus libellis habet Villaria.

7 Burchardus monachus fuit Lobijs in Hannonia. Post ea in Vuormatiensem præfulem assumptus, scripsit decretorum libros viginti. Quibus eius vita adiuncta est per eiusdem temporis auctorem, qui nomen suppressit.

Duodecimo Calendas Septembris, luna 21 Aug. B

9.20.1.12.23/4.15.25.7.18/29.10.21.2.13/24.5.16.27 r

Natale sanctorum martyrum, *Lusorij, Cifelli, & Camerini.* In territorio ciuitatis Gaualitanæ, passio sancti Priuati episcopi & martyris, qui passus est sub persecutione Valeriani & Gallieni. Eodem die, sanctorum martyrum Bonosi & Maximiani, quorum actus habentur.

Et ciuitate Salona, sancti Anastasij martyris.

† qui pro confessione nominis Christi, iubente *Gesta Agapeti, 18. Augusti.* Aureliano imperatore interemptus est. r *Item* *Quadrati episcopi. & sanctæ martyris Bassæ.*

q *Romæ in agro Verano, sanctæ Cyriacæ martyris, quæ in Vuesalia, translata quiescit.* *De Cyr. gesta Laurentij, 10 Augusti.*

ANNOTATIO.

1 Priuati martyrium habet Gregorius Turonensis lib. 1 historia Francorum cap. 34/ & gestorum eius nonnulla Vincentius, in Speculo lib. 1 cap. 75/ plura Surius. *In Abbatis ordinatione.*

Vndecimo Calendas Septembris, luna 22 Aug. C

10.21.2.13.24/5.16.26.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28 r

Octaua assumptionis Virginis Mariæ. Romæ via Ostiensi, natalis beati Timothei martyris, qui tentus ab vrbe præfecto Tarquinio, & longa carceris custodia maceratus, cum *Y 4* sacrifici-

libro 1.

sacrificare idolis noluisse, tertio cæsus, & gra-
uissimis supplicijs atrectatus, ad vltimum de-
collatus est. ^a *Scriptum inuenitur in historia
sancti Siluestri.* In portu vrbs Romæ, san-
ctorum Hippolyti, *quid dicitur Nonnus, & socio-*
rum. In Ostia, natalis sanctorum, Quiriaci &
Archelai. Eodem die Augustoduni, sancti
Symphoriani, tempore Aurelij imperatoris,
qui cum idolis sacrificare nollet, primo verbe-
ribus affectus, deinde carceri mancipatus, ad
vltimum cæso capite martyrium consummauit.

Gesta Euse-
bij & socio-
rum. 25
Augusti.

In portu Romano, sanctorum peregrinorum
martyrum, Martialis, Epicteti, Saturnini,
Aprilis, & Felicis, cum socijs eorum. Item
Romæ, sancti Antonini martyris. † qui ^b cum
esset carnifex, vidit stantem iuuenem cum spon-
gia, & detergentem latera sanctorum martyrum,
Eusebij, Pontiani, Peregrini, atque Vincentij,
cum suspensi in equuleo cæderentur: & mox ex-
clamare cœpit, Vere Deus est Christus: & fu-
giens, occulte à Rufino presbytero baptizatus est:
& reuersus, cum se libere fateretur Christia-
num, iubente Vitellio iudice, capitali sen-
tentia est damnatus, viaque Aurelia sepul-
tus. Remis ciuitate Gallie, p natalis sancti
Mauri martyris cum socijs suis. Qui à Roma
cum beato Timotheo Remos veniens, postquam
verbum Dei ibidem disseminans, Apollinarem cum
alijs pluribus baptizasset, à Lampadio præfecto
cum socijs sanctis, quos baptizauerat, decollatus
est. ^g Die vigesima secunda, sancti martyris
Agathonici. *Ordinatus autem*

ANNO.

ANNOTATIONES.

- 1 De Hippolyto. Lobij's Ms. extat martyrium Aureæ virginis & sociorum, nempe Hippolyti, qui eam sepeliuit, Cyriaci episcopi Ostiensis, Archelai diaconi, & reliquorum.
- 2 De Symphoriano Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 51 / & de gloria confessorum cap. 77. vbi passionem eius citat. quam Surius edidit.

Decimo Calendas Septembris, luna 23 Aug. D

11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 27. 9. 20 / 1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29

Natalis sanctorum martyrum, Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosæ, cum alijs duodecim. qui præclarissimo confessionis honore apud Antiochiam coronati sunt. Eodem die, beati Zachæi † episcopi. qui quartus à Iacobo, Hierosolymorum ecclesiam clarissime rexit. Apud Lyciam, ciuitate Ægæa, sanctorum, Claudij, Asterij, & Neonis. qui post acerba tormenta, cruci affixi sunt. Alexandria, sancti Theonæ † episcopi, venerabilis, & vere Deo digni. Item, natalis sanctorum, Timothei & Apollinaris *. qui apud Remensium urbem consummato martyrio, cælestia regna meruerunt. Lugduni Galliæ, sanctorum martyrum, Minerui, & Eleazari, cum filijs octo.

Eus. l. 4
cap. 5.

Eus. l. 7 cap.
vlt.

* Turo. de
glo. mar.
cap. 55.

1 Eodem die, sancti Flauiani, episcopi q̄ Augustoduni. Aruernis, natalis sancti Sidonij episcopi. Cenomanis, beati Fraubaldi abbatis & confessoris. 2 Die vigesima tertia, sancti Luppi martyris. 3 Item, vigilia sancti Bartholomæi Apostoli.

ANNOTATIO.

- 1 De Sidonio, Gregorius Turonensis lib. 2 historiae
Y 5 Franco.

Francorum, cap. 21 & deinceps. Extant etiam epistolae eius, & metra.

24 Aug. E Nono Calendas Septembris, luna

12. 23. 4. 15. 26/7. 18. 28. 10. 21/2. 13. 24. 5. 16/27. 8. 19. 1

- 1 **N**atalis beati BARTHOLOMÆI Apostoli. qui apud Indiam Christi Evangelium prædicans, *b* *visens à barbaris decoratus est, atque iussu regis Astiagis, decollatione martyrium compleuit.* Huius Apostoli sacratissimum corpus primum ad insulam Liparis, deinde Beneuentum translatum, pia fidelium veneratione honoratur. Eodem die, apud
- 2 Carthaginem, trecentorum martyrum. qui passi sunt tempore Valeriani & Gallieni. Denique post supplicia sibi illata, Christum Dei filium Deum fatentes, in clibanum calcis accensum demersi sunt. Ex quo etiam ille candidatus exercitus beatorum, Massa candida meruit nuncupari. *In quorum laudibus extant homilie sancti Augustini episcopi.* Ciuitate Rothomago, sancti Audoëni episcopi & confessoris. qui sæculum salubriter despiciens, sanctitatis merito episcopi adeptus est honorem. Niuernis, sancti Patricij abbatis. *In pago Cenomano, sancti Rigomari confessoris.* *In Gladbach, diœcesi Agrippina, sancti Sanderadi, eiusdem cenobij primi abbatis.* *g Die vigesima quarta, sancti hieromartyris Eutychis, discipuli sancti Ioannis Theologi.*
- 3

¶ Andaino monasterio, obiit Theodoricus abbas, anno millesimo octuagesimo quinto. qui viuus & defunctus multis claruit signis ac virtutibus. Eius corpus humo leuatum

leuatum, Hugonistarum immanitate redactum est in cineres & fauillas.

ANNOTATIONES.

1 Bartholomæi mentionem ingerunt, Arcopagita de mystica theologia cap. 1 / Eusebius lib. 5 hist. cap. 10 / Rufinus lib. 3 hist. eccl. cap. 1 / Præfatio Ambrosiana / Isidorus de obitu Sanctorum cap. 77 / Appendix Græci ad Hieronymi catalogū cap. 7 / Turonensis de gloria martyriū cap. 77 / Vuicelius in hagiologio / Metaphrastes addit Iosephum quendam. Sunt qui eundem Nathanaëlem suspicentur, vt Ferus in 1 Ioan. De quo etiam Iansenius in cap. 17 Euangeliorum. Translationis ad Liparim historia est Ms. per Theodorum Studitem, abbatem Constantinopolitanum, interpretē Anastasio bibliothecario. Historiam quæ est in pseudoabdia, Ecclesia ignorat. Vnde Radulphus Rinius Tungrensis abhinc fere du-

*de canonum
observantia
Propositione
11.*

centis annis præclare scripsit, Passiones sanctorum, Bartholomæi, Matthei, Simonis & Iudæ, quas sub quadam deuotione indisereta colligunt sacerdotes, periculose in officio diuino leguntur. De festi celebratione dubietas oritur apud quosdam: sed consuetudinem tuæ regionis obserues, rescripsit Innocentius tertius: cap. consilium nostrum: De obseruatione ieiuniorum.

2 Massæ candidæ trecentorum martyrum meminit Prudentius hymno 13 peri stephanon / & Actus passionis Cypriani fol. B. 2. Possidius indicat homiliam Augustini per natale martyrum Massæ candidæ. Quam Plantino dabimus, excudendam cum operibus Augustini.

3 Audoënus tribus libris scripsit vitam Eligij. Eius meminit Aimonius lib. 4 hist. Francorum cap. 41 / Fridogodus autem diaconus sancti Odonis, dicitur vitam sancti Audoëni scripsisse. Cuius reliquias sanctus Odo episcopus Cantuariam transtulit, Anno 956. Edidit eam Surius, correcto nonnihil stylo. *Quod si aut locus expetit.*

Octauo Calendas Septembris, luna 25 Aug. F

13.24.5.16.27 / 8.19.29.11.22 / 3.14.25.6.17 / 28.9.20.2

Romæ, natalis sanctorum martyrum, Eusebij, Pontiani, Vincentij, & Peregrini, sub
Commo-

Commodo imperatore. qui primo in equuleum leuati, neruis quoque distenti, ac deinde fustibus cæsi sunt, flammis circa latera eorum appositis: sed dum in laude Christi fidelissimi permanerent, plumbatis vsque ad emissionem spiritus, mactati sunt. Item Romæ, sancti Genesij, martyris tempore Dioclitiani Augusti, qui ^b fuit primum sub gentilitate mimus, thymelica artis magister. ^a Et cum vellet Dioclitianus de mysterijs Christianæ obseruantie ludum exhiberi, huius rei gratia in medio theatri quasi agrotus, poscens se baptizari, mimum proposuit. Euocato autem presbytero & exorcista, repente à Deo inspiratus credit. Cumque sacramentorum mysteria complessent, & indutus esset vestibus albis, veluti per ludum à militibus raptus, & ad similitudinem sanctorum martyrum de Christi nomine discutiendus, imperatori fuisset exhibitus, stans in editiori loco, ita conuocatus est. Audi imperator, & omnis exercitus: sapientes, & populi huius vrbis. In tanta derisione Christianos habui, vt ex eorum sanctificatione ludum vobis exhibere vellem. At vbi me aqua nudum tetigit, & interrogatus, credere me respondi, vidi super me manum cælitus venientem, & angelos Dei radiantes iuxta me stetisse, qui omnia peccata, quæ ab infantia feci, recitarunt de libro: quæ mox in ipsa aqua lauerunt: & me candidiorem niue postmodum ostenderunt. Nunc igitur in clyte Imperator, & vos omnes populi, credite verum Deum esse Christum, & per ipsum nos ad indulgentiam posse pertingere. Ad hæc cum Dioclitianus vehementissime indignaretur, traditus Plutiano præfecto,
primo

primo fustibus crudelissime cæsus, deinde
 equuleo suspensus, & vngularum diutissima
 laceratione vexatus, lampadibus etiam inflam-
 matus, cum in fide persisteret, dicens, Non est
 rex præter Christum, pro quo si millies occi-
 dar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde,
 auferre non poteritis, martyrij palmam capitis
 obruncatione promeruit. Eodem die, beati
 Genesij Arelatensis. qui exceptoris functus of-
 ficio, cum impia, quibus Christiani puniri iu-
 bebantur, edicta, nollet excipere, comprehen-
 sus atque decollatus, martyrij gloriam, proprio
 cruore baptizatus, accepit. In Hispanijs,
 ciuitate Italica, sancti Geruntij episcopi, in
 carcere quiescentis. *1* In prouincia Syriæ,
 sancti Iuliani martyr. *2* Item Parisijs, sancti Lu-
 douici confessoris, regis Franciæ q̄ illustrissimi at-
 que gloriosissimi. cuius corpus requiescit in cœnobio
 diui Dionysij in Francia, & caput eius honoratur
 & colitur in sacrosancta capella palatij. Quem do-
 minus Bonifacius octauus sanctorum catalogo as-
 scripsit, eius mortem pretiosam Deo per crebra mi-
 racula contestante. In pago Viromandensi, na-
 tale sanctæ Hune Gundis, pretiosæ virginis Christi. *3*
 In pago Lemouicensi, sancti Aredij confessoris. *4*
 p̄ Item, sancti Gregorij episcopi Traiectensis, atque *5*
 confessoris. qui fuit instructor sancti Ludgeri, epi-
 scopi Monasteriensis. *6*

¶ *7* Die vigesima quinta, reuersio lipsani sancti
 Bartholomæi Apostoli.

Eodem die fuit incendium oppidi Tuitiensis. in quo *8*
 corpus Dominicum à flamma circūfusa intactū remāsit.

ANNO.

ANNOTATIONES.

1 De Eusebio, Pontiano, Vincentio, & Peregrino, latius ex Gestis Ms. Ado in Martyrologio, & Vincentius in Speculo lib. 10. cap. 119 & quatuor sequentibus.

2 Genesis Romani gesta martyrij pulcherrime Romanos Notarios annotasse, ea ipsa satis testantur, quæ ex eis Ado transcripsit. Extant pagina 895 Suriij.

3 Genesis Arelatenensis martyr ab eo diuersus est. cuius passionem habet D. Surius auctore Paulino Nolano episcopo / & miraculum per S. Hilarium Arelatensem / Habuit & Gallia Doctor, qui Eusebius Emisenus inscribitur, in eius natali homiliam historicam, & eruditam. Rursus de eo Gregorius Turonensis in laudem martyrum cap. 67, cum tribus sequentibus.

4 Ludouici regis vitam perstringit Bonifacius octauus. Scripsit eandem Ludocus Clichtouæus anno 1516, potissimum, vt ait, ex opusculo Godofridi de bello loco, Ordinis Prædicatorum, qui viginti annis confessionum sancti Ludouici fuit auditor. Clichtouæus cum bulla excusus est Parisijs. Item de eo Surius pag. 906.

5 Hunegundis vita per episcopum, vt apparet scripta ante annos 600, extat hac die.

6 De Aredio Greg. Turonensis lib. 10 historiae Francorum cap. 29 / de gloria confessorum cap. 9 / de vita patrum cap. 17 in vita Nicetij episcopi Treuirorum.

7 Gregorij episcopi vita, Vltraiecti ad sanctum Saluatorem, vbi quiescit, habetur, scripta per discipulum, qui in prologo vocat Gregorium, abbatem & præceptorem suum ab infantia. Hunc autem esse sanctum Ludgerum episcopum, ipsius vita loquitur cap. 31.

8 De incendio Tuitiensi est liber Ruperti abbatis, editus Colonia anno 72. *Ad portam Monasterij.*

26 Aug. G

Septimo Calendas Septembris, luna

14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 3

De Zeph. ca.
16 pontifica-
lis.

vbi agitur de

Romæ, natalis sancti Zepherini papæ & martyris. Et sanctorum martyrum, Irenei & Abundij, qui in passione beati Laurentij leguntur †. Apud Victimilium castrum Italiae, natalis

natalis beati Secundi martyris, viri spectabilis, *Concordia.*
& ducis ex legione sanctorum Thebæorum.

Item ciuitate Pergamis, sancti Alexandri mar- *Ado plura*
tyris. qui & ipse vnus extitit ex legione The- *habes.*
bæorum, & cum nomen Domini Iesu constan-
tissime fateretur, martyrium capitis abscissione
complenit. Antifiodoro, Eleutherij episcopi.

Ceresani, oppido Hispaniæ, beati Victoris martyris.
qui à Mauris est martyrij corona donatus. *Dirigendi fratres in viam.*

Sexto Calendas Septembris, luna 27 Aug. A

13. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 30. 11. 22. 4

A Pud Capuam, natalis sancti Rufi martyris. *De Ruffo vi-*
quem docuit Apollinaris, Petri Apostoli *ta Apollina-*
discipulus, cum esset idem Rufus patriciæ digni- *ris, 23 Julij.*
tatis. Tomis ciuitate, sanctorum martyrum,
Marcellini tribuni, & vxoris eius Manneæ,
Ioannis, Serapionis, & Petri. Eodem die, na-
talis sanctorum, Georgij diaconi, Aurelij, Feli- *1*
cis, Nathaliæ, & Liliolæ. quorum primus, miræ
abstinentiæ monachus, ab Hierosolymis Cor-
dubam adueniens, cum reliquis ex eadem vrbe,
claro germine ortis, diu optatum, sibi que à Do-
mino præmonstratum meruit assequi marty-
rium. Ciuitate Arelatensi, sancti Cæsarij epi- *2*
scopi, miræ sanctitatis, & pietatis, & studij vi-
ri. Augustoduni, sancti Siagrii †, episcopi & *viri summa*
confessoris. *g Die vigesima septima, sancti patris sanctitatis.*
q Ciuitate Constantia, natalis sancti Ge- *Ado an. 575.*
behardi, episcopi & confessoris.

¶ Item, translatio sancti Lamberti, de crypta, in
altare sanctæ Crucis. Si cui fratri aliqua forte grania.

ANNO-

1 Georgij diaconi, & collegarum eius gesta habet Surius per Eulogium eorum contemporaneum, quem presbyterum sentit fuisse, & martyrem.

2 Cæsarij meminit Gennadij catalogus cap. 86/ Vitam scripsit Cyprianus eius discipulus ad Cæsaream abbatissam, sororem sancti Cæsarij, pag. 923 Suri.

28 Aug. B Quinto Calendas Septembris, luna

16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.1

1 **I**N Africa, depositio sancti Augustini episcopi, qui a per acceptissimum Deo sacerdotem Ambrosium, diuina præstante opitulatione, & doctrinam salutarem, & diuina percepit sacramenta. Moxque ex intimis cordis medullis, spem omnem, quam habebat in sæculo, dereliquit. Verbum Dei vsque ad extremam aegritudinem imprætermisse, sana mente, sanoque consilio in Ecclesia prædicauit. Testamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Dei non habebat. Hic primo de sua ciuitate propter barbaros Sardiniam translatus, nuper † à rege Longobardorum Ticinum relatus, & honorifice conditus est. Romæ, natalis beati Hermetis, viri illustris, qui, vt in actibus Alexandri papæ legitur, b à beato papa baptizatur, cum vxore, & filijs, ac sorore Theodora: & cum eo pariter mille ducenti quinquaginta serui eius: vxores quoque, & filij eorum, prius ingenuitate illis concessa: ac non multo post ab Aureliano primò carcerali custodiæ mancipatus, deinde gladio cædente martyrium adeptus est. Constantinopoli, sancti Alexandri, episcopi & confessoris, gloriosi senis. cuius virtute

An. 718
Ado Vien.

20. 3 Suri,
3 die Maij.

virtute orationis, Arius diuino iudicio condem-
natus est. Ipso die, *Brinate*, natalis sancti Iu-
liani martyris. qui tempore persecutionis, hor-
tatu beati Ferreoli ex Viennensi vrbe, clande-
stino discessu ad territorium vrbis Aruernæ
commigravit: vbi tandem defecto gutture,
morte horribili necatus est. Apud Santonas,
sancti * Bibiani episcopi & confessoris. *Bu-*
chonie in Suenia, sanctæ Adelindis abbatissæ. *al. Viuia-*
g Die vigesima octaua, sancti patris Moysis ni-
Æthiopis.

¶ *Vrbis Alemannorum recolit Constantia sanctum Vnand.*

Hac quoque Pelagium, fuso pro sanguine clarum.

ANNOTATIONES.

1 De Augustino, Africa, quo pastore: orbis, doctore
coruscat. Iulidorus de viris ill. cap. 8. Possidius Africanæ
prouinciæ episcopus, stylo profecutus est vitam sancti
Augustini: cui etiam operi subiecit indiculum scripto-
rum eius, enumerans quanta idem beatissimus doctor
scripserit. Extant nunc ante opera Augustini. Fragmenta
aliorum de hoc Doctore multa sunt: quæ longum foret
recensere. Vitam scripsit quoque inter recentiores, Ge-
rardus Moringus.

2 De Alexandro, vide Rufinum lib. 10 hist. eccles. cap.
12, 13 / tripartitam historiam lib. 1 cap. 12 / lib. 2 cap. 4 / lib. 3
cap. 10 / Epiph. hæc. 68.

3 De Iuliano. Sigebertus de viris illustr. cap. 40. Grego-
rius Turonensis episcopus, scripsit de miraculis Iuliani
martyris, librum vnum. Habet Capita 50, tomo 4 Suriij.
De eius & Ferreoli translatione per S. Mamertum, me-
minit Sidonius lib 7 epist. 1.

4 De Bibiano. Greg. Turonensis de gloria confesso-
rum cap. 58. Eius virtutum præstantiam liber, qui iam
de eius vita scriptus tenetur, enarrat. *Præcauendum est.*

Quarto Calendas Septembris, luna 29 Aug. C.

17. 23. 9. 20. 1 / 12. 13. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 2. 13. 24. 6

Z Decol-

1 **D**ecollatio, vel potius inuentio capitis,
 beatissimi Ioannis Baptistæ. Siquidem
 decollationem eius circa solennitatem Pascha-
 lem euenisse, ex Euangelica comprobatur le-
 ctione. quæ tamen hic festiua recolitur, quando
 caput eius repertum est secundo, in Emesa ci-
 uitate, atque in ecclesia conditum. Romæ,
 natalis sanctæ & illustrissimæ Sabinæ marty-
 ris. quæ sub Adriano imperatore gladio per-
 cussa, martyrij palmam adepta est. In pago
 Trecafino, sanctæ Sabinæ virginis; quæ pro
 Christi amore, laboriosissima peregrinatione
 suscepta, etiam virtutibus ac miraculis glorio-
 sa, quieuit in pace. Parisijs, depositio Me-
 derici, presbyteri abbatis. Ipso die, sanctæ
 3 Candidæ virginis. *Item, sancti Elizei propheta.*
 4. Reg. 13 *¶ Cuius sacrum corpus etiam mortuum, mortui
 resuscitatione peculiariter gloriosum, Rauenna trās-
 latum, honore condigno honoratur. Apud urbem
 Louanium, natalis Veronæ virginis beatæ, in ecclesia
 sanctæ Crucis.*

*¶ Eodem die, translatio sancti Adelphi Metensis
 episcopi, & confessoris, ad nouum Villare monaste-
 rium, petitione Lantfridi, coepiscopi Drogonis Me-
 tensis, tempore Ludouici Pij.*

ANNOTATIONES.

1 De decollatione Ioannis, Matt. 14 / Marci 6 / Lucæ 9 /
 de inuentione capitis, Ado 11 cal. Martij, & hac die. Rursus
 de hac festiuitate Ioannis sunt varij veterum sermones:
 inter quos est & sermo to. 7 Bedæ inter varios. in quo al-
 legantur Iosephus lib. 18 antiq. cap. 10 / Eusebius lib. 1
 hist. / Rufinus lib. 11 cap. 18 / & tripartita historia lib. 9
 cap. 43. Beda capite 26 in 6 Marci allegat etiam chro-
 nicon

nicon Marcellini . Est etiam apud Cyprianum incerti auctoris tractatus , de reuelatione capitis beati Ioannis.

Hieronymus in fine 3 apologiæ contra Rufinum , Herodias , ait , linguam veridicam discriminali acu confodit.

Item Gelasius dist. 15 / & Metaphrastes tomo 4 Suriij.

2 De Sabina martyre , latius Ado ex Gestis.

3 De Elizeo , 3 regum 19. vsq. ad 13 caput libri sequentis / Eccl. 48 / Nicephorus anno 463. *Vetetur in Monasterio.*

Tertio Calendas Septembris, Luna 30 Aug. D

13. 29. 10. 21. 2 / 13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 3. 14. 25. 7

Romæ via Ostiensi, beati Felicis presbyteri, sub Dioclitiano & Maximiano imperatoribus. qui post equulei vexationem, data *Latini Ado, tomo 4 Suriij.*

sententia cum ad decollandum duceretur, obuius ei fuit quidam Christianus. Hic dum se Christianum sponte profiteretur, mox cum eodem pariter decollatus est. Huius nomen ignorantes Christiani, ad auctum eum appellauerunt, eo quod sancto Felici auctus sit ad coronam.

Item Romæ, sanctæ Gaudentiæ virginis.

Resbaco monasterio, cognomento Hierusalem, sancti Agili. qui eiusdem abbas cœnobij, multis virtutibus claruit. In territorio Meldensi, sancti Fiacrij confessoris, magnæ virtutis viri.

Brugis, translatio sancti Donatiani, Remensis episcopi. Obedientiæ bonum non solum Abbati exhibendum.

Pridie Calendas Septembris, Luna 31 Aug. B

19. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 8

Treueris, natalis sancti Paulini, episcopi & confessoris. qui à Constantio imperatore relegatus exilio, & vsque ad mortem etiam extra Christianum nomen mutado exilia

Z 2 fatiga-

*Euf. lib. 40
cap. 4 c. 3/
Hier. c. 30
de vi. ill.*

fatigatus, ad vltimum apud Phrygiam defunctus, beatæ passionis coronam percepit à Domino. Eodem die apud Athenas, beati Aristidis, fide sapientiaque clarissimi †. qui Adriano principi de religione Christiana libros obtulit, & quod Christus Iesus solus esset Deus, præfente imperatore, luculentissime perorauit.

Antifiodoro, sancti Optati, episcopi & confessoris. 1 Item, sanctorum martyrum, Robustiani & Marci. 2 q Iotro monasterio, sancti Ebraisili, episcopi & confessoris. Eodem die, sancti Aidani episcopi. Cuius animam sanctus Cuthbertus in cælum ab Angelis ferri vidit. In Anglia, sanctæ Cuthburgis, virginis & reginæ. Ibidem, depositio sanctæ Eansuudæ, virginis & abbatissæ.

¶ Atrebat, p translatio sancti Hadulphi episcopi & confessoris. In loco Blandinium dicto, dedicatio & consecratio basilicæ beatissimorum Apostolorum, Petri & Pauli. 3 Die trigesima prima, depositio veneranda zonæ sanctissimæ Deiparæ, in anniuersario, die dedicationis templi, in Chalco-
pratijs. Sicut est zelus amaritudinis malg.

ANNOTATIONES.

1 De Paulino Treuerensi, libro 5 hist. tripart. cap. 15 & 16/ Athanasius & Hilarius contra Constantium scribentes/ Sulpitius lib. 2 sacrae historiae.

2 De Aidano, Beda in vita Cuthberti, cap. 4/ in historia gentis suæ lib. 3. cap. 3, 5, 14, & tribus sequentibus.

3 De Zonæ Deiparæ depositione, sunt apud Metaphrastem encomia Germani episcopi Constantinopolitani, & Euthymij monachi, tomo 4 Suriij.

Huc vsq. nobis hæc edentibus, peruenit Reuerendus & religiosissimus Pater, Dominus Laur. Surius, Carthusianus Agrippinæ Coloniae, in probatis Sanctorum historijs; singulis tomis duos menses complectens.

SEPTEM-

SEPTEMBER HABET

DIES XXX.

Calendis Septembris, luna

1 Sept. F

20. 1. 12. 23. 4/15. 26. 7. 18. 29/10. 21. 2. 13. 24/ 5. 16. 27. 9



Esu Naue, & Gedeon pro-
phetarum. Item, natalis bea-
tissimæ Annæ prophetissæ. cu-
ius sanctitatem Euangelicus

Luc. 2⁷

sermo prodit. Apud Capuā,
via Aquaria, sancti Prisci mar-

tyris. qui vnus fuit de antiquis Christi discipu-
lis. Remis, depositio sancti Sixti, episcopi
primi ciuitatis ipsius. & beati Sinicy, eiusdem
successoris. Senonis, beati Lupi, episcopi &

in hist. Ms.
vltra med.

confessoris. de quo refertur †, quia quodam
die, dum astaret, præfente clero, sacris alta-
ribus, lapsa est cælitus gemma in eius calice
sancto. Cenomanis, sancti Victoris episcopi.

2

cuius gesta habentur, præclara in sanctitate, & mi-
raculis. Item in Prouincia, † sancti Egidij abba-

3

tis. Eodem die Beneuenti, sanctorum martyrum
duodecim fratrum. † In Alto Villari, depositio

4

sancti Niuardi, episcopi Remensis. Ambianis tran-
situs sancti Firmini, episcopi & confessoris. In ter-

ritorio Constantiensi, † ad Aquas duras, natale sanctæ
Verenæ virginis. † In die prima, sancti martyris

Aithala †. & sanctarum martyrum quadraginta
mulierum, & Ammonis diaconi, atque didascalipfa-

3. trip. cap. 2⁷

rum. & sanctorum martyrum, Callistes, Euodii &
Hermogenis, fratrum.

73

† & prin-

¶ & principium indictiois, nouique anni. & commemoratio super benedicta Dei genitricis in Massinis. Treuiris, translatio sancti Matthei Apostoli de Roma.

Dominica die prima mensis Septembris, Louanij in basilica sancti Petri, solennitas recollectionis festorum beatissimæ Virginis, Dei genitricis Mariæ, quæ cum totius vrbis lætitia, festiue celebratur. *Regulam autem*

ANNOTATIONES.

1 De Iosue, Exodi 17, 24, 32 / Num. 12, 13, 14 / Deut. 1 / Eccl. 46 / & toto libro Iosue. De Gedeone, Iudicum 6, 7 & 8.

2 De Victore aut Victorio Cenomanensi, Gr. Turon. de confess. cap. 56 / & historia eius, Ms. Lobij.

Egidij

3 * Egidij vita passim extat Ms. quæ in quibusdam codicibus ascribitur Fulberto, Carnotensi episcopo.

4 Duodecim martyrum Beneuentanorum martyrium habet tomus 4 Aloylij, heroico carmine, auctore Alphano, qui ex Cassinensi monacho assumptus est in archiepiscopum Salernitanum, circa annum M. C. VIII.

2 Sept. G

Quarto Nonas Septembris, luna

21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 10

1 **L**vgduno Gallia, natalis sancti Iusti, episcopi & confessoris. qui in eremum secedens, cum aliquot annis proximam angelis egisset vitam, & dignus adesset finis tantis laboribus, regnum scandere cœlorum beato lucro promeruit. Huius sanctum corpusculum, cum oisibus beati Viatoris ministri eius, Lugdunum postea relatum est. Eodem die apud præfatam urbem, sancti Helpidij, episcopi & confessoris.

In Apamia, sancti Antonini martyris. *Item sancti Cosmæ, confessoris & eremita. q cuius corpus ex Creta Venetias est translatum. Eodem die, beati*

beati Brocardi presbyteri, & Carmeli Prioris genera-
lis, magnæ sanctitatis viri. g Die secunda, sancti
patris Ioannis ieiunatoris †.

Zonaras in
Tiberio pag.
59. 62.

¶ q Eodem die in Traiecto, translatio Agnetis
virginis. Apud Dononium, elevatio corporis san-
ctæ Ragenfredis virginis. *Ausculta o fili præcepta.*

ANNOTATIONES.

- 1 De lusto scribens Vsuardus, servavit verba historię
Ms. De eodem Ado Treuerensis hac die, & idibus Octo-
bris / Ado Viennensis Anno 379.
- 2 Brocardi vita eo anno cœpta est scribi, quo obiit, vt
habet initium historię eius.

Tertio Nonas Septembris, luna 3 Sept. A

22. 3. 14. 25. 6 / 17. 28. 9. 20. 1 / 12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 11

Natalis sanctæ * Phœbes. de qua beatus *al. Phœbē*
Apostolus Romanis scribit. Romæ, * Rom. 16
beatæ Serapiæ virginis, sub Adriano principe * passio
quæ cum esset duobus lascivis viris tradita, & 1
minime potuisset illudi, nec postmodum arden-
tibus lampadibus inflammari, iussu præsidis fu-
stibus est cæsa, sicque gladio decollata. Huius
dies passionis quarto Calendas Augusti: sepul-
turæ vero eiusdem, in præsentem habetur, quan-
do & memoria ipsius celebrior agitur. In
Capua, sanctorum martyrum, Antonini, * an- * pueri
norum viginti, & Aristei episcopi. quorum
gesta habentur. *Civitate Sais, sancti Gode- 2*
grandi, episcopi & martyris. Eodem die, sancti
Aigulphi, abbatis monasterij Lirinensis, gloriosi 3
martyris. In territorio Leodiensi, in Ardenna,
monasterio Stabuleto, p depositio sancti Remacii, 4
7 4 episcopi

episcopi & confessoris. 1 Tullo ciuitate, sancti Man-
 sueti, episcopi & confessoris. Eodem die, Papiæ,
 sancti Marini. 9 Apud Aquileiam, sanctarum,
 Rubens l. 1 Euphemiæ †, Dorotheæ, Teclæ, & Erasme. que
 list. Raucn. tempore Neronis post grauissima, multipliciaque
 tormenta, capite plexæ sunt; & ab Hermagora se-
 de quo vita cetera magni Euthymij †.
 Euth. 10. 1 ¶ r Ordinatio summi pontificatus incomparabi-
 Surij. lis viri Gregorij papæ. p In monte Blandinio,
 Gandau territorij, aduentus sanctorum corporum,
 Vuandregisili abbatis, Ansberti & Vulfranni archi-
 presulum. Fossis, translatio corporis beati Foillani
 martyris. Exurgamus ergo tandem.

ANNOTATIONES.

- 1 De Serapia fufius A do ex Gestis.
- 2 Godegrandi martyrium scribit Adelelinus episcopus Sagienfis, in vita Opportune, sororis Godograndi, tomo 2 Surij pag. 773.
- 3 Aigulphi vita originalis extat, nondum excusa.
- 4 Remacli vita & miracula habentur Ms. per Thietmarum abbatem Helmarduicensem / Notgerum episcopum Leodiensem ad Vuerenfridum abbatem / per fratres Stabulenses / & Herigerum abbatem Lobienfem, in libro de gestis pontificum Leodiensium, à cap. 40 vsque ad 55.

4 Sept. B

Pridie Nonas Septembris, Luna

23. 4. 15. 26. 7 / 18. 29. 10. 21. 2 / 13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 12

- 1 **M**Oysi prophetæ g & Dei spectatoris. Apud Ancyram Galatiæ, natalis sanctorum martyrum, trium puerorum, Rufini, Siluani, & Vitalici. Cabilonis, sancti Marcelli martyris.
- 2

martyris. qui à præfide Prisco, cum ad prophatum conuiuium fuisset inuitatus, & huiusmodi epulas execrans, omnes qui aderant, cur idolis deferuirêt, libera increpatione corripere, inaudito crudelitatis genere defodi eum, cingulo tenus erectum, præses iussit. Sicque sanctus Dei martyr tertio die, in Dei timore & laudibus perseuerans, incontaminatum reddidit spiritum. Ipso die, sanctorum, Magni & Casti, & Maximi. & sancti Mauri confessoris. & Treu-
ris, sancti Marcelli, episcopi & martyris. In territorio Monasteriensi, supra Lippiam fluuium, depositio beatæ Idæ, viduæ magnæ sanctitatis.

Ide historia est to. 2 Legendæ.

¶ Colonia in maiori ecclesia, Irmgardis virginis. in cuius præfesto ibidem campanæ pulsantur, sicut in præfesto Sanctorum, licet non sit canonizata. *Et querens dominus.*

ANNOTATIONES.

- 1 Moyses nascitur Exodi 2. cuius acta consequenter describuntur. Moritur Deut. vii.
- 2 De Marcello, plura Ado. De eodem Gr. Turonensis, de gloria martyrum cap. 53.

Nonis Septembris, Luna 5 Sept. C

24. 5. 16. 27. 8 / 19. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 13

Romæ, beati Victorini martyris. qui sanctitate & miraculis præclarus, sacerdotium Amiterninæ vrbis, totius populi electione adipiscitur: inde postmodum sub imperatore Nerua iussus est suspendi capite deorsum, in loco vbi putentes & sulphuræ emanant aquæ. Quod cum per triduum pro nomine Christi passus fuisset, gloriose coronatus, victor
Z 5 migra-

De Vict. gesta Nerei.

1
 * nostri
 migravit ad Dominum. Item Romæ in portu, sancti Herculani. Capuæ, sanctorum martyrum, Quinti, Arcontij & Donati. Eodem die, p̄ in pago Teruanensi, monasterio dicto Sithiu depositio sancti Bertini abbatis, p̄ almi patris *, & confessoris. qui vita & miraculis insignis, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo octavo, migravit ad Dominum. Vbi dum dies caniculares finem faciunt, sicut venerabilis Gregorius Turonensis episcopus scribit, sine ultima diei mutati sunt viri sancti inuicti labores. quoniam dum diem clausit ultimum, in regeneratione viua diem accepit perpetuum, Iesum Christum Dominum nostrum.

2
 q̄ Lauduno clauato, sancti Genebal-di, episcopi & confessoris. & sanctæ Probe virginis.

¶ In Gallijs ciuitate Vesontionum, inuentio beatorum martyrum, Ferreoli & Ferrutionis, à beato Aniano, tempore Iuliani imperatoris. vbi operante Domino multæ virtutes factæ sunt.

Eodem die, sanctorum martyrum, Eudoxi, qui & Marianus, Romuli, Zenonis, & Macarij. qui sub Traiano martyrio coronantur. Sed interrogemus

A N N O T A T I O N E S .

- 1 Bertini Sithiuensis vitam scribit Folchardus, eiusdem loci monachus. Ms. ibidem, in oppido sancti Audomari.
 2 De Genebaldo, Hincmarus episcopus, in vita Remigij, to. 1 Surij, pag. 291 & seq.

6 Sept. D

Octauo Idus Septembris, luna

25. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 14

Zacha-

Zachariae prophetae, qui de Chaldaea senex in patriam reuersus, iuxta Aggaeum prophetam iacet conditus. In Africa, beatorum confessorum & episcoporum, Donatiani, Praesidij, Mansueti, Germani, Fuscoli; qui pro assertione catholicae veritatis, durissime caesi, & exilio eliminati sunt. Inter quos etiam episcopus, nomine Laetus, strenuus atque doctissimus vir, post diuturnos squalores carceris, incendio concrematus est. ^b Tunc etiam episcopis, quasi ad concilium congregatis Carthagini, vna die vniuersae Africae ecclesias clausit Humericus, rex Arianus, vniuersamque substantiam episcoporum & ecclesiarum, suis episcopis condonauit. Item, Cappadociae vrbe, & Reate, sancti Cottidi diaconi. Eodem die, ad Fauces, sancti Magni confessoris. ^b Et natale beati Onesiphori, Apostolorum discipuli. de quo ait Apostolus, Det misericordiam Dominus Onesiphori domui.

ut scribit Victor lib. secundo.

al. Reate

2 Tim. 1

^a Eodem die, translatio corporis beatissimi confessoris Christi, Humberti, virtutibus & miraculis clari. ^g Die sexta, commemoratio miraculi facti ab archistratego, Michaeli, in Colassis, siue in Chonis.

quia saepe me

Metaphr. 10.

6 Aloy.

Qui timentes dominum.

ANNOTATIONES.

- 1 De Zacharia, Epiphanius & Isidorus de vitis prophetarum / Sozomenus lib. 9 cap. 17.
- 2 De Magno. Gaspar Bruschius de episcopatibus Germania. Lantho, aliàs Dancho, & iterum alijs Lantho dictus, decimus sextus episcopus Augustanae vrbis, anno Domini octingentesimo septuagesimo, canonizauit cum consensu Romani pontificis sanctum Magnum. Cuius vitam etiam Emerico, monacho Elefancensi eximie

eximie docto, describendam & posteritati commendandam commisit.

7 Sept. E

Septimo Idus Septembris, Luna

26. 7. 18. 29. 10 / 21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 15

Euf. lib. 8
cap. 5.

A Pud Nicomediam, natalis beati Ioannis martyris. * hic nimio calore fidei ignitus, librum in quo continebantur crudelia edicta aduersus Christianos, iniecta manu detraxit, ac discerpfit. Cumque hoc relatum esset Dioclitiano & Maximiano Augustis, in eadem vrbe constitutis, nimia crudelitate saeuientes, omnia suppliciorum genera, iusserunt expendi in eum. Quae vir nobilissimus cum tanta alacritate vultus ac spiritus pertulit, vt ne quidem tristis pro his videri potuisset. Ciuitate Aurelianis, depositio sancti Euurtij, episcopi & confessoris. qui, vt eius gesta testantur, primo sanctae Romanae ecclesiae subdiaconus, dehinc diuino munere per columbam est designatus pontifex praefatae vrbis. In territorio Augustodunensi, sanctae Reginae virginis. quae sub proconsule Olibrio, equulei, carceris, ac lampadarum perpessa supplicia, tandem capitali sententia finiri est iussa. Item in territorio Parisiacensi, sancti Clodoaldi, presbyteri & confessoris, tam generis, quam mentis nobilitate conspicui. Cuius corpus requiescit in ecclesia beati Clodoaldi, prope Parisios. p In ciuitate Tenremonda, beati Hildeuardi, episcopi & confessoris. qui sub duce Magriptio, primo diuersis tormentorum cruciatibus affectus, sed fidei constantia in aduersis velut in prosperis

De Clo. Tenremon. 3 bist. c. 18.

prosperis letus, fidelem populum ad agnitionem veritatis admonuit, fidemque catholicam constantissime prædicavit. Tandem ipse Magriptium opposito veritatis speculo ita devicit, ut reiecto incredulitatis erroneo, Iesum Christum Dei filium assereret, & se suosque velle baptizari acclamaret. Quo facto, vir Dei Diclennæ oratorium construxit, in quo post huiuslabilis vitæ decessum, glorioso fine quieuit. Quo de loco, viri Tenremondenses, veneranda eius ossa, omni virtute famata, cum summo exultationis iubilo, Tenremondæ transtulerunt.

Item in Leodio, beatæ Madelbertæ virginis. q̄ qua post amitam Aldegundem, & sororem Aldeudrudem, Malbodiense cœnobium tertia rexit.

Eodem die, beati Vientij, Remorum archiepiscopi. In Aquileia, natalis sancti Anastasij martyris. hic fullo fuit. sed pro fidei merito in martyrum numerum annumeratus est. Arelati, sancti Augustalis episcopi. In territorio Trecafino, beati Memorij, archidiaconi gloriosi Lupi præsulis. quem Attila rex Hunnorum, cum socijs suis interfecit.

Ipsa die, depositio sancti Grati confessoris, Augustensis episcopi, miræ sanctitatis, ac miraculorum, viri. § Die septima, sancti martyris Sozontis.

¶ & præfestum natiuitatis sanctissimæ Dei genitricis Mariæ. q̄ In portu Valencianas, p̄ translatio sancti Saluij martyris, ac Ancolismæ ciuitatis episcopi, & Superij discipuli eius. Item eodem die apud Tenremondam, aduentus corporis beatæ Christianæ virginis. Ideo nobis propter emendationem malorum.

ANNOTATIONES.

1 Euurtij gesta habentur. è quibus Vincentius transcripsit sex

De Sozon.
Metaphr.
Radulphus.
Vigilia ex
constituitione
Greg. 11

SEPTEMBER.

psit sex capita Speculi historialis lib. 13, aliás 14.
2 De Regina habetur Theophilus quidam.

8 Sept. F

Sexto Idus Septembris, Luna

27. 8. 19. 30. 11/ 22. 3. 14. 35. 6/ 17. 28. 9. 20. 1/ 12. 23. 4. 16

- 1 **N**ATIVITAS beatissimæ Dei genitricis Mariæ, perpétuæ virginis. Apud Nicomediam, natalis sancti Adriani martyris, cum alijs viginti tribus. qui omnes post multa supplicia, martyrium crurifragio consummauerunt, sub Dioclitiano Augusto. Alexandria, sanctorum, Ammonis, Theophili, Neotherij, & aliorum viginti duorum. Itē Antiochiæ, Timothei &
- 3 **F**ausi. *Frisingæ, depositio sancti Corbiniani episcopi. quæius vita virtutibus in chya, in Baioaria claruit.*

ANNOTATIONES.

1 De natiuitate Mariæ. Fulbertus Carnotensis episcopus in serm. diei. Hac die peculiariter in ecclesia recitandus esse videbatur ille liber, qui de ortu atque vita Mariæ scriptus inueniebatur, si non iudicassent eum Patres inter apocrypha numerandum. At quoniam magnis ac sapientibus viris ita visum est, nos alia quædam, sed non aliena legentes, ecclesiasticum morem debitis officijs prosequamur. Orationes tres de hoc festo habet Petrus Damiani, tomo 8 Aloysij.

2 Adriani martyris gesta extant prolixè Ms.

3 Corbiniani vitam scripsit Aribus, eius in episcopatu successor Ms. Colonia. *Constituenda est ergo.*

9 Sept. G

Quinto Idus Septembris, Luna

28. 9. 20. 1. 12/ 23. 4. 15. 26. 7/ 18. 29. 10. 21. 2/ 13. 24. 5. 17

- 1 **A**Pud Nicomediam, passio sanctorum martyrum, Atyrum, Dorothei & Gorgonij. qui præsentem Dioclitiano, cum persecutionem, quam Christiana-

Christianis inferebat, detestaretur, iussi sunt primo suspēdi, & flagris toto corpore laniari, exinde visceribus pelle nudatis, aceto & sale perfundi, sicq; in craticula assari, atque ad vltimum laqueo necari. Interiecto autē tēpore beatus Gorgonius Romā translatus est, positusq; via Latina. In Sabinis, milliario ab vrbe tricesimo, sanctorū, Hyacinthi, Alexātri, & Tiburtij. In territorio Teruanēsi, sancti Audomari, episcopi & cōfessoris. *p* qui obiit anno Verbi incarnati sexcētesimo nonagesimo quinto. In Scotia sancti Querani abbatis. *g* Die nona, sancti martyris Seueriani. *h*
q In Bethnei, quam villam recentiores Stadford nominant, sancti Bertellini, eremita & confessoris. *4*
¶ Alto monte *p* inuentio sancti Marcelli, papae & martyris. Merbecca, translatio Berlendis, Celsae, atque Nonae, virginum. *b* Romae, Sergij papae. *6*
 qui inuenit mirae magnitudinis portionem ligni salutaris Dominicae Crucis, in sacrario beati Petri. Hic constituit vt in diebus annunciationis Domini, dormitionis & natiuitatis sanctae Dei genitricis Mariae, ac sancti Simeonis, quod hypanti Graece dicitur, litaniae exeant à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat. Monachorum quatuor esse genera.

ANNOTATIONES.

- 1 De Dorotheo & Gorgonio Eusebius lib. 8 cap. 6/ & Milo episcopus ad Gorzienses: ad quos translatae sunt Gorgonij sacrae reliquiae.
- 2 Audomari vitam Morinorū episcopi, scribit Folchardus monachus ad sanctū Bertinū in Sithiu vico, qui nunc est percelebre oppidum sancti Audomari. Ms. ibidem.
- 3 Seuerianus quadraginta martyribus in Sebaste praecipua causa tolerantiae fuit, vt in vita eius scribit Metaphrastes.

4 De Berge

4 De Bertellino, ex Catalogo Scriptorum Brytannia. Alexander Essebiensis Prior Regularium, scripsit vitam Bertellini eremitæ lib. 1. Incipit, Quoniam quantum intellectui nostro.

5 Marcelli papæ narratio manifestationis contigit sub Vrione primo abbate post vastationem Hugarorum: & tunc temporis descripta est per eum, & Altimontenses.

6 De Sergio papa Ado Viennensis an. 686 / Anastasius Ms. cap. 86 Pontificalis.

10 Sept. A

Quarto Idus Septembris, luna

29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 27. 8 / 19. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 18

De Hilario
Pontificale
cap. 48.

Romæ, beati Hilarij papæ. Apud Africam, natalis sanctorum episcoporum, Nemesiani, Felicis, Lucij, item Felicis, Litei, Poliani, Victoris, Iaderis, & Datiui. qui sub Decio & Valeriano, exurgente persecutionis rabie, ad primam confessionis Christi constantiam grauius fustibus cæsi, deinde compedibus vincti, & ad fodienda metalla deputati, gloriose confessionis agonem consummauerunt. Extat epistola sancti Cypriani ad ipsos, & de ipsis scripta.

epist. 77/
Lib. 3. 25.

† Gesta Euphemie

Eodem die, in Chalcedonia, sanctorum, Sosthenis & Victoris †. qui ob fidei catholice confessionem, sub Prisco consule, carcerem, vincula, & bestias superantes, tandem in oratione vocati de cælo, spiritum emiserunt. ^r Tolentini, depositio sanctissimi Nicolai confessoris, Ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini. Eodem die, sancti Petri archiepiscopi. qui multis virtutibus & miraculis claruit. ^p Item Leodiensi ciuitate, natalis sancti Theodardi, episcopi & martyris. ^q Hic beati Remacii successor, sanctique Lamberti eruditior, requiescit in Legia, in basilica sancti Lamberti.

Ciuitate

Ciuitate Albiensi, ^b depositio Saluij episcopi. de ³
 eius sanctitate Gregorius Turonis episcopus scripsit, ^{lib. 5 hist. cap. vlt.}
 narrans quod per reuelationem vidisset diuinæ vocis
 euaginatam gladium imminere super tegulum, quod
 Chilpericus rex præcepit construi. Cui visioni veri-
 tas statim subsecuta est: nam post dies viginti duo
 filij regis mortui sunt. ^p: Item, sancti Otgeri con-
 fessoris, ^q & diaconi. qui ex Brytannia comes pere-
 grinationis fuit sanctis episcopis, Vuironi & Ple-
 chelmo, atque post multa pietatis exercitia, sepul-
 turam accepit in ecclesia Montis Petri, iuxta Rura-
 mondam. Eodem die, sancti Eunucij, episcopi No-
 uionensis, & confessoris. ^s Die decima, sanctarum
 martyrum, Menodorge, Metrodora, & Nympho- ^{de hi Mesa; phraster.}
 dora †. Abbas qui præesse dignus est.

ANNOTATIONES.

- 1 Nicolai Tolentini vitam scribit Eugenius quartus, cum sanctis ascribens. Est in Breuiario Augustinensium, Nonis Iunij, & alibi.
- 2 Theoardi vita passim apud nos extat. quam se vrbani stylo meliorasse scribit Sigebertus Gemblacensis, cap. vltimo catalogi virorum illustrium.
- 3 De Saluio Albiensi episcopo, Gregorius Turonensis lib. 5 historiae cap. 44 & 50 / lib. 6. cap. 29 / & potissimum lib. 7 cap. 1 /

Tertio Idus Septembris, Luna 11 Sept. E

30. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 19

R Omæ, via Salaria veteri, natalis sancto-
 rum martyrum, Proti & Hyacinthi eunu-
 chorum. * qui sub Gallieno imperatore quod ^{Passio Eua- genia 25 Decemb.}
 Christiani essent, depræhensi, coguntur sacrifi-
 care. Sed non consentientes, primo durissime

Aa verbe

verberantur, tuncque pariter decollantur.

1 *r* Lugduno, depositio sancti Patientis episcopi. q
cuius hortatu Constantius presbyter vitā beati Ger-
mani episcopi, virtutibus plenam, descripsit. Ver-
cellis, sancti Emiliani, episcopi & confessoris. Tu-
rego, natale sanctorum, Felicis & Regulae. In portu
Ganda, sanctae Vincianae virginis. g Die undeci-
ma, sanctae matris Theodora Alexandrinae.

De Theodora
Metaph.

¶ Itē, Bodonis confessoris, episcopi Tullensis, qui Lug-
dunum translatus, mira fidelium deuotione veneratur.

ANNOTATIO.

1 De Patientis beneficio, quod in ipsa fame populis
praestitit, scribit Gregorius Taronensis lib. secundo histo-
riae Francorum cap. 24. & subdit ibidem. Extat ho-
dicque apud nos beati Sidonij epistola, in qua eum de-
clamatorie collaudauit. / Est decima ad Hesperium li-
bro secundo / & vltima lib. 6 ad dominum papam Pa-
tientem. Memor sit semper

12 Sept. C

Pridie Idus Septembris, Luna

1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/ 21.2.13.24.15/16.27.8.20

De Syro
Liutprand.
Ticinensis
lib. 3. c. 2.

A Pud urbem Ticinum, sanctorum con-
fessorum, Syri & Iuentij, qui à beato Her-
magora ad praefatam urbem directi, primo illic
Christi Euangelium praedicantes, & magnis
virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam
vicinas vrbes diuinis operibus illustrarunt:
sicque in pontificali honore, glorioso fine quie-
uerunt in pace. *r* Lugduno Galliae, sancti

p nos
Vita & mi-
racula An-
derlaci le-
guntur.

Sacerdotis episcopi. p Apud * Anderlacum,
depositio sancti Guidonis confessoris. qui post se-
ptennem ac laboriosam peregrinationem, hunc locum
suae quietis elegit: vbi sui sacri corporis reliquiae sub
frequen-

frequentia miraculorum frequentantur. q In A-
quitania, natale sancti Maximini, Treuerorum ar-
chiepiscopi. qui quarto Calendas Iunii Treuerim
relatus est. Eodem die, Baiocas, beati Reue-
rentij, presbyteri & confessoris. In Gallijs, ci-
uitate Augustoduno, depositio beati Euanti epi-
scopi. s Die duodecima, sacrosancti martyris
Antonini. Ergo cum aliquis suscipit.

De Autor.
Metaph.

Idibus Septembris, luna

13 Sept. D

2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.21

A Pud Ægyptum, ciuitate Alexandria,
beati Philippi episcopi, patris sanctæ
Eugenie virginis. Hic * dignitatem præfe-
cturæ deserens, & baptismi gratiam adipi-
scens, episcopij honorem postmodum assecu-
tus est. Quem in oratione constitutum iussit
Perennius præfectus gladio iugulari, tempore
Volusiani & Gallieni imperatorum. Eo-
dem die, sancti Amati, presbyteri & abba-
tis monasterij Romarici. qui miræ abstin-
entiæ, & anachoriticæ vitæ sectator, virtutum
& miraculorum gratia, illustrem conuer-
sationem duxit. Andegauis, sancti Maurilio-
nis, episcopi & confessoris. Duaci, ex p Broylo,
depositio sancti Amati, episcopi & confessoris. cuius
virtutem Saluator omnium pius magnificauit in
temporalis vita, suorum gratia meritorum. r Ipso
die, sancti Venerij confessoris, admirandæ sanctita-
tis viri. q Turonis, sancti Lidorij †, episcopi & Tur. 10
confessoris. Augustoduno, depositio sancti Ne- stor. c. 38
stari episcopi.

Vt habet
passio Euge-
nie, 25 Dec-
cemb.

AA 2

¶ 2 Dia

SEPTEMBER.

¶ Die decima tertia, dedicatio templi sanctæ Christi & Dei nostri resurrectionis. & præfestum viuificæ Crucis. Non ab eo persona.

ANNOTATIO.

1 Maurilij Andegauensis vitam scripsit Fortunatus episcopus Pictaunorum, vt habet Vincentius episcopus Beluacensis, lib. 21 speculi historialis cap. 126.

14 Sept. E Decimo Octauo Calendas Octobris, Luna

3.14.25. 6.17/28. 9.20. 1.12/23. 4.15. 26.7/18.29. 10.21

1 **E**xaltatio sanctæ Crucis, quando Heraclius Imperator eam de Perside Hierolymam reportauit. Sed & procurrentibus annis papa Sergius miræ magnitudinis portionem eiusdem ligni, in sacrario beati Petri Domino reuelante reperit. quæ annis omnibus, ipso die exaltationis eius, ab omni osculatur atque adoratur populo. Romæ, via Appia, beati Cornelij papæ. In Africa, sancti Cypriani. *quorum natales transferuntur in diem perendinum.* p: Treueris, sancti Materni episcopi, q discipuli sancti Petri qui simul Tungrensi, Coloniensi, & Treuivensi ecclesijs præfuit archiepiscopus, & Colonia spiritum Deo reddidit, atque in ecclesia sancti patris Eucharij, que nunc ad sanctum Matthiam appellatur, simul cum eisdem requiescit.

¶ Bruxellæ, p dedicatio ecclesiæ, & ad illam translatio corporis beatæ Gudilæ virginis. In Blandinio, translatio sancti Ansberti, Rothomagensis ecclesiæ archiepiscopi. ¶ In Mareolo, eleuatio beatæ Bertilæ.

Quarta feria post decimum octauum diem Calendarii
Oco:

Octobrium, triduanum ieiunium autumnale / siue septi-
mi mensis. de quo extant beati Leonis papæ primi ho-
miliz nouem.

In doctrina quoque sua.

ANNOTATIO.

1 Exaltatæ crucis historiam scribunt Ado Treueren-
sis in martyrologio / Andreas Cretensis episcopus apud
Metaphrasten / Idē Metaphrastes in vita Anastasij Perse
to. 1 Suri, festi meminit.

Decimo septimo Calendas Septembris, Luna 15 Sept. ¶

4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 27. 8 / 19. 30. 11. 23

Romæ via Numentana, natalis beati Nico-
medis, presbyteri & martyris, sub Domi-
tiano imperatore. qui cum diceret compellen-
tibus se sacrificare, Ego non sacrifico nisi Deo
omnipotenti, qui regnat in cælis, plumbatis diu-
tissime cæsus migravit ad Dominum. Eo-
dem die, in territorio Cabilonensi, sancti Vale-
riani martyris, quem Priscus præses suspensum,
& graui vngularum laceratione cruciatum, cum
in Christi confessione videret immobilem, ac
læto animo in eius laudibus permanentē, gla-
dio animaduertifecit. Tullo, sancti Apri epi-
scopi & cōfessoris. Itē Carnoto, sancti Leobi-
ni episcopi. 1 Eodem die, octaua natiuitatis Vir-
ginis Mariæ. 2 Lugduno, depositio sancti Albin
episcopi. 3 Eodē die, depositio sancti Aichadri ab-
batis. 4 Die decima quinta, sancti martyris Niceta. De Niceta
¶ In Cliuia, Luthardi comitis & confessoris, qui fun-
dauit claustrum Vuischelense, & Nussense. *Meminisse semper debet.*

ANNOTATIONES.

1 De Nicomede plura habet Ado ex epistola sancti
Marcelli, discipuli sancti Petri, ad Nercum & Achilleum.
quæ extat in eorum gestis, 12 Maij.

A a 3

2 De Va-

2 De Valeriano, Ado in martyrologio / Greg. Turo-
nensis de gloria martyrum cap. 54.

3 Aichadrus post sanctum Philibertum abbas Geme-
ticensis, quiescit Haspris inter Cameracum & Valence-
nas. Vita incipit, Dominis suis, Gemeticensibus fratri-
bus, Fulbertus peccator.

4 Luthardi vita rhythmo scripta, est Legendę parte 2.

16 Sept. G Decimo sexto Calendas Octobris, Luna

5.16. 27. 8. 19/ 30. 11. 22. 3. 14/ 25. 6. 17. 28. 9/ 20. 1. 12. 24

- 1 **R**omæ via Appia, beati Cornelij papæ. cu-
rius os, post exilij relegationem, iussit De-
cius plumbatis cædi, & sic cum alijs viginti &
vno promiscui sexus, decollari. Sed & Cerea-
lis miles, cum vxore sua Salustia, quos idem
Cornelius fide instruxerat, sub eodem die, ca-
pitate plexus est. In Africa, sancti Cypriani
episcopi, qui sub Valeriano principe, post lon-
gum exilium, detruncatione capitis martyrium
consummauit, sexto milliario à Carthagine iu-
xta mare. Referuntur cum eo passi Crescentia-
nus, Victor, Rosula, & Generalis. Apud
ciuitatem Chalcedoniam, natalis sanctæ Eu-
phemiæ, virginis & martyris, quæ sub procon-
sule Prisco, tormenta & carceres, verbera, &
argumenta rotarum, ignes & pondera lapidum
angularium, bestias & plagas virgarum, secu-
res, & sartagine igneas, rursus morsum be-
stia, pro Christo superauit. Romæ, sancto-
rum martyrum, Luciae nobilissimæ matro-
næ, & Geminiani. quos Dioclitianus poenis
grauissimè afflictos, diuque tortos, tandem
post laudabilem martyrij victoriam, gladio
animad-

*Argumen-
tum pro in-
geniosa ope-
re,*

animaduerti præcepit. *In Anglia, sancta Editha virginis, filiae Edgari regis. In territorio Argentiniensi, sancta Einbeth virginis, præclaræ sanctitatis.*

¶ In Scotia, Niniani † episcopi Candidæ casæ, & confessoris. Item obitus Agnetis de mōte Policiano, cuius vitam scripsit Raimundus, Magister Ordinis Prædicatorum. *De Nin. Be. dal. 3 c. 4*

Ante omnia, ne dissimilans aut parvipendens
 ANNOTATIONES.

- 1 De Cornelio, Pontificale cap. 22/ Cyprianus lib. 4. epist. 2/ lib. 1. epist. 1 & 6/ Eusebius lib. 6 cap. 35 interprete Christophorono/ Paulus diaconus ante Cyprianum fol. 6. 5/ item passio S. Cornelij Ms.
- 2 De Cypriano. Historia per sanctum Pontium ipsius diaconum, per Augustinum/ Paulum diaconum, Iacobum Pamelium, & alia complura huc pertinentia, habentur in Prologomenis Pamelij apud opera Cypriani.
- 3 Euphemie virginis passio habetur Ms. & in Simeone Metaphraste hac die. De eiusdem corpore Zonaras in Copronymo/ de templo in Chalcedone. Euagrius lib. 2. cap. 3. / Item de ea Præfatio Ambros. Asterius in Euphemiam citatur in 7 synodo actione 4/ Constantini autem episcopi Tij oratio, de inuentione pretiosissimarum reliquiarum sanctæ & in primis benedictæ Euphemie, habetur in Metaphraste, die 11 Iulij.
- 4 De Lucia & Geminiano plenius ex Gestis, Beda & Ado.

Decimo quinto Calendas Octobris, luna 17 Sept. A

6. 17. 28. 9. 20/ 1. 12. 23. 4. 15/ 26. 7. 18. 29. 10/ 21. 2. 13. 25

A Pud Leodium, ^b villam publicam diœcesi Tungrensi, beati Lamberti, episcopi Tungrensis. qui ^b dum regiam domum zelo religionis increpasset, cum rediens orationi incumberet, à nocentibus, ^b & iniquissimis viris de palatio regio missis, ex improviso conclusus, intra domum ecclesie

A a 4

ecclesie

ecclesie innocenter occisus, aulam cælestis regni perpetuo intravit victurus. b Cuius sepulchrum creberrimis illustratur miraculis. Romæ, sanctorum martyrum, Narcisi & Crescentionis †.

quibus de
suo thesau-
ro dedit Lau-
rentius. Ge-
sta Laurent.

In Britannijs, sanctorum, Socratis & Stephani. Niueduno, sanctorum martyrum, Valeriani, Macrini, & Gordiani. Item Cordubæ, sanctorum, Æmiliani diaconi. & Hieremiæ, decollatorum. ¹ Ipso die, sancti Flocelli, martyris egregij. ² Apud Bingam, sanctæ Hildegardis virginis. quæ tempore sancti Bernardi abbatis, odorem suæ sanctitatis late sparsit.

³ In monte, qui dicitur Aluernæ, prope Assisium, impressio sacrorum stigmatum in corpore beatissimi patris Francisci. Lætius, p ipso die, elevatio sanctæ Hiltrudis virginis.

ANNOTATIONES.

¹ De Lamberto. Vitam & passionem sancti Lamberti primo scripsit Godescalcus diaconus ecclesie Leodiensis, tempore Caroli primi, & Adalrici sui episcopi. secundo, Stephanus ex clerico Metensi episcopus Leodiensis, decimus sancti Lamberti successor. Idem scripsit quoque cantum nocturnum de eodem martyre. Horum mentio est apud Sigebertum, de viris illustribus cap. 116, & in chronicis, anno 903 / Item in præfatione Nicolai. Postmodum eiusdem martyris historiam scripserunt, Sigebertus Gemblacensis, Nicolaus Canonicus sancti Lamberti, iam nominati, & Reinerus monachus sancti Laurentij. Ex his, passim apud nos extant, Stephanus & Nicolaus.

² Hildegardis opus epistolarum, cum vita eius per Theodoricum abbatem, prodijt Coloniae, An. 66.

³ De stigmatibus Francisci, Bonaventura cap. 13 / & bulla Alexandri papæ impressa cum Bonaventura Parisijs in 8. Officium teste Tritthemio composuit Gerardus Odonis, 18 Minister generalis.

Quotiens aliqua præcipua in Monis. Decimo

Decimo quarto Calendas Octobris, luna 18 Sept. B

7.18.29.10.21/ 2.13.24.5.16/27. 8.19.30. 11/22.3.14.26

Natalis beati Methodij, Olympi Lyciæ,
& postea Tyri episcopi. qui sub Diocli-
tiano in Chalchide Græciæ, vt scribit sanctus
Hieronymus, martyrio coronatus est. Vi-
ennæ, sancti Ferreoli †. qui cum esset tribuni-
tiæ potestatis, iussu præsidis tentus, & primo
crudelissime verberatus, deinde graui catena-
rum onustus pondere, in teterrimum carcerem
trusus est. Postea vero martyrij palmam capitis
obtruncatione percepit. *Mediolani, r eodem
die, sancti Eustorgij, episcopi & confessoris.*

*Mediolani, depositio sancti Satyri confessoris,
qac germani præclarissimi doctoris ac episcopi
Ambrosij. Qui in libro quem de fratris obitu
composuit, in eius laudem inter cætera dixit, Ni-
hil quidem habui, fratres charissimi, in rebus hu-
manis tanto fratre pretiosius, nihil charius. Bos
frequenti mugitu pium testatur affectum, si forte
defecerit, cum quo ducere collo aratra consuevit.
Et ego te frater non requiram? aut possim vn-
quam obliuisci tui, cum quo vitæ huius semper
aratra sustinui? Labore enim inferior, sed amore
coniunctior. Latus enim meum tuo latere sepie-
bas, charitate, vt frater: cura, vt pater: sollicitu-
dine, vt senior: reuerentia, vt iunior. Apud
Abrincas, depositio sancti Sinerij, eiusdem ciuitatis
episcopi & confessoris. In Germania, monasterio
Andelaha, depositio sanctæ Richardis imperatri-
cis, coniugis Caroli Crassi, & virginis. g Die*

A 5 decima

De viri ill.

c.93

Sidonius lib.

7 epist. 1

Tomo 3. in

tio orationis.

decima octava, sancti patris Eumenij, episcopi Gor-
tynæ, thaumaturgi.

¶ q Bergis, p gloriosa translatio corporis sanctis-
sistri simi patris *, Vuinoci abbatis. Nullus i Monasterii

ANNOTATIO.

post epistol. 1 Eustorgij meminit Ambrosius ad Auxentium de nõ
32. tradendis basilicis: vbi cum ob multa que fidei causa pas-
sus est, confessoris nomine honorat. Tunc enim confes-
soris nomen strictius accipiebatur, quàm modò.

Decimo tertio Calendas Octobris, Luna

19. Sept. C. 8. 19. 30. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 27

I N Neapoli Campaniæ, sanctorum, Ianuarij,
Beneuetanæ ciuitatis episcopi, Festi & Pro-
clidiaconorù, Desiderij, Eutychi & * Acuti. qui
al. Achatij post vincula & carceres, capite cæsi sunt in ciui-
tate Puteolana, sub Dioclitiano principe. Itè

1 in Palæstina, sanctorum martyrum Pelei & Ni-
li episcoporum. qui tempore persecutionis, cum
plurimis clericis, pro Christo igne consumpti
sunt. Apud Nuceriam, natalis sanctorù mar-
tyrum, Felicis & Constantiæ. qui sub Nerone
palsi sunt. In territorio Lingonicæ ciuitatis, †
Sequani presbyteri. Treueris, sancti Mileti epi-
scopi. Messanæ in freto Siculo, sanctorum Nicædri
abbatis, & sodalium, Gregorij, Petri, Demetrii, &
Elisabethæ. qui sub quodã specu solitarij vixere, me-
diam, sitim, æstum, & algorem, pro Christo toleran-
tes, vbi pariter in pace quieuerunt. † Turonis, san-

al. Sigo-
nis.

Turon. de
conf. c. 88

Gr. Tu. libro
2. hist. cap. 1/
lib. 10. cap.
31.

cti Eustochij † episcopi, magnarum virtutum viri.
g Die decimanona, sanctorum martyrum, Tro-
phimi, Sabbatij, & Dorymedotis. q Ciuitate Me-
tis, sancti Goerici, episcopi & confessoris. * qui vita
sanctitate

sanctitate fuit admirabilis, & omnibus sibi commissis *Visa Arnub-*
 amabilis. In primis dominum Deum. *fi 10.3 Bede.*

ANNOTATIO.

1 De Peleo & Nilo, Eusebius lib. 8. historiae eccl. cap. 25
 & 22 interprete Christophersono / cap. 14 Rufini.

Duodecimo Calendas Octobris, luna 20 Sept. D

9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 28

Romæ, temporibus Adriani imperatoris, 1
 passio sanctorum Eustachij, cognomento
 Placidi, & vxoris eius, cum filijs. quorum miri
 actus leguntur. In Cyzico, natalis sanctorum 2
 martyru, Faustæ virginis & Euilafij, sub Maxi-
 miano imperatore. quam idem Euilafius, cum
 esset primus palatij, iussit primo dehonestari,
 suspendi, torqueri, ac quasi lignum secari me-
 diam. Sed postea credens & ipse in Christum,
 simul cum Fausta agonizatus est. Ciuitate
 Corduba, beati Eulogij presbyteri, ob Christi
 martyrium decollati. In Phrygia, sanctorum,
 Dionysij & Priuati. *Item eodem die, vigilia*
sancti Matthæi, Apostoli & Euangelistæ.

¶ Ipso die in cœnobio Sonegias, p̄ translatio beati
Vincentij. Elnone, eleuatio corporis sancti Aman-
di episcopi & confessoris. Cuius corpus, post centum
quinquaginta annos à transitu, integrum inuentum
est: atque de ore eius geminis ab inuentore dentibus
ablatis, stillæ scribuntur fluxisse cruoris. Fram non perficere.

ANNOTATIONES.

1 De Eustathio verba Vsuardi ex 3 die Nouembris huc
 transtuli propter vsum Romanum. Omisi etiam, Roma-
 num martyrologiū insecutus, nomina vxoris & proliū.
 Vsuardus

Vsuardus enim habebat (vxoris eius Theospis, cum filijs, Agapio & Theospito) Sed Metaphrastes nominat vxorem, Theopisten: filium, Theopistum. Vnde colligo nomina hæc eos in baptismo accepisse, & in Vsuardo corrupte legi. Porro ex miris actibus Eustathij Placidi, citat Damascenus lib. 3 de imaginibus, ipsius conuersionem per imaginem crucifixi inter cornua cerui. Et parum à Ms. actibus differt Metaphrasis Simconis, 20 Septembris.

2 De Fausta & Euclasio plenius Beda / plenissime Metaphrastes, die 6 Februarij, to. 1 Suriij.

21 Sept. E Vndecimo Calendas Octobris, luna

10.21.2.13.24/5.16.27. 8. 19/1. 11. 22. 3. 14/ 25. 6. 17.29

N Atalis beati MATTHÆI Apostoli & Euangelistæ. qui apud Æthiopiam prædicans, martyrium passus est. Huius Euangelium Hebræo sermone conscriptum, ipso reuelante, tempore Zenonis imperatoris inuentum est.

Eodem die, via Claudia, vicesimo milliario ab Vrbe, passio sancti Alexandri episcopi. qui pro fide Christi sub Antonino imperatore, vincula, fustes, equuleum, lampades ardentes, vngularum laniationem, bestias, ac fornacis flammam superans, tandem gladio vitam adeptus est gloriosam. Cui papa Damasus condignam faciens cryptam, illic eum sexto Calendas Decembris transfudit, quando & festiuitatem ei indixit. Vbi & passio eius

apud Adonem late ex gestis. annotata est †. Item Romæ, sancti Pamphili martyris. Apud Constantias, inferioris Normanniæ, beati* Landi, primi præfatæ vrbis episcopi. cuius vita miraculis floruit: & mors ipsius nihilominus pretiosa in conspectu Domini fuit. Truncinij iuxta Gandauū, passio sancti Gerulphi martyris. 8 Die vigesimæ

vigesima prima, sancti Apostoli Codrati in Magnesia.

¶ q Crispinij, p eleuatio & remotio corporis beatisimi patris * Landelini, ab Odone Cameracensi, nostris episcopo. Cogitationes malas cordi suo aduenientes.

ANNOTATIO.

1 De Matthæo, Matt. 9 / Mar. 2 / Lucæ 5 / Hier. de viris illustribus cap. 4 / Eusebius lib. 3 cap. vlt. & 18 / quod est in Rufino 24 / item lib. 5 cap. 8. & 10 / Isidorus de patribus / Ado in martyrologio / Metaphrastes tomo 5 & 7 Aloysij. Clemens Alex. lib. 2 pædagogi cap. 1 / Eckius in homil. de S. Matthæo scribit Nicolaum quintum quinq. millia ducatorum ei promississe qui Euangelium Matthæi in Hebræo sibi adferret.

Decimo Calendas Octobris, Luna 22 Sept. D

11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 2. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 1

IN Gallijs, ciuitate Seduno, loco Agauno, natalis sanctorum martyrum Thebæorum, Mauricij, Exuperij, Candidi, Victoris, cum socijs eorum, sex millibus sexcentis sexaginta sex. qui sub Maximiano passi pro Christo, gloriosissime coronati sunt. ^b Victor vero martyr, nec legionis *Eucherius eiusdem fuit, neque miles, sed emerita iam militie veteranus.* ^{cap. 12} Hic cum iter agens, incidisset in hos qui passim epulabantur, læti martyrum spolijs, atque ab his ad conuescendum inuitatus, detestatus conuiuas, ab eis iugulatus est, ac cæteris martyribus honore coniunctus. At vero beatisimorum martyrum corpora, post multos passionis annos, sancto Theodolo episcopo reuelantur, & in honore eorum basilica honeste componitur. Apud Baioariam, sancti † Emmerami, episcopi & ^r Antrami, martyris. ^b Cui singulariter omnia membra abscisa sunt. ^r Huic crimen stupri imputatum est, ac proinde ² mortis

mortis discrimen patienter pertulit. In pago Pictauesi, sancti Florentij, presbyteri & confessoris. In territorio Bituricensi, sancti Siluani confessoris. *Ciuitate Lauduno clauato, depositio sanctæ Salabergæ abbatissæ. quæ in lege diuina erudita, vigilijs, & orationibus, atque ieiunijs, assidue vacans, virtutum & miraculorum gratia illustrem conuersationem duxit. In pago Tornodorense, beati Ioannis abbatis.*

De Ioan. Gr. Tur. de glo. conf. cap. 87

ANNOTATIONES.

1 De Mauritio & Thebæis. Sigebertus Gemblacensis de viris illustribus cap. 159. Marbodus, Redonensis episcopus, scripsit metricè passionem Thebæorum, quasi pedibus vadens in sententiam Eucherij Lugdunensis episcopi. qui eam vrbana prosa scripserat ad Siluium episcopum. Vterq. est Gemblaci. Ibidem extant etiam libri tres Sigeberti Gemblacensis. quorum initium est, Martyribus roseas Thebæis ferre coronas. Hymnus Fortunati in eisdem, est inter poetas ecclesiasticos.

2 De Emmeramo, verba Vsuardi omisit Romanum Martyrologium, clariora substituens. Nisi enim benigne interpreteris, crudius aut durius dictum est, Hic crimen stupri à quodam commissum, sibi causa Christi impunitari suavit. *Præcepta Dei factis quotidie.*

23 Sept. G

Nono Calendas Octobris, Luna

12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 2

Pontificale cap. 2

Natalis beati Lini papæ. qui post beatum Petrum Apostolum Romanam ecclesiam tenuit annis duodecim, & martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. In Campania, natalis beati Sosij, diaconi Mesenatæ ciuitatis. Hic cum tempore quodam Euangelium legeret in ecclesia præfatæ vrbis, præsentente episcopo
Ianuario,

Ianuario, vidit subito idem episcopus de capite eius flammam exurgere, & pronunciauit eum martyrem futurum. Et non post multos dies, cum esset annorum triginta, martyrium cum eodem episcopo, capitis detruncatione suscepit. Eodem die, sanctæ Theclæ virginis, ¹ *g prima martyris, de Iconio ciuitate. quæ in confessione Christi ignes ac bestias deuicit, ac post multa certamina, ad doctrinam multorum ueniens Seleuciam, b cum duplici corona, uirginitatis & martyrij, requieuit in pace. In territorio ciuitatis Constantiæ, sancti Paterni, episcopi & confessoris. Item Romæ, sancti Liberij, papæ & confessoris. q Eodem die, Paxentij martyris. cuius corpus honoratur & colitur in conuentu diui Martini de campis, Parisijs.*

² *¶ P In Gemblaco, eleuatio corporis sancti patroni * Guiberti, confessoris Christi, in miraculis præclaris. nostrâ*

³ *b Secunda assumptio sanctæ Mariæ Virginis.*

ANNOTATIONES.

Primus humilitatis gradus.

¹ Theclæ primæ martyris multi meminerunt. vt, Ambrosius lib. 2 de uirginibus/epist. 7 & 82/Chrysoft. hom. 35. in Acta/Nazianzenus oratione 30. 14. & 13/Epiphanius hæresi 78/Seuerus uitæ Martini lib. 2 cap. 16/Augustinus lib. 30 contra Faustum cap. 4/Fortunatus pluribus locis/Cyprianus in precibus suis in die martyrij/Nicephorus libro vnico Anno 492/ & alij. Liber autem qui appellatur actus Theclæ & Pauli, inter apocryphos numeratur, à Gelasio & 70 episcopis, ac antea ab Hieronymo.

² De Liberio Pontificale cap. 37/ & recentiores. vt, D. Cardinalis Hofius contra Brentium lib. 2/Onuphrius in Platinam/ Copus dialogorum lib. 1 cap. 8.

In catalogo cap. de Luca.

³ *De Gui-*

In pago
& con
ancti Sil
uato, de
lege diu
e ieiunij,
gratia il
Tornado-

ablacensia
ensis epi
m, quasi
gdunensis
Silium
ant etiam
rium est,

ecclēsia-
omanum
benigne
crimen
ti impu-
die.

a
7.8.19.2
beatum
clesiam
onatus,
a, na-
nitatis.
a lege-
iscopo
uario,

3 De Guiberto. Habet Gemblacum relationem miraculorum sancti Guiberti à decessu eius vsque ad elevationem, & canonizationem. quæ contigit circa Annum 1099.

4 De secunda illa assumptione, scribit Ioannes Beletus in Rationali diuinorum Officiorum, cap. 146. Mulier quædam religiosissima, appellata Elisabeth, quæ etiam nunc in viuis est, habitatq. in finibus Saxonix, ait sibi esse reuelatum, quod circiter dies quadraginta assumptum fuerit corpus post assumptionem animæ. De qua re opusculum quoddam composuit; sed non est in Romana ecclesia comprobatum. Ex hac igitur, aut simili annotatione, cuidam placuit Bedæ adijcere secundam assumptionem Virginis Mariæ.

24 Sept. A

Octauo Calendas Octobris, luna

13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 4. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 3

Luc. 1

Conceptio sancti Ioannis Baptistæ, & gloriosissimi propheta, & precursoris. Et in Augustoduno, sancti Andochij presbyteri, Thyrsi diaconi, & Felicis. qui à beato Polycarpo episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam, sub Aureliano principe sunt gloriosissime coronati. Siquidem flagellis cæsi, in ultimo tota die inuersis manibus suspensi, & in ignem missi, sed non combusti, tandem vectibus colla feriuntur. In Aruernis, depositio sancti Rustici

episcopi. Item in Hungaria, sancti Gerardi, episcopi & martyris. In territorio Beluacensi, sancti Germari abbatis.

In Cameraci, eleuatio sancti Gaugerici, episcopi & confessoris. Sed hac ipsa obedientia.

25 Sept. B

Septimo Calendas Octobris, luna

14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 12. 23 / 5. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 4

Natalis

Natalis beati Cléophæ. quem tradunt apud
castellum Emmaus, in eadem domo, in Luc. 24.
qua mensam Domino præparauerat, pro con-
fessione illius à Iudæis occisum, & gloriosa
memoria sepultum. In ciuitate Ambianen-
sium, beati Firmini episcopi. qui sub præside
Rictiouaro, post varia tormenta, capitis de-
collatione martyrium sumpsit. Apud Lug-
dunum, depositio sancti Lupi episcopi, ex
anachorita. Ipso die, sancti Herculani militis.
qui in passione Alexandri episcopi legitur †.

*Apud Ado-
nem 6 Idus
Dec.*

Antisiodori, sancti Aunarij episcopi, & con-
fessoris. *Item Blesis, sancti Solennis episcopi.*

*b Hic hominem à natiuitate cæcum & surdum,
osculatus est, & statim sanum reddidit. Hic etiam
Carnotensium episcopus, Ludouicum regem, cum
trecentis septuaginta nobilibus, sacro fonte rege-
nerauit. sicque Dei sanctus, tres olympiades ge-
rens in episcopatu, migravit ad Dominum.*

*q Eodem die, sancti Principij, Suesionensis
episcopi, fratris beati Remigij. Cusantia in ter-
ritorio Bisontino, depositio beati Hermenfredi,
abbatis & confessoris. In Glasconia, depositio
sancti Ceolfridi, abbatis & confessoris.*

Faciamus quod ait Propheta.

ANNOTATIO.

*1 De Ceolfrido, ex catalogo scriptorum Brytanniæ.
Vuichbertus Deirus ex Anglosaxonia natus, scripsit vi-
tam Ceolfridi abbatis ad Gregorium secundum Ponti-
ficem maximum. Vixit An. 724. Bedæ post finem hist.
eccl. Scripsi historiam abbatum monasterij, in quo su-
perna pietati deseruire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, &
Vuertberti, in libellis duobus.*

Bb Sexto

25 Sept. C

Sexto Calendas Octobris luna

15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24 / 6. 16. 27. 8. 19 / 30. 11. 22. 3

Natale sanctorum martyrum, Cypriani episcopi, & Iustinæ virginis. quorum Iustina multa pro Christo perpeffa, ipsum quoque Cyprianum, cum esset magus, & magicis suis artibus eam dementare conaretur, convertit ad Christum. cum quo postea iam episcopo & nobili doctore facto, martyrium sumpsit. Horum corpora postmodum à Christianis Romam delata sunt. Ciuitate Albano,

De Euf.
Pontificale
6.32

Sancti Senatoris. & Romæ, sancti Eusebij, episcopi & confessoris.

¶ Die vigesima sexta, transitus sancti Apostoli & Euangelistæ Ioannis theologi.

Clamat nobis scriptura. ANNOTATIO.

¶ Cypriani & Iustinæ gesta extant Ms. & apud Metaphrasten.

27 Sept. D

Quinto Calendas Octobris, luna

16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 7. 17. 28. 9. 20 / 1. 12. 23. 6

A pud ciuitatem Ægeam, natalis sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani. qui & pecuniæ abstinentia & miraculis clari, sub persecutione Dioclitiani post multa tormenta, vincula, & carceres, post mare, & ignes, crucem, lapidationes, & sagittas, diuinitus superatas, capite plectuntur. Referuntur etiam passi in eorum collegio tres fratres, germani eorundem: id est, Anthimus, Leontius, & Euprepus. Eodem die, sanctorum fratrum, Adulphi & Ioannis, qui apud Cordubam ciuitatem pro

pro Christo coronati sunt. Castro Seduno, sancti Florentini. qui vna cum beato Hilario, post abscisionem linguæ, gladio iussus est feriri. *Parisijs* eodem die, sancti Elzearij confessoris, de tertio Ordine sancti patris Francisci. q̄ Eodem die, sancti Ceranni confessoris, & episcopi Parisiorum ciuitatis. *Latijs*, p̄ natale sanctæ Hiltrudis virginis. quæ amore Christi sponsum in terris fugiens, ei quem elegerat, viriuter adhæsit, bonumque propositum laudabili sine conclusit. ḡ Die vigesima septima, sancti martyris Callistrati, & sociorum eius.

De Callistr.
Metaph.

¶ In Ciuitate Sagiensi, dedicatio basilicæ præfatæ urbis, per diœcesim vbilibet celebranda.

ANNOTATIO.

i De Cosma ac Damiano latius Ado Treuerensis/librum miraculorum citat Septima synodus, actione 4/ Metaphrastes habet Nicetæ philosophi encomium sanctorum & mirabilium rerum effectorum, Cosmæ & Damiani. qui dicuntur Anargyri/ quia gratis & sine argento medebantur. / De eisdem Gr. Turonensis in gloriam martyrum cap. 98/ & Procopius libro 1 de ædificijs Iustiniani.

Primus itaque humilitatis gradus est.

Quarto Calendas Octobris, luna 28 Sept. E

17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/8.18.29.10.21/2.13.24.7

A Pud Tolosam, sancti Exuperij episcopi & confessoris. qui beatus vir, quantum sibi extiterit parcus, quantumque alijs largus, sanctus Hieronymus memorabili prosecutus est relatu. Romæ, natalis sancti Stactei.

Ciuitate Ianuis, sancti Saloni, episcopi & confessoris. *Eodem die, sancti Vuencesladi*
Bb 2 *martyris,*

martyris, regis Bohemorum, sanctitate & miraculis gloriosi. ^a Qui valde in Christi religione devotus extitit, adeo ut oblitus dignitatis sui primatus, tempore messis & vindemia ipse meteret, & vindemiaret, quod in sacrificiales hostias sacerdotum manibus offerretur. Antiodoro, depositio sancti Alodij episcopi. ^b In Germania, sanctæ Liobæ virginis. quæ de Britannia à sancto Bonifacio archiepiscopo aduocata, ut famulas Dei in monasterijs Germaniæ diuinis Scripturis instrueret, multa miracula viuens fecit: imo post obitum, in monasterio Fulda, iuxta decretum sancti Bonifacij sepulta, non paucis miraculis claruit. ^g Die vigesima octaua, sancti patris & confessoris Charitonis. *Estimet se homo.*

De Charitone
Metaph.

ANNOTATIONES.

- ¹ De Exuperio, Hieronymus presbyter epistola 4 ad Rusticum / 11 ad Ageruchiam / & initio libri 1 & 2 in Zachariam: Scribit ei Innocentius primus epistolam 2.
² De Lioba. Mogo monachus & presbyter in schedulis collegerat vitam Liobæ, ex relatu quatuor eius discipularum. Quo morte præuento, quidam iubente Rabano, eandem ex huius schedulis ornate conscripsit. Est Ms.

29 Sep. F

Tertio Calendas Octobris, luna

18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/9.19.1.11.22/3.14.25.8

¹ **I**N monte Gargano, venerabilis memoria beati archangeli MICHAELIS. ubi ipsius cōsecrata nomine habetur ecclesia †, vili facta schemate, sed cælesti prædita virtute.
^b Romano siquidem Pontifice, & Sipontino episcopo

copo de consecratione loci ipsius querentibus, ac propterea triduanum ieiunium cum civibus celebrantibus, nocte ieiunii suprema sanctus Michael episcopo Sipontino per visionem apparens monuit, ut intrarent ecclesiam, quam ipse dedicavit, & Missas ibi iuxta morem agerent. Innumera quoque ibi praestantur beneficia per sanctorum archangelorum merita. In Thracia, sanctorum, Eutychi, Plauti, & Heracleæ. Antifiodoro, sancti Fraternali, episcopi & confessoris. Eodem die, in Mediolacensi monasterio iuxta Treverim, natale sancti Louvvini, archiepiscopi & confessoris eiusdem antedictæ civitatis. Trevas, beati Visionis monachi. g Die vigesima nona, sanctipatris Cyriaci anachorita.

De Cyriaco

¶ Ipso die, inuentio corporis sancti Giseni, ^{Metaph.} episcopi & confessoris. Voluntatem vero propriam.

ANNOTATIO.

1 De Michaele, Dan. 10, 12 / Iudæ b / Apoc. 12 / item sermones Bernardi, Damiani, &c. Historia dedicationis est, in Adone, & homiliario Doctorum / De Michaele miraculis Sozom. lib. 2 cap. 2. Habet & Metaphrastes quaedam, & apud eum Pantaleon. De Angelis præclare scripserunt multi recentiores.

Pridie Calendas Octobris, luna 30 Sept. G

19. 1. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17. 28 / 10. 20. 2. 12. 23 / 4. 15. 26. 9

IN Gallijs castro Solodoro, passio sanctorum martyrum, Victoris & Ursi, ex gloriosa legione Thebæorum. qui primo diris supplicij excruciat, sed cælesti super eos lumine coruscante, ruentibus in terram ministris, erepti sunt

Bb 3 sunt

sunt. Deinde in ignem missi, sed in nullo penitus læsi, nouissime gladio consummati sunt.

Eodem die, apud Bethlehem Iudæ, depositio beati Hieronymi presbyteri. qui r omnium literarum studia adeptus, atque probatorum monachorum imitator factus, obiit anno ætatis suæ nonagesimo octauo, mense sexto. Ciuitate Placentia, sancti Antonini confessoris. r Eodem die, sanctæ Sophiæ viduæ. q Babenberga, 3 sancti Othonis, episcopi & confessoris. qui conuertit Pomeranos. In Anglia, sancti Honorij, archiepiscopi Cantuariensis. Catalaunis, depositio sancti Leudomiri, episcopi & confessoris. de

Responsorio quo canitur, Leudomire pater, famulis succurre potenter, Vt sani viuant, æternaque munera querant. Aquisgrani, p eodem die, festiuitas sancti Leopardi martyris. 3 Die trigesima, sa-

De Gregorio cro sancti martyris Gregorij, in magna Armenia. Metaph.

¶ q Parisijs, solennitas sanctarum nostræ redemptionis reliquiarum, ibidem in sacra capella regia, à beatissimo Ludouico honorifice reconditarum. Atrebatî, p translatio corporis sancti Vedasti, de loco sepultura eius, in eum quo nunc requiescit. Translulerunt autem eum beati confessores Aubertus & Audomarus. In Andaino monasterio, translatio corporis beatissimi Huberti, Tungrensis episcopi, & confessoris. quando à beata memoriæ Vulcando episcopo, eius sacra ossa à Leodio ad locum Andainum sunt translata, anno Dominicæ incarnationis octingentesimo vicesimo quinto. Vbi miraculorum gloriâ eius declarantur merita,

merita, & fidelium deuotione ipsius celebrantur
beneficia.

Cauendum est Ergo malum desiderium.

ANNOTATIONES.

- 1 De Victore & Vrso, sanctus Eucherius episcopus
Lugdunensis, vitæ Thebæorum cap. 13 / & liber 11
historiæ Francorum, Greg. Turonensi adiunctus, cap.
22.
- 2 Hieronymi vitam falso antea ab Erasmo, alijsque
relatam, & maiori ex parte ignoratam, ex eius scriptis
fideliter collectam, primus edidit Marianus Victorius
Reatinus, Romæ excusus, cum epistolis Hieronymi.
- 3 De Othone, ex Bruschio de monasterijs Germaniæ.
Vitam Othonis quatuor libris conscripsit Andreas, abbas
extra Babenbergam, ad Boguslaum principem Pome-
ranorum, circa annum 1500.
- 4 De Honorio Beda lib. 2. historiæ cap. 18 / & obiter in
præcedentibus / lib. 3, cap. 20.

Bb 4 OCTO-



OCTOBER HABET

DIES XXXI.

Ca. A

Calendis Octobris, luna

20. 2. 12. 23. 4/ 15. 26. 7. 18. 29/ 11. 21. 3. 13. 24/ 5. 16. 27. 10



Omnis natalis beati Aretę martyris, & aliorum quingentorum quatuor. Tomis ciuitatę, sanctorum, Prisci, Crescentis, & Euagrii. Apud provinciam Lusitaniam, ciuitate

al. Vlyf-
bona,

te † Olisepona, sanctorum martyrum Verissimi, Maximę & Iulię sororum. Eodem die, translatio sanctorum confessorum, Germani & Remigij. quorum prior Antifiodorensem: alter vero Remensem gubernauit ecclesiam. Ciuitate Tornaco, passio sancti Piatonis presbyteri.

Dionysio qui cum beato † Quintino, eiusque socijs, ab vrbe Roma Galliam prædicationis causa exijt, ac postea, consummato martyrio migravit

ad Dominum. In portu Ganda, sancti Ba-
uonis confessoris. cuius gesta habentur. Ciui-

tate Treuiris, sancti Nicetij episcopi, totius sanctitatis viri. *b qui ab ipso ortus sui tempore mirabiliter clericus designatus est. q Condato, sancti Vnasnulphi confessoris. b Item sancti Fronti episcopi. cuius gesta miraculis plena conscripta habentur.*

g Die prima, sancti Romani melodi.
Secundus humilitatis gradus est.

ANNOTATIONES.

1 Remigij natalis est 13 Ianuarij: hic tamen vitę eius auctores

auctores indico propter Romanum Breuiarium. Sigebertus itaque Gemblacensis in Chronicis Anno 857. Hincmarus, ait, Remorū archiepiscopus, in Frācia elaret, qui vitam sancti Remigij scripsit: Item, de viris illustribus cap. 100: Et secundum legē historię nec illa prętermisit, quę vulgata relatione didicit Est to. 1 Surij Extat etiā Ms. vita eius, per Fortunatum episcopum Pictauiensem, quā scripsit iussu Egidij, episcopi quari post Remigium. Cuius Hincmarus meminit in p̄fatione. De Remigio multa quoque scribit Albinus in vita sancti Vedasti, vbi vocatur Remedius/ & Gr. Turonēsis lib. 2 hist. cap. 31 & c. De translatione hodierna Hincmarus to. 1 Surij, pag. 300 & seq.

2 Bauo valde celebris est apud nostrates, Gandensium & Harlensium patronus. Vitā habemus, quam Theodoricum sancti Trudonis abbatem, tempore S. Bernardi, vrbaniore stylo meliorasse, scribit eorundem contemporaneus Sigebertus, de viris illustribus, cap. penultimo. Pandectę notant etiam de Bauone cantum nocturnalem Remigij. Sed & nuperrime historia sancti Bauonis pulchre conscripta est primis octo diebus Octobris, & ipsis Calēdis Augusti, in Officio † de Sāctis Gandēsis ecclesię. Nicetij Treuirensis vitam scribit Gregorius Turonēsis de vita patrum cap. 17/ de gloria confessorum cap. 94.

*impresso anno
no 72*

Sexto Nonas Octobris, luna

2 Oct. B

21. 3. 13. 24. 5/ 16. 27. 8. 19. 1/ 12. 22. 4. 14. 25/ 6. 17. 28. 11

A pud Nicomediam, natalis sancti Eleutherij, cum alijs innumeris. quorum iubente Dioclitiano sæuissimō imperatore, alij gladijs obtruncabantur, alij ignibus concremabantur. Sed horum primus Eleutherius, cum cruciatus diu per tormenta singula, validior redderetur, martyrium victorię suę ignibus, velut aurum examinatus, compleuit. In territorio † Atre-

Lege Eusebii l. 8 hist. cap. 5. 6.

al. Adar-

batensi, villa *Siricinio*, passio sancti Leodegarij tenli Augustodunensis episcopi. quem varijs iniurijs,

Bb 5

& di-

OCTOBER.

Ado Anno
696. Vrsinus
in vita Leo-
degarij.

& diuersis supplicijs, afflictum, Ebroinus maior
domus regiae, interfecit. ¹ Eodem die, sancti
Gerini martyris †, fratris beati Leodegarij. In
Antiochia, Primi, Quirilli & Secundarij. p An-
daimo monasterio, natalis beati Beregisi abbatis. Hic
ex Condustopago Austrasiarum oriundus, Hasbani
intra monasterium sancti Trudonis literis est erudi-
tus. Cumque sublimatus in comitatu Pipini iunio-
ris, solitariam vitam desiderabat attentius, contigit
Plectrudem eiusdem principis coniugem, transi-
tum habuisse per saltum Arduennensem: & ecce
chartulam inter saxa decidentem respicit, in qua
continebatur locum illum à Deo electum, mul-
tasque inde animas fidelium dirigendas in caelum.
Beregisus vltro se offerens, locum suscipit, stir-
pat, monasterium construit, & multos suo exem-
plo ad bene viuendum ibidem collegit. ² Eo-
dem die, sancti Sereni confessoris. In An-
glia, sancti Thomae, Herefordensis episcopi & con-
fessoris.

¶ Assisij, translatio sanctae Clarae virginis.
Morinis, ostensio sancti Maximi episcopi Rhegien-
sis, & confessoris. Tertius humilitatis.

ANNOTATIO.

¹ Leodegarij vitam, passionem & translationem, de-
scripsit Vrsinus ad Ansoaldum Pictaorum episcopum/
& alius iussu Erminarij Augustodunensis episcopi, se-
cundi post Leodegarium. Extant Ms. Portio corporis
quiescit in Bronio.

308. C

Quinto Nonas Octobris, luna

22. 4. 14. 23. 6 / 17. 28. 9. 20. 2 / 13. 23. 5. 15. 26 / 7. 18. 29. 12
Apud

A Pud antiquos Saxonos, sanctorum martyrum duorum Evvaldorum. † qui cum essent presbyteri, & prædicare ibi Christum cæpissent, comprehensi sunt à paganis, & occisi. Ad quorum corpora noctu, multa diu lux apparens, & vbi essent, & cuius essent meriti, declaravit. Romæ ad vrsu pileatum, sancti Candidi martyris. *p Et in Bronio monasterio, natale & translatio sancti Gerardi abbatis. qui post militiam temporalem Christi tirocinio mancipatus, huius monasterij extitit fundator deuotus, iustone beatorum Apostolorum Petri & Pauli. Hic postea auctore Christo fuit pater & abbas ter sex canobiorum. q In pago Dulcrimensi, sancti Inuini confessoris. Mosony, festiuitas beati Arnulphi martyris.*

¶ Natalis beati Dionysij g Areopagite. qui post clarissimam confesionem fidei, post grauissima tormentorum genera, glorioso martyrio coronatus est, vt testatur Aristides, fide vir sapientiaque mirabilis, in eo opere, quod de Christiana religione composuit. *Quartus humilitatis.*

ANNOTATIO.

1 Gerardi vita habetur, scripta ad Gonterum abbatem Bronij, in patria Namurcensi.

Quarto Nonas Octobris, luna 4 OB. D

23. 5. 15. 26. 7 / 18. 29. 10. 21. 3 / 14. 24. 6. 16. 27 / 8. 19. 1. 13. 1

IN ciuitate Assisio, natale beati Francisci confessoris, fundatoris Ordinis Minorum. Hic post multiplicationem mirabilem Ordinis, quem fundauit ybique terrarum, diffusus, in eodem viginti annis

forte cali- annis * cœlibem vitam ducens, de huius mundi mis-
 rem ra carnis ergastulo, ad cœlestem patriam est deductus,
 q anno Dominicæ incarnationis millesimo ducente-
 simo vigesimo sexto. Cuius vitam inclytam, miraculis
 plenam, describit Bonaventura. Apud Corinthi-
 Act. 18 b natalis sanctorum, Crispi & Caij. quorum me-
 1 Cor. 1 minit sanctus Apostolus, Corinthijs scribens,
 Rom. 16 b Cuius Caij meminit idem Apostolus ad Romanos.
 3 Ioan. Salutat vos, inquit, Caius hospes, meus & vniuersæ
 ecclesiæ. Cuius & beatus Ioannes epistolam scribens,
 meminit ita, Senior Caio charissimo, quem ego diligo
 in veritate. In Ægypto, sanctorum Marci &
 Martiani fratrum, & aliorum cum eis innume-
 De quibus 8 rabiliū †, non inferioris gloriæ vtriusque
 bist. eccles. sexus, atque ætatis. Quorum alij post verbera,
 cap. 8 & diuersi generis horribiles cruciatus, flammis
 traditi sunt, alij in mare præcipitati, nonnulli
 etiam capite cæsi, plurimi inedia consumpti, alij
 patibulis affixi, quidam etiam capite deorsum
 al. verso * presso, & pedibus in sublime sublatis, beatissi-
 mam passionis coronam meruerunt. Ciuitate
 2 Parisijs, sanctæ Aureæ virginis. cuius corpus re-
 quiescit in ecclesia sancti Eligij prope palatium Pari-
 sijs. Item Treuiris, Thyrsi, & sociorum eius, sub
 Rictiouaro præside. Bononia, sancti Petronij, epi-
 scopi & confessoris. In pago Turonico, sancti Quin-
 tini martyris. Verduni, sancti Magdaluei, episcopi
 & confessoris eximij. 8 Die quarta, sancti patris
 Hierothei, episcopi Athenarum.

ANNOTATIONES.

- 1 Francisci vita per sanctum Bonaventuram omnibus
 obuia est. Præter eum, vitam Francisci conscripserunt
 Leo,

Leo, Rufus
 ad Crescen-
 der in bulla
 bulla Car-
 ter exam-
 2 De A
 17 / lib. 2

24.6.16.

A
 n
 Benedic
 Flavia
 & alior
 Abdala
 perempt
 simo pri
 cesserat
 beati T
 consum
 sticus.
 Apolli
 insigni
 digijs
 storum
 uianæ
 sancto
 sub Ric
 sis Pade
 fessoris
 quem I
 tulit.

Leo, Rufinus, & Angelus, socij beati Francisci, anno 1247 ad Crescentium generalem ministrum. Est Ms. Alexander in bulla de stigmatibus dicit Gregorium nonum in bulla Canonizationis multa miracula recensere, diligenter examinata.

2 De Aurca, sanctus Audoenus in vita Eligij lib. 1. cap. 17 / lib. 2. cap. 53. *Quinctus humilitatis gradus est.*

Tertio Nonas Octobris. Iuna 5 O&. B

24. 6. 16. 27. 8 / 19. 1. 11. 22. 4 / 15. 25. 7. 17. 28 / 9. 20. 2. 14

A Pud Siciliam *Messanae*, natalis sanctorum
martyrum, Placidi & monachi, beatissimi
Benedicti abbatis discipuli, Eutychij, Victorini, &
Flaviae eorum germanae, Donati, Faustini, Firmati,
& aliorum triginta. qui a Manucha pyrata, quem
Abdalabbarus Hispaniae rex miserat, cruciati &
perempti sunt, anno salutis quingentesimo quadrage-
simo primo. Gordianus autem socius, qui pavidus se-
cesserat, eorum passionem scripsit. In Eumenia,
beati Thraeseae episcopi, apud Smyrnâ martyrio
consummati. cuius meminit quintus liber ecclesia-
sticus. In Gallijs, ciuitate Valentia, sancti
Apollinaris episcopi. cuius & vita virtutibus
in signis fuit, & mors nihilominus signis & pro-
digijs decoratur. Antifiodoro, depositio san-
ctorum germanorum, Firmati diaconi, & Fla-
uianae virginis, Deo sacratae. Item Treuiris,
sanctorum martyrum, Palmatij, & sociorum eius,
sub Rictiouaro praeside. Budica, monasterio diace-
sis Padebornensis, sancti Meinulphi, diaconi & con-
fessoris. Zamora, natalis sancti Attilani episcopi.
quem Urbanus secundus in Sanctorum numerum re-
tulit. 5 Die quinta, sanctae martyris Charitines.

Polycrates
cap. 23 *En-*
seb/ 24 B.
su.

ANNO.

1 Placidi & sociorum martyrium scripsit Gordianus eiusdem martyris famulus, iussu Iustiniani imperatoris, to. 4 Aloysij. De eisdem habet Leo Ostiensis, in historia Cassinensis cœnobij, epistolam Sicularum.

2 Meinulphi historia habetur, quam Gobelinum scripsisse in indice quodam asseritur.

*S*extus humilitatis gradus est.
6 Oct. F Pridie Nonas Octobris, luna

25.7.17.28.9/20.2.12.23.5/16.26.8.18.29/10.21.31

- 1 **I**N Calabria, depositio sancti Brunonis confessoris, primi institutoris Ordinis Cartusienfis. Apud Capuam, natalis sanctorum martyrum, Marcelli, Casti, Æmilij, & Saturnini. Eodem die, 2 beati Sagaris martyris, & episcopi Laodicensis, qui vnus fuit de antiquis Pauli Apostoli discipulis. In Gallijs, ciuitate Agéno, natalis sanctę Fidis virginis & martyris. cuius exemplo beatus Caprasius ad agonem martyrij animatus est.

Eodem die sancti Romani, Antistodorenfis episcopi. 1 Roma, sanctę Balbinę virginis. 9 In Gallijs, sanctę Emmię virginis, filię Clodouei regis, eximie sanctitatis. Treuiris, innumerabilium martyrum sub Rictiouaro, qui à Christianis sepulti, immense capacitatis puteum impleuerunt: super quem postea edificatum est sancti Maximini monasterium. *S*eptimus humilitatis.

ANNOTATIONES.

- 1 De Brunone Petrus Sutor de vita Carthusiana lib. 2 cap. 7. Vitam beatissimi patris nostri Brunonis aperto sermone edidit Franciscus de Puteo Lugdunensis, Iuris vtriusq. Doctor præstantissimus, Prior maioris Carthulicę 34

*impressans
cum operibus*

sz 33. Cuius diligentia beatus pater Bruno in Sanctorum *Ermo*
numerum per Apostolicam Sedem repositus est.

z Sagaris aliqua fit mentio lib. 5. hist. eccl. cap. 33, Ru-
fini 24/lib. 4 cap. 25, Rufini 26.

Nonis Octobris, luna

7 Oct. 9

36.8.18. 29.10/ 21.3.13. 24.6/ 17. 27.9.19.1/ 11.22. 4. 16

Romæ via Appia, depositio sancti Marci *Pontificale*
pape. Apud provinciam, quæ nuncupa- *cap. 35*
tur Augusta Euphratesia, sanctorum martyrum
Sergij & Bacchi, sub Maximiano imperatore.

Quorum Bacchus *b primicerius scholæ gentilium*,
tamdiu est neruis crudis cæsus, quo adusque
totus corpore discissus, in confessione Christi
emitteret spiritum. Sergius vero *b secundicerius*
eiusdem scholæ, clauatis cothurnis pedibus indu-
tus, cum in fide fixus maneret, data sententia
iussus est decollari. Item apud eandem pro-
vinciam, sanctæ Iuliæ virginis. quæ sub Martia-
no præside martyrium consummauit. Eodem
die, sanctorum martyrum, Marcelli & Apu-
leij. qui per Apostolum Petrum relicto Si-
mone, Apostolicæ doctrinæ se tradiderunt, ac
postmodum sub Aureliano consulari, martyrij
coronam reportauerunt, sepulti non longe ab
vrbe Roma. r Apud Paduam ciuitatem, sanctæ
Iustinae virginis & martyris †. q In pago Remesi,
vico qui vocatur Buxiolus, depositio sancti Helani, *Scarden.*
presbyteri & confessoris. Bituricas, Augusti *pag. 117*
presbyteri, & confessoris.

¶ Carnoti, inuentio corporis sancti Caletrici ipsius
ciuitatis episcopi. Romæ, in ecclesia sancti Petri
canonizatio beatæ Birgittæ viduæ, per Bonifacium

MONH705

Impressum
cum reuelatione. Birgitte.

nonum pontificatus sui anno secundo. Qui sollemniter edidit libellum †, quo dictam Christi sponsam, quam viduam sanctam, in ecclesia Christi, auctoritate Apostolica perpetuis temporibus preceptis venerari.

Tolozæ, inuentio sanctorum confessorum, Silij, Hilarij, & Honorati episcoporum, & Pappoli episcopi & martyris. *Octauus Humilitatis gradus.*

ANNOTATIO.

1 Sergij & Bacchi Gesta extant annotata, Legenda parte 2. & apud Metaphrastem. Item de Sergio, Euagrius hist. eccl. lib. 4. cap. 27 / lib. 6 cap. 20.

8 Oct. A

Octauo Idus Octobris, Iuna

27. 9. 19. 1. 11 / 22. 4. 14. 25. 7 / 18. 28. 10. 20. 2 / 12. 23. 5. 17

Luc. 2 d

Natalis beatissimi Simeonis. qui in Evangelio legitur Dominum suis suscepisse in vlnis. Apud Thessalonicam, passio sancti Demetrii martyris. Item ciuitate Hispali, sancti Petri martyris. In territorio Laudunensi, sanctæ Benedictæ, virginis & martyris. Ipso die, sanctæ Pelagiæ, quæ † peccatrix appellatur.

1 panitens

p: Et in Humulcurt, sanctæ Valeriæ virginis.

3

Item, depositio sancti Amoris confessoris. q. qui quiescit in Belisia monasterio. In territorio Senonico, sanctæ Porcarie, virginis & martyris. Apud Rothomagum, beati Euodij, præfatæ vrbis episcopi, & confessoris. In pago Blionensi, sanctæ Susannæ virginis. Treuiris, sancti Metropoli, episcopi & martyris. 1 Item, sanctæ Reparatæ virginis.

De Reparata Beda in Martyr.

p Apud Dononium, sollemnitas sanctæ Ragenfredis virginis.

¶ Eodem

¶ Eodem die, dedicatio ecclesie sancti Marci
Euangelistae Venetijs. q In Vualciodoro, transla-
tio sancti Eloquij, presbyteri & confessoris. Trun-
cinij ex Merendra, p aduentus sancti Gerulphi mar-
tyris.

Monus Humilitatis gradus est.....

ANNOTATIONES.

1 Demetrii huius vitam Anastasius de Græco in Lati-
num transtulit, & imperatori Carolo obtulit, vt scribit
Vincentius speculi historialis lib. 12 cap. 150. Est in Ru-
bra valle Ms. ad Carolum tertium. Habet eam Meta-
phrases quoque 26 Octobris.

2 Pelagie vitam scribit Iacobus diaconus Heliopoleos,
tomo. 2 Aloysij/ in vitis patrum, Alphabeto 17.

3 Amoris Aquitani vitam scripsit Egebertus diaconus,
Ms. ad sanctum Laurentium extra muros Leodienses.

Septimo Idus Octobris, Luna

9 Oct. B

23. 10. 20. 2. 12 / 23. 5. 15. 26. 8 / 19. 29. 11. 21. 3 / 13. 24. 6. 18

A Braham patriarche. Apud Parisium, na-
talis sanctorum martyrum, Dionysij epis-
copi, Rustici presbyteri, & Eleutherij diaconi.
qui beatus episcopus à pontifice Romano in
Gallias prædicandi gratia directus, ad præfa-
tam urbem deuenit, vbi per aliquot annos com-
missum sibi opus fideliter prosequens, tandem
à præfecto Fescennino, vna cum socijs, gladio
animaduersus, martyrium compleuit. Quo-
rum corpora requiescunt in cænobio beati Dionysij
in Francia. Apud Iuliam, via Claudia, sancti
Domnini martyris, sub Maximiano. qui cum
vellet persecutionis rabiem declinare, protinus
insecutus, & nihilominus gladio transverbera-
tus, gloriose occubuit. ¶ Item, natale sancti

Ce

Gislerij

- Gislerij confessoris.* q Eodem die Cameraci, via Atrebatensi, festiuitas sanctæ Ollæ virginis. p In pago Hainau, in loco qui tunc à circummanentibus pagensibus nominabatur *Vrsidongus*, nunc Cella vocatur, natale sancti *Gisleni* episcopi, mira sanctitatis viri. Qui Atheniensem episcopus fuit, & pro Christo ipsum apicem terreni honoris relinquens, pauper fieri voluit, Romanque veniens causa visendi principum Apostolorum limina, Petri & Pauli, ibi voce diuina iussus est, vt in Gallias properaret, ibidemque oratorium construeret Apostolorum Petri & Pauli, ac finem istius ærumnosi, exilij præstolaretur. Item eodem die, eleuatio corporis ipsius. g Die nona, sancti patris *Andronici*.
- 4 ¶ *Aquiscincti*, obitus *Gosuini*, abbatis beati. Qui rumores nec audiebat, nec referebat libenter.

ANNOTATIONES.

- 1 Abrahæ acta leguntur à Genesi 11. vsque ad 25.
 2 *Dionysij* Areopagitæ vitam & agonem scripserunt *Michaël syngelus* / incertus auctor *Perionio* interprete / *Simeon Metaphrastes* citatam in Concilio Florentino / breuiter *Ado* in Martyrologio 5 Nonas Octobris / & *Suidas* in Dictionario / Præcipue autem *Hilduinus* abbas circa annum 824, ex *Visbio* *Dionysij* discipulo. Vnde *Sigebertus* de viris illustribus cap. 82. *Hilduinus* abbas sancti *Dionysij* Parisiensis, scripsit ad *Ludouicum* imperatorem, utroque stylo, id est, profaico & metrico, vitam sancti *Dionysij*. Profam, cum quibusdam alijs eo pertinentibus, habemus in Areopagiticis *D. Matthæi Galeni* *Vuesticapellij*, Coloniae Anno 63. Metro autem habentur *Gemblaci* libri quatuor de *Dionysij* passione quos *Hilduini* esse non dubito. Item de Areopagita, *Xystus* lib. 2 bibliothecæ sacre / & duæ epistolæ Ms: vna *Hincmari* episcopi Remensis, altera *Anastasis* bibliothecarij, contra asserentes *Dionysium* primum

sum Parisiorum episcopum, non esse Areopagitam. In utraque sit mentio passionis Dionysij à Methodio Græce dictatæ, quam Anastasius Latine conscripsit.

3 Gisseni vita primaria est anonymi auctoris, Ms. cap. 10. in Cella, siue sancti Gisseni oppido. Ibidem habentur de vita Gisseni Rounerus vel Reinerus ad Radbodum abbatem / Philippus abbas Bonæ spei / & duo diversi metrici scriptores.

4 Gosuini abbatis historiam habet Aquiscinctum per Alexandrum successorem, & per aliquanto posteriorem.

Decimus humilitatis gradus est.

Sexto Idus Octobris, luna

10 Oct. C

29.11.21.3.13 / 24.6.16.27.9 / 20.1.12.22.4 / 14.25.7.19

Loth prophetæ. Apud Cretam, beati Piny-
 Lti, inter episcopos nobilissimi. qui in scri-
 ptis suis, velut in quodam speculo, viuentem sui
 dereliquit imaginem. Ciuitate Agrippinensi,
 sancti Gereonis martyris, cum alijs trecentis de-
 cem & octo: qui persecutione Maximiani ty-
 ranni, pro vera pietate colla patienter gladijs
 subdiderunt. Item in territorio eiusdem vr-
 bis, loco qui Xanthis dicitur, sancti Victoris mar-
 tyris, & p sociorum eius. Item apud Veronam,
 quæ vulgo Bonna dicitur, sanctorum martyrum,
 Calsij & Florentij, cum alijs pluribus. In Bri-
 tannia Eboraci, sancti Paulini, episcopi & confes-
 soris. qui eam nationem Anglorum, quæ ad Aquilone
 Hübri fluminis habitabat, cū rege suo Hedwino,
 prædicando verbū fidei cōuertit ad Dominū. r Eo-
 de die, sancti Cerbonij, episcopi & confessoris q Popu-
 loniēsis. cuius reliquias attulit ad Gallias frater Rober-
 tus Pisanus. Treca, passio sanctæ Tanchæ virginis.

De Cerbonio
 Gre. 3 dial. 89
 11.

Ce 2

lotro

In Iotro monasterio, sanctæ Telechildis, virginis & abbatissæ. In Anglia, monasterio Bridlingtonie, depositio sancti Ioannis confessoris, & Prioris eiusdem monasterij, de Ordine Regularium. In Gallijs, iuxta Aream, sancti Venantij, martyris vere nobilis. In Hasteria, sancti Nuncij confessoris.

8 Die decima, sanctorum martyrum, Eulampij &

De Eulampij, Metaphrastes. Eulampie.

¶ 9 Ipso die, dedicatio Ordinis Cælestinorū, ubique locorū præfati Ordinis vna die solenniter celebranda.

ANNOTATIONES.

- 1 De Loth, Gen. 11, 13, 19 / Deuter. 2.
- 2 Pinyti meminit Eusebius lib. 4 hist. eccles. cap. 20, 22, 23 / Rufini 21, 23, 24 / Hieron. de viris ill. cap. 38.
- 3 Gereonis & sociorum. Docti auctoris sunt quæ de his martyribus habet Colonienſis ecclesia. Citat de eis Vincentius Helinaldum historicum. Vide Adonem in Martyrologio / Adonem Vien. anno 288 / & vitam Norberti cap. 21. Vsuardus videtur in historia minus exactus fuisse. Dicit enim, Gereonis martyris, cognomento Malloſi. item, Victoris martyris & aliorum decem & septem. Sed historia Malloſum distinguit à Gereone, sicut & Ado Treuirensis. item, Victoris socios numerat trecentos triginta, sicut etiam habet antiquissima Xanthenſium traditio. Iſdemq. constat præterea ex reliquiarum fragmentis, plures fuisse quam septemdecim. Ideoq. ex contextu huc tranſtuli, quæ Vsuardus videtur cum his minus consentanea poſuiſſe.
- 4 De Paulino, Beda in historia gentis suæ, lib. 2 cap. 9, 14, 16, 17, 20 / lib. 3 cap. 14. *Vndecimus Junij.*

ii Oâ. D

Quinto Idus Octobris, luna

1. 12. 22. 4. 14 / 25. 7. 17. 28. 10 / 21. 2. 13. 23. 5 / 15. 26. 8. 20

A Pud Tarsum, metropolim Ciliciæ, beatissimorum martyrum, Tharaci, Probi, & Andronici. qui persecutione Dioclitiani longo tempore

171
172

tempore carcerali squalore afflicti, & tertio di-
uersis tormentis & supplicij examinati, in con-
fessione Christi triumphum gloriæ adepti
sunt. In pago Vilcasino, passio sanctorum,
Nicasij presbyteri, & sociorum eius, Quirini
& Pientiae. In Scotia, sancti † Canici abba-
tis. Ciuitate Vzeta, sancti Firmini, episcopi
& confessoris. p Lyra, depositio sancti Gumma-
ri, praclari confessoris. qui inter caetera virtutum
suarum insignia, ictu baculi sui fontem de terra pro-
duxit: arborem quoque succisam & terra prostratam,
diuino auxilio erexit, ac ita in integrum solidauit, vt
nullum signum lesionis in ea appareret. quæ in testi-
monium tantæ virtutis, per annos plurimos incolu-
mis permansit. r Redonis ciuitate, sancti Emiliani
confessoris. q Verduni, beati Sactini, eiusdem loci episco-
pi, & confessoris. Bisontij, sancti Germani, episcopi &
martyris. In Anglia, sanctæ Ethelburgæ, virginis
& abbatissæ. g Die vndecima, sancti patris Theo-
phanis, scriptoris & poetæ, episcopi Niceæ.

r Papie, translatio & reconditio corporis bea-
tissimi patris Augustini, episcopi & confessoris.

p Eodem die, depositio beati Brunonis, Agrip-
pinae ecclesie archiepiscopi. qui inter caetera lauda-
bilis vitæ insignia, quæ liber gestorum eius plenius
enumerat, etiam † monasterium sancti Pantaleonis
à fundamentis erexit; & rebus, quæ inibi Deo istum
seruientibus sufficerent, abundanter locupleta-
uit.

Hoc die obiit beatus Iacobus Alemannus, Ordinis
Prædicatorum. Coloniae, ad sanctum Pantaleonem,
p obiit Dominus Bruno, pius pastor sanctæ Coloniensis
ecclesie, ac fundator † dicti monasterij.

Cc 3

ANNO;

al. Kenicò

2

3

4

p locum

5

p nostrum

1 Tharaci, Probi, & Andronici, agonem scribunt Pamphilus, Martianus, & cæteri, fratribus in Iconio, Ms/ item Metaphrastes.

2 Gumhari vitam scripsit Theobaldus ad Sigerum Lirensis Præpositum, prosa capp. 16, & metro heroico.

3 De Ethelburga, Bedalib. 3 cap. 8 historiæ Anglorum.

4 De Brunone. Sigebertus in Chronicis An. 953. Qui quantus, qualisue fuerit apud Deum & homines, lector ediscat in vita ipsius, quam Rogerus luculenter descripsit. Colitur in propria Ecclesia, sed vt non canonizatus, Tornaci autem habet festum nouem Lectionum, 16 cal. Augusti. Vnde colligo cum ab episcopo quopiam esse Sanctis ascriptum: non autem à Romana Sede.

5 Iacobi Alemanni vitam, vt habet Leander de illustribus Prædicatoribus, vernacule scripsit Ambrosius Soccinas, pluribus capitibus distinctam: ex qua Siluester & Isidorus Mediolanensis, & postremo Ioannes Antonius Flaminius, suas Latinas deduxere.

8 Dominica proxime sequenti vndecimam huius mensis, psallitur in commemorationem sanctæ & vniuersalis septimæ synodi, in vrbe Nicea secundo congregatæ, Anno Christi octingentesimo octuagesimo primo, ad abroganda subuertendaque impia dogmata inimicorum Christi, quos dicunt iconomachos, hoc est, imaginum oppugnatores. Qui fuerunt Copronymus, & miseri eius sectatores. Duodecimus

12 Oct. E

Quarto Idus Octobris, luna

2. 13. 23. 5. 15/ 26. 8. 18. 29. 11/ 22. 3. 14. 24. 6/ 16. 27. 9. 21

A Pud Rauennam, via Laurentina, natalis sancti Edistij martyris. In Africa, sanctorum confessorum & martyrum, quatuor millium, nongentorum, septuaginta sex, sub Hunerico rege. qui cum essent ecclesiarum Dei episcopi,

Victor lib. 2

episcopi, presbyteri, diaconi, associatis sibi tur-
bis fidelium populorum, pro defensione catho-
licæ veritatis, in horribilis eremi exilium trusi,
ad extremum varie excruciat, martyrium ce-
lebrarunt. Inter quos erant Cyprianus & Fe-
lix præcipui Domini sacerdotes. In Syria,
sancti Eustachij presbyteri. *Biturigis, Opionis*
presbyteri. Mediolani, translatio, sancti Monæ
archiepiscopi. In Anglia, natalis sancti Vuilfridi,
episcopi Eboracensis, & confessoris. Celena in
Pannonia, Maximiliani Laureacensis episcopi, &
confessoris. cuius corpus Laureacum transtulit sanctus
Rupertus Bauarorum Apostolus, qui plurimas ec-
clesias ad eius honorem dedicavit. Tandem vero
Pataniam reliquias transtulit Henricus secundus
imperator.

¶ Papiæ, sanctorum martyrum, Amelij & Amici.
quos rex Desiderius occidit in bello contra Carolum
magnum.

Hæm̄is tempore, id est,
ANNOTATIONES.

1 De Vuilfrido, Beda lib. 4 hist. eccles. gentis suæ cap.
12/lib. 5 cap. 20/lib. 3 cap. 28. Vitæ eius complures au-
ctores indicantur in Catalogo Britannico. Heddius Ste-
phanus monachus apud Cantios, adhortante Acca epi-
scopo Hagulstaldi, circa annum 720/Odo Seuerus Can-
tuarie archiepiscopus, & Fridegodus Cantuarie dia-
conus. qui claruerunt Anno 939. Denique Petrus de
Bleis Anno 1160

2 De Maximiliano. Bruscius in historia de Laureaco.
Maximiliani vita eleganter descripta extat in bibliotheca
Forbacensi, ex qua aliquam huius historie partem excer-
psimus. Vide etiam Lazium de genealogia Austriaca.

Tertio Idus Octobris, luna

13 Oct. F

3. 4. 24. 6. 16. / 27. 9. 19. 1. 12 / 23. 4. 15. 25. 7 / 17. 28. 10. 22

Cc 4

Apud

De Carpo
Dio, ep. 8

A pud Troadem, natalis beati Carpi, discipuli Pauli Apostoli. In Hispanijs, ciuitate Corduba, passio sanctorum, Faustij, Ianuarij, & Martialis. qui primo equulei pcena cruciati, deinde supercilijs rasis, auribus quoque & naribus præcisus, dentibus etiam superioribus euulsis, ad vltimum ignis passione martyrium consummauerunt. Antiochiæ, sancti Theophili. qui sextus ab Apostolo Petro ecclesie pontificatum tenuit. Turonis, sancti Venantij abbatis. Apud Septam, Sarracenorum ciuitatem, sanctorum martyrum, Daniëlis, Samuelis, Angeli, Donuli, Leonis, Nicolai, Hugolini, de Ordine fratrum Minorum. qui desiderio martyrij flagrantés, fidem catholicam imperterrita mente ibidem constantissime prædicauerunt: tandem post illata opprobria, post contumelias, irrisiones, flagella, & vincula, capitis obtruncatione martyrio coronati sunt, Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, anno sexto ante obitum beati patris Francisci. In Galijs, sancti Geraldij confessoris. Treuiris, sancti Lupentij presbyteri. Augusta Vindelicorum, sancti Eliperti, episcopi & confessoris.

Stephanus
in historia
Maurini Ms.

¶ Eodem die, triumphus sancti Lamberti in Steps. Colonia, in monasterio sanctorum, Pantaleonis, Cosmæ, & Damiani, medicorum Dei, inuentio corporis sancti Maurini, abbatis & martyris. Quod anno Dominicæ incarnationis nonagesimo sexagesimo quarto, dum fundamentum eiusdem ecclesie effoderetur, cum huiusmodi inscriptione repertum est, Hic requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini. qui in atrio ecclesie

elestic
Iunij.
Ite
Florica

1 De
Rufini
epistol
2 De
fessoru
vita pa
3 De
vitam
niacen
4 Sin
mo. Q
Vdali
ac pot
& ali

4.15.2

R
perat
quot
fenes
pitat
uitat
in eff
tutis
& L
confe
mēsi

clesie martyrium pertulit, sub die quarto Idus
Iunij.

Item sancti Gerbrandi confessoris, & primi abbatis in
Florincampo, Ordinis Cisterciensis. *Hæm̄is tempore supradictis.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Theophilo, Eusebius lib. 4 hist. cap. 19 & 23/
Rufini 20, & 24 / Hieronymus de viris illustr. cap. 35/
epistola 15 ad Algasiam, quaestione 6.
- 2 De Venantio. Gregorius Turonensis de gloria con-
fessorum cap. 25. Venantij vitam nos scripsimus. De
vita patrum cap. 16.
- 3 De Gerardo. Suspicio hunc esse eum Gerardum, cuius
vitam scripsit teste Tritthemio, sanctus Odo abbas Clu-
niacensis. Habet enim Cluniaci 12 lectiones.
- 4 Simpertus eleuatus est imperante Maximiliano pri-
mo. Quo tempore Agilbertus Prior cœnobij sanctorum
Ydalrici & Afræ, in quo requiescit, eius historiam, vitæ
ac potissimum miraculorum, conscripsit. Louanij Ms.
& aliquibi excusam in 4.

Pridie Idus Octobris, luna

14 Oct, G

4. 15. 25. 7. 17 / 28. 10. 20. 2. 13 / 24. 5. 16. 26. 8 / 18. 29. 11. 23

Romæ via Aurelia, natalis beati Calixti,
papæ & martyris. Hunc Alexander im-
perator sub diutina custodia, fame cruciari, &
quotidie fustibus cædi iussit: tandem vero per
fenestram domus, in qua custodiebatur, præci-
pitatus, victoriæ triumphum promeruit. Ci-
uitate Tudertina, sancti Fortunati episcopi. † qui
in effugandis spiritibus emundis, immensæ vir-
tutis gratia emicuit. ¹ *Item sanctorum, Saturnini
& Lupi. q Herbioli, sancti Burchardi, episcopi
& confessoris. p Brugis, natale sancti Donatiani, Re-
mensis archiepiscopi. q Treuiris, sancti Rustici, secūdi*

Greg. li. 1
dial. c. 10

¶ 5

eius

OCTOBER.

eius nominis episcopi, & confessoris. In territorio Catalaunensi, sanctæ Manegildis virginis. In territorio Beluacensi, sanctæ Andragisinae virginis. De Andrag. vita Ansberrij. Et sancti patris Cosmæ Hagiopolitani, & poete, episcopi Maiumæ.

3 ¶ Eodem die obiit venerabilis Dominicus Loricatus.

ANNOTATIONES.

1 De Calixto, Gesta ipsius / & Pontificale cap. 17
 2 De Donatiano suo habet Brugenſis ecclesia variorum tractatus: vt, literas Ebonis archiepiscopi / epistolam Geruasij archiepiscopi 41 Remensis ad dilectissimum filium Balduinum Flandrenſium Comitem, de vita Donatiani / rescriptum Hugonis archiepiscopi ad fortissimum Francorum comitem D. Arnulphum / pauca de vita & actibus Donatiani per Ratherium Lobienſem, episcopum Veronæ / rursus, per clericum Bruggensem ad patrem dilectissimum R. R. Id est, vt ex præfatione, & primis carminum literis colligo, ad Riquardum, siue Richardum, Remorum 64 præfulem: & alia complura, potissimum miraculorum.

3 Dominici Loricati vitam scribit Petrus Damiani, tomo 8 Aloysij. *A pascha autem.*

15 Oct. A

Idibus Octobris, luna

5. 16. 26. 8. 18 / 29. 11. 21. 3. 14 / 25. 6. 17. 27. 9 / 19. 1. 12. 24

1 **A** Pud Coloniam Agrippinam, natalis sanctorum *b Maurorum*, trecentorum sexaginta martyrum. qui apud eandem urbem cursum sui agonis compleuerunt, *b conditi in basilica, quæ admirabili opere ex musſuo quodammodo deaurata resplendet. Vnde & incolæ ad Sanctos aureos vocitare consueuerunt.* Romæ, via Aurelia, sancti Fortunati. Lugduni, sancti Antiochi episcopi. qui strenue administrato pontificij

De Antiocho, latius Ado.

Gr. Turo. de marty. cap. 26

ficij culmine, ad quod assumptus fuerat, regnum cæleste adeptus est. Eodem die, Osualdi, 2
 di, episcopi Vuigorniensis, & confessoris. Ipso die, sancti Seueri, episcopi Treuirensis. Craconiae, sanctæ Hedvugis, Ducissæ Poloniae. Argentinae, 3
 sanctæ Aureliæ virginis. Ipso die, sancti Theodorici, confessoris Ordinis Carmeli. Apud Veronam, sanctæ Placidia virginis sanctissimæ, Valentiniani imperatoris filia.

¶ In territorio Remensi, translatio sancti Basoli confessoris. quæ facta est ab Hincmaro archiepiscopo, viro venerabili. P In portu Valencianas, elevatio pretiosissimi corporis beati Saluij martyris, ac Ancolisma ciuitatis episcopi. Dominico die

ANNOTATIONES.

- 1 Mauri cum duce suo Gregorio, non erant ex legione Thebæorum, sed ex Mauritania Africa: ideoq. fustuli Vsuardi verba, cum essent ex legione Thebæorum.
- 2 Osualdi episcopi vitam scripsit Senatus Brauonius Vuigornia monachus. qui claruit Anno 1170, iuxta Catalogum Brytannicum.
- 3 Hedvigis historia habetur, quam scripsit Engelbertus abbas. De eadem Cromerus de gestis Polonorum, lib. 15 sparsim.

Decimo septimo Calendas Nouembris, Luna 16 Oct. B

6.17.27.9.19/1.12.22.4.15/26.7.18.28.10/20.2.13.25

IN Africa, sanctorum martyrum ducentorum Septuaginta, pariter coronatorum. & sanctorum martyrum, Martiani & Satyriani, cum alijs duobus fratribus suis. † qui pro constantia fidei Catholice, primum nodosis fustibus cæsi, & vsque ad ossa laniati, cum multo tempore talia

Victor Africanus lib. 1

talia

talia paterentur, sequenti semper incolume
reddebantur. Nouissime in exilij relega-
tione, vinctis pedibus post terga currentium
quadrigarum, inter spinosa loca siluarum,
pariter iussi sunt interire. Passa est autem
Maxima virgo cum eis. In territorio Bitu-
ricensi, sancti Ambrosij confessoris, *episcopi*
1 Caturcensis. Alemannia, sancti Gallipresby-
teri & confessoris, *mirasantitatis viri. Qui Sco-*
tus natus, cum Suenis collocat artus. b Eius
vita virtutibus plena, conscripta habetur. r Item
Saturnini, Nerei, & aliorum trecentorum sexa-
ginta quinque. q Carnotis, Iothro monasterio,
natalis sancti Prisci martyris. Ipso die, in Derno
monasterio, sancti Bercharij, abbatis & marty-
ris. In monte Falconis, beatissimi Baldrici con-
fessoris. cuius vita crebris miraculis declaratur.

2 Colonia, Eliphij martyris. qui cum feruenter ea
qua sunt Christianae fidei gentibus praedicasset, tan-
dem sub Iuliano apostata, apud ciuitatem Gran-
densem capite truncatus, gloria & honore pra-
celsum martyrij coronatur. Moguntiae, natalis san-
cti Lulli, archiepiscopi & confessoris. qui Bonifa-
cio martyri digne succedere meruit. Andega-
uis, sancti Magnobodi, episcopi & confessoris.
qui tempore Dagoberti vita & signis late claruit.

Ciuitate Nouioma, sancti Nummolini, episcopi
& confessoris. Duaci p eo die, transitus sancti
9 Gorda-
nij * Gurdelli confessoris.

¶ q In territorio Aprincensi, apparitio beati Mi-
chaelis archangeli in procella maris, id est, in monte
Tumba.

In matutinis diuina die.

ANNO.

ANNOTATIONES.

1 De Gallo Sigebertus de viris illustribus cap. 71. Vualfridus abbas † vitam & miracula sancti Galli abbatis primo prosaice, deinde metricè composuit. Prosa extat in libris duobus ad Gosbertum abbatem cellæ sancti Galli/ claruit anno 840. *diuitis An- gie An. 842.*

2 De Eliphio. Rupertus Tuitiensis, initio vitæ eius. Qui primis nostrisque temporibus longe anterior martyrium scripsit pretiosi martyris Eliphij, fundamentum posuit. Vos autem fratres charissimi (Coloniæ ad S. Martinum), tu pater Albane, paruitatem meam superædificare compellit.

Decimo sexto Calendas Nouembris, Luna 17 Oâ. C

7.18.28. 10.20/ 2.13. 23.5.16/ 27.8.19. 29.11/ 21.3.14.26

IN Antiochia, natalis sancti Heronis, discipuli beati Ignatij episcopi. qui post cum episcopus factus, viam magistri pius imitator sequitur, & pro commendato grege amator Christi occubuit. In Gallijs, ciuitate Arausica, sancti Florentini episcopi. qui multis clarus virtutibus, quieuit in pace. *Item, Victoris, Alexandri, & Mariani. q Carnoti, sanctæ Solinæ virginis. Treuiris, sancti Florētini episcopi & martyris. Itē, beati Eutychie confessoris magnæ sanctitatis viri, Ordinis Carmeli. Lauduno clauato, natalis sanctæ & illustrissimæ Austrudis, virginis & abbatissæ. quæ ab ipsis infantia rudimentis, mira Dei gratia prædita, etiam virtutibus, ac miraculis gloriosa, migravit ad Christum.*

§ Die decimaseptima, sancti martyris Andreae in *De Andrea Metaph.*
Crisi.

¶ Qui propter adorationem sacrarum imaginum gloriose

gloriose coronatus est, sub improbo Constantino.

ANNOTATIO.

1 Heroni scribit Ignatius epistolam 10. Meminit eius Eusebius lib. 3. cap. 30 / Rufini 37. *Diebus autem.*

18 Oct. D Decimo quinto Calendas Nouembris, luna

8. 19. 29. 11. 21 / 3. 14. 24. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 22. 4. 15. 27

1 **N**atalis beati L V C Æ Euangelistæ, qui cum esset † octoginta & trium annorum, obiit in Bithynia plenus spiritu sancto. Cuius ossa vicesimo Constantij anno Constantinopolim translata sunt. *b Hic fuit arte medicus, Paulum † secutus vsque ad confessionem eius.*

Col. 4 d
† 2 Cor. 8
2. Tim. 4
* 6 bist. eccl. cap. 9

Gesta Laur. & Hippolyti, 10 Augusti.

Eodem die, sancti Asclepiadis Antiocheni episcopi. * qui vnus fuit ex præclaro confessorum numero, qui sub Decio gloriose passi sunt. Item Romæ, sanctæ Tryphoniæ, vxoris Decij Cæsaris. *b quæ viro suo, post interfectionem beatorum, Sixti, Laurentij & Hippolyti, diuinitus punito, se petijt baptizari, cum filia Decij Cyrilla, à Iustino presbytero, & alia die orans defuncta est, & iuxta sanctum Hippolytum in crypta sepulta.*

2 **S**ti Iusti martyris. *Andegauis, sancti Heriblandi abbatis. In Nassonia, natalis beati Monionis martyris. qui angelico monitu de Scotia Arduennam deuenit: ibique soli Deo multo tempore seruiens, à sicarijs latronibus confossus, feliciter occubuit, sepultus in ea ecclesia, quam ipse construxerat.*

† p In Machlinia, translatio beati Rumoldi, martyris atque pontificis. *Planè agenda,*

O ANNO.

ANNOTATIONES.

1 De Luca mentio nonnulla est in sacris literis / Eusebio lib. 3 cap. 4 & 18, Rufini 24 / Hieronymo de viris illustribus cap. 17 / Isidoro de sanctis Testamenti cap. 30. De eius, Andreae & Timothei translatione, vide 9 Maij, & Procopium de ædificijs Iustiniani.

2 Iusti huius, siue Iustini, martyrium, extat Ms. & in rhythmum translaturum, tomo 3 Bedæ.

Decimo quarto Calendas Nouembris, luna 19 Oct. E

9. 20. 1. 12. 22 / 4. 15. 25. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 23. 5. 16. 28

A Pud Alexandriam, Ægypti metropolim, natalis sanctorum martyrum, Ptolomæi & Lucij, sub Antonino cognomento Pio, quorum prior multo tempore squalore carceris maceratus, & ad vltimum, cum de Christi magisterio publica confessione testaretur, iussus est duci ad mortem. Sequens quoque, cum se Christianum liberrime fateretur, similem sententiam excepit. In Antiochia Syriæ, sanctorum martyrum, Beronici, Pelagiæ, & aliorum, quadraginta & nouem. *Ebroicas, sancti Aquilini, episcopi & confessoris, Oxonia, 2*
sancta Fredeuuida virginis. 3 Die decima nona, sancti Vari martyris.

¶ Senonis, sanctorum martyrum Sauiiniani & Potentiani, sociorumque eius. Horum festiuitas, dum ab antiquis temporibus pridie Calendarum Ianuarij ageretur, transmutata est quarto decimo Calendarum Nouembris, eo quod ipso die, translata sunt corpora eorum, & angelicæ voces sunt audite, sicut in translatione eorum legitur †.

¶ Duaco, translatio sancti Amati, episcopi & confessoris, qui postquam execrabiliiussu Theodorici regis gregi.

De Vero & socijs, Metaphr.

Lib. 9 spec. hist. c. 41

gregi suo condolens, sed commendans sanctæ Trinitati, episcopatum dereliquit, carnem suam macerando, multas passiones pro Christo sustinuit.

In Britannia, sancti Etbini, abbatis Nectensis.

ANNOTATIONES.

1 Ptolomæi, Lucij, & tertij martirium scribit Iustinus philosophus, in defensione pro Christianis ad Senatum Romanum: & inde Eusebius, lib. 4. historiae cap. 16, Rufini 17.

2 Aquilini Ebroicæ urbis episcopi historia incipit. In corpore nostræ congregationis honesto valde & vili membro, domino Audoeno, inter cæteros fere vltimus, frater N. *In sanctorum vero festo?*

20 Oct. F Decimo tertio Calendas Nouembris, Luna

10. 21. 2. 13. 23/5. 16. 26. 8. 19/ 30. 11. 22. 3. 14/24. 6. 17. 29

A Pud Auiensem prouinciam, natalis beati Maximi, leuitæ & martyris. qui patendi desiderio inquirentibus se persecutoribus palam ostendit, & post responsionis constantiam, equuleo suspensus & tortus, deinde fustibus cæsus, & ad vltimum obrutus, occubuit. In Gallijs ciuitate Agenno, sancti Caprasij martyris. qui cum rabiem persecutionis declinans, lateret in spelunca, tandem raudiens qualiter beata Fides virgo pro Christo agonizabat, animatus ad tolerantiam passionis, & orauit ad Dominum, vt si eum gloria martyrij dignum iudicaret, ex lapide speluncæ aqua lymphidissima emanaret. Quod præstante Domino, securus ad aream certaminis properauit, & palmam martyrij feliciter dimicando promeruit. Ciuitate Colonia, passio sanctarum virginum, Marthæ & Saulæ,

Passio Caprasij & Fidei est Ms.

eum

cum alijs pluribus. In pago Remensi, depositio Sindulphi confessoris. cuius vita, quam fuerit Deo accepta, testantur ipsius miracula. Trecas ciuitate, natalis sancti Araldi, confessoris & archidiaconi.

Item, sancti Neonis martyris. Et transitus sancti Vendelini confessoris. Apud Mindam, natalis sancti Feliciani episcopi & martyris. 8 Die vigesima, sancti magni martyris Artemij. De Arte.
Metaph.

¶ q Ipso die Parisijs, exceptio sanctorum martyrum, Georgij diaconi, & Aurelij. A sancto Pascha usque.

ANNOTATIO.

Sindulphi vitam scribit Almannus Altuillarensis, vt testatur Sigebertus cap. 99 de viris illustribus.

Duodecimo Calendas Nouembris, luna 21 Oct. G

11. 22. 3. 14. 24/6. 17. 27. 9. 20/1. 12. 23. 4. 15/25. 7. 18. 30

A Pud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum, Dasij, Zotici, Caij, cum duodecim militibus. Eodem die, sancti patris nostri Hilarionis. cuius vitam virtutibus plenam Hieronymus scribit. In ciuitate Ostia, sancti Asterij presbyteri. qui in passione beati Calixi papæ legitur. Ipso die, sancti Viatoris, ministri beati Iusti, Lugdunensis episcopi. sub finem 1
Eodem die, in Colonia Agrippinensi, natale sanctarum vndecim millium virginum, quæ pro virginitatis constantia, martyrio vitam consummauerunt. 2
¶ Item in castro Laudunensi, sanctæ Celinæ, matris beati Remigij, Francorum Apostoli. Meldis ciuitate, sanctæ Celinæ virginis. 3

¶ In Sithiu, pinuentio sancti Audomari, episcopi Morinensis. 4

D d Birez,

5 Bircæ, beati Vuimonis Bremensis episcopi, qui Gothis
verbum Dei prædicauit. *Vt ait Propheta.*

ANNOTATIONES.

1 Hilarionis vitam scribit Hieronymus tomo 1. De eodem Metaphrastes, & Sozomenus lib. 3 cap. 13 / lib. 5 cap. 9 / Epiphaniij epistola, quam Hieronymus citat, nunc non extat.

2 Vndecim millia virginum splendidissima habent Colonia monumenta. Neque recenter ascriptæ sunt sanctis martyribus. Vuandelbertus enim Prumiensis, qui vixit An. 850, earum in Martyrologio ita meminit, Tunc numerosa simul Rheni per littora fulgent Christo virginibus erecta trophæa maniplis Agrippinæ vrbi, quarum furor impius olim Millia mactauit ductricibus incluta sanctis.

De eis scripserunt circa annum 1160, Rogerius Cisterciensis / Richardus Præmonstratensis, in Legenda Angliæ excusus / & Elisabeth Sconaugiensis lib. 4 Viarum Dei, cap. 2. Primariam historiam expectamus in tomis D. Suriij.

3 De Cilinia. Chronicō Elnonense. Hucbaldus scripsit historiam sanctæ Cilinię, matris beati Remigij: Officium & cantum de eadem. Meierus in Flandriæ commentarijs Anno 850. Hucbaldus monachus Elnonensis, Ciliniam pulchro celebrauit carmine.

4 Celiniæ Meldensis meminit vita Genouefæ, tomo Suriij 1, pag. 105.

5 De Vuimone. Tritthemius in chronico Hirsaugiæ. Sigebertus monachus Corbeiensis, discipulus sanctissimi Vuimonis, & socius in Gothia, gemino stylo vitam eius descripsit, id est, metrico & prosaico. Claruit Anno 905.

22 Oct. A Vndecimo Calendas Nouembris, luna

12. 23. 4. 15. 25 / 7. 18. 28. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. 16 / 26. 8. 19. 1

A pud Adrianopolim Thraciæ, natalis sanctorum martyrum, Philippi episcopi, Eusebii, & Hermetis. *bqui ecclesias claudere & spoliare iussu Iuliani per iniquos præfides, contradicebant, & ob hoc multis*

multis tormentis afficiebantur: hoc est, carceribus, vinculis, flagellis, ad vltimum vero flammarum incendio: sed Domini virtute roborati vsque in finem, in confessione nominis eius perseuerauerunt.

Item beati Marci, episcopi clarissimi, & doctissimi viri. qui primus ex gentibus ecclesiam Hierosolymorum suscepit regendam, ac non multo post martyrij meruit palmam. Item sanctæ Salômæ: quæ in Euangelio legitur circa Domini sepulturam sollicita. In ciuitate Osca, sanctarum virginum, Numilonis & Eloodiæ. quæ pro confessione Christi diutina custodia maceratæ, ac capitali sententia punitæ, martyrium celebrauerunt. ¹ In Gallijs, ciuitate Rothomago, natalis sancti Meloni, qui eiusdem vrbis primus ecclesiam archiepiscopus rexit, ibidemque sepultus, gloriosissime quieuit. ² In vrbe Gabalitana, sancti Lupentij, abbatis basilicæ sancti Priuati, & martyris. ³ Colonia, Cordula virginis, & martyris. ⁴ Die vigesima secunda, sancti Abercij, episcopi Hierapolis, qui claruit miraculis tempore Apostolorum. ⁵ In Oesterhout, natalis sancti Oelberti martyris.

⁶ *¶* ⁷ *¶* Eodem die, translatio sancti Seueri confessoris, episcopi Rauennatis, cum vxore, & filia, ad diocesim Moguntinam. Jam de nocturnis vel matutinis.

ANNOTATIONES.

- ¹ Melloni gesta citat Vincentius lib. 11 Speculi cap 74.
² De Lupentio Gre. Turonensis lib. 6 historiæ cap. 37. item historia, cuius initium tantum legi in Breuiario Catalaunensi: sed inde à contemporaneo scriptam didici. Lektionem enim 2, Brunichildis, quæ cum martyrem fecit, vocatur Iesabel nostri temporis.

D d 2

3 Cordu

3 Cordulam transtulit Albertus magnus, vt scribit Rodolphus, vitæ Alberti parte 2, cap. 9

23 Oct. B

Decimo Calendas Nouembris, Luna

13.24.5.16.26 / 8.19 29. 11.22 / 3.14. 25. 6.17 / 27.9. 20.2

1
al. Theo-
dori

A Pud Antiochiam Syriæ, natalis sancti Theodori presbyteri, qui tēpore perfectionis impij Iuliani, post equulei pœnam, & multos ac durissimos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appositis inflammatus, cum in confessione Christi persisteret, occisione gladij martyrium consummauit. In Hispanijs, sanctorum Seruandi ac Germani. qui post verbera, squalorem, carceres, sitis ac famis iniuriam, & longissimi itineris laborem, nouissime martyrij sui cursum, ferro cæsis ceruicibus, impleuerunt. Ex quibus Germanus Emeritæ, Seruandus vero Hispali conditus est. Ciuitate

2 Colonia, sancti Seuerini episcopi & confessoris. Cuius catholica fide, maximoque sudore, ac sana doctrina, Colonensium, Burdegalensium, Tungrensium, vicinorumque ecclesiæ, ab infestatione Ariana heresis sunt defensa. Qui & in transitu beati Martini audire meruit voces psallentium angelorum. In pago Pictauesi, sancti Benedicti confessoris.

1 In territorio Ambianensium, sancti Domitij, presbyteri & confessoris: & sancti Gratiani, gloriosi martyris. Ciuitate Rothomagensi, sancti Romani, episcopi & confessoris. cuius vita miraculis claruit, & mors pretiosa in domo Domini quotidie demonstratur. In villa Amania, super fluuium Mosæ, natalis sanctæ Ode viduæ, amite sancti Huberti.

¶ Helno-

¶ p *Helnone*, restitutio corporis sancti *Amandi*,
episcopi & confessoris.

Apud Mantuam, depositio sancti Ioannis Boni, con-
fessoris, Ordinis fratrum cremitarum sancti Augusti-
ni. cuius vita sanctitatis & miraculorum gloria illu-
stris fuit.

In primis semper diurnis horis.

ANNOTATIONES.

1 De Theodorico vel Theodorito, Finis gestorū eius,
Nos qui Antiochiæ in palatio eramus, & cum eo in Per-
sida fuimus, licet peccatores serui Dei, hæc quæ gesta
sunt circa Dei famulum Theodoritum, 10 Cal. No-
uembr. vera conscripsimus. De eodem Sozomenus lib. 5
cap. 7.

2 De Seuerino Coloniensi, qui Burdegalis obiit, Gr.
Turonensis de gloria confessorum cap. 45. Vitam huius,
postquam hæc scripsimus, à Fortunato presbytero con-
scriptam cognouimus.

Nono Calendas Nouembris, Luna 24 Oct. C

14. 25. 6. 17. 27 / 9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 28. 10. 21. 3

IN Venusia, ciuitate Apuliæ, natalis sancto-
rum, Felicis episcopi, Audacti & Ianuarij,
presbyterorum, Fortunati, & Septimi, lecto-
rum. qui temporibus Dioclitiani, multis diu-
vinculis & carceribus macerati, in Africa, & in
Sicilia, tandem in occisione gladij consum-
mati sunt. Felix quinquagesimo & sexto anno
virgo obiit. Vertano monasterio, sancti Mar-
tini abbatis. Ipso die in Britannia, transitus
beati Maglorij, episcopi & confessoris. cuius corpus
honoratur & colitur in cœnobio diui Maglorij, ci-
uitate Parisijs. In territorio Turonico castro Lu-
cas, sancti Senoch confessoris. Item, sancti Euer-
gisti, episcopi Coloniensis & martyris, archidiaconi

D d 3 & suc.

OCTOBER.

& successoris sancti Severini episcopi. Hic Tungris natus, martyr fuit, & tumultatus. ⁊ Item sancti Vitalis. g Die vigesima quarta, sanctorum martyrum, Arethæ & sociorum. Expensio ergo psalmo. De hū Metarum, pbrastes.

ANNOTATIO.

1 De Senoch, Greg. Turonensis de gloria confessorum, cap. 25. Senoch abbatis vita dudum à nobis scripta fuit. De vita patrum cap. 15.

25 Oct. D

Octavo Calendas Nouembris, Luna

15. 26. 7. 18. 28/10. 21. 2. 13. 24/3. 16. 27. 8. 19/ 29. 11. 22. 4

1 **R**omæ, natalis sanctorum martyrum, Chryfanti & Dariæ virginis. qui post multas, quas pro Christo lucrati fuerunt, passionēs, iussi sunt à Numeriano imperatore via Salaria in arenario deponi, ac illic viuentes terra & lapidibus obrui. Item Romæ, sanctorum martyrum, Diodori presbyteri, & Mariani diaconi, cum alijs pluribus. qui iubente præfato principe, martyrij gloriam celebrarunt. Romæ, natalis quadraginta sex militum. qui simul baptizati à Dionysio papa, mox iubente Claudio imperatore decollati, ac via Salaria sepulti sunt. Vbi & alij martyres, centum viginti & vnus, positi sunt: inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodolius, Lucius, Marcus, & Petrus. Hi videntes ad se venire armatos, rogabant vt primi decollarentur. Scriptum est in passione sanctorum, Sixti, Laurentij, Hippolyti. Eodem die, Petragoricas ciuitate, sancti Frontonis, qui Romæ à beato Petro episcopus ordinatus, cum Georgio presbytero,

sub finem.
10 Augusti

tero, quem per Apostoli baculum in itinere so-
cium de morte recepit, ad prædictam ciuitatem
ueniens, magnam gentis illius multitudinem
ad Christum conuertit, & multis miraculis
clarus, in pace quieuit. Apud urbem Sues-
sionem, sanctorum Crispini & Crispiniani,
qui persecutione Dioclitiani, post immania
tormenta sibi illata, gladio trucidati, mar-
tyrij coronam consecuti sunt. Ciuitate Flo-
rentia, passio beati Miniatis, sub Decio prin-
cipe. Item ciuitate Gaualis, sancti Hilarij,
episcopi & confessoris. Eodem die, Benigni &
Beati, cum socijs eorum. In territorio Turonico,
sancti Spati martyris. Remis, sancti Celsini con-
fessoris, & presbyteri, discipuli beati Remigij. Cor-
boilo, sancti Lupi, Barocensis episcopi, & confessoris.

Biturige, Ambiliaco monasterio, beati Dul-
cardi confessoris. 9 Die vigesima quinta, sanctorum
martyrum & notariorum Martiani & Martyrij.

¶ b Romæ via Salaria, Bonifacij papæ t.

3 Pontificale

5. 44. 2
Vespera autem quotidie.

ANNOTATIONES.

1 Chryfanti & Darij passio Ms. ita finitur, Hæc autem
omnia, sicut gesta sunt, scripsimus Varinus & Armenus
fratres, à sancto Stephano in Sede Apostolica facti pres-
byteri, & direximus ad omnes ecclesias per Orientem &
Occidentem. Nec multum aliter apud Metaphrastem.
Gr. Turonensis de gloria martyrum capite 38. dicit Dama-
sum papam versibus locum sepulturæ eorum decorasse.

2 De Diodoro, Mariano, & alijs pluribus, citata Cry-
fanti gesta. Inuentio istorum anno 888, grauius & eru-
dite sub id tempus scripta est. Quam D. Surius habet
tomo 1, 17 lan.

3 De Martiano & Martyrio, Simeon Metaphrastes.
Item Sozomenus lib. 4. cap. 2.

D d 4

Septimo

26 Oct. E Septimo Calendas Nouembris, Luna

16. 27. 8. 19. 29 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 1. 12. 23. 5

A Pud Africam, natalis sanctorum martyrum, Rogatianipresbyteri, & Felicissimi, qui persecutione Decij & Valeriani illustri sunt martyrio coronati. De quibus etiam scribit beatus

Epi. 81 / Li. 4 tus Cyprianus, in epistola ad confessores.

ep. 1.

Ad Rusticum Leo ep. 92.

Pontificale 6. 6

Ciuitate Narbona, sancti Rustici, episcopi & confessoris. *r* Ipso die, *Luciani & Florij. Roma, sancti Euaristi, papæ & martyris †.*

¶ p Traiecti, ordinatio episcopatus sancti Amardi: & Elnone coenobio, translatio corporis ipsius ab ecclesia sancti Petri & Pauli, in basilicam sancti Stephani protomartyris, agente beato Eligio pontifice: atque dedicatio eiusdem basilicæ. Laubijs, eleuatio sancti Ermini episcopi. g Die vigesima sexta, commemoratio magni terræ motus.

27 Oct. F Sexto Calendas Nouembris, Luna

17. 28. 9. 20. 1 / 12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 2. 13. 24. 6

IN Hispanijs, ciuitate Abula, passio sanctorum, Vincentij, Sabini, & Cristetæ. qui primo adeo in equuleo sunt extensi, vt omnes compages membrorum eorum laxarentur: deinde capita eorum lapidibus superposita, vsque ad excussionem cerebri validis vectibus sunt contusa: atque ita martyrium compleuerunt, agente præside Daciano. Eodem die, apud Tile castrum, sancti Florentij martyr. *r* Item eodem die, *vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ.*

¶ q In Britannia, translatio sancti Iuonis confessoris,

fessoris, in utroque Iure Doctoris, de Ordine penitentium beati Francisci. Elnone, & commemoratio ordinationis beati Amandi. quæ licet die præcedenti, sicut & translatio corporis, & ecclesiæ dedicatio, facta fuisse credatur, tamen hac die specialius recolitur. In Mechlinia, relatio beati Rumoldi, episcopi & martyris. Eodem die, eleuatio corporum sanctarum, Eusebiæ atque Gertrudis. In Blandinio, aduentus corporis sanctissimæ virginis Christi Amelberge.

Ipsa die, inuentio corporis sancti Vincentij, leuitæ & martyris.

Vbique credimus diuinam adesse præsentiam.

ANNOTATIO.

1 Inuentio siue translatio sancti Vincentij leuitæ & martyris, ad sextum Cal. Nouemb. est Ms. Lobij, auctore Haimoneo monacho Parisijs ad sanctum Germanum, ad Bernonem abbatem, & conuentum eius, in pago Albiensi.

Quinto Calendas Nouembris, luna 28 Oct. G

18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.7

Natalis beatissimorum Apostolorum, **S**IMONIS Cananæi, ^b qui & Zelotes scribitur †: & **T**HADDÆI, qui & Iudas dicitur.

Ex quibus Thaddæus apud Mesopotamiam: Simon vero apud Ægyptum, traditur prædicasse. Inde simul Perfidem ingressi, cum innumeram multitudinem Christo subdidissent, martyrium consummauerunt. Romæ, sanctæ Cyrillæ, filiæ Decij Cæsaris. † quæ sub Claudio principe pro Christo iugulata est, atque necata gladio. Ciuitate Meldis, sancti Faronis, episcopi & confessoris. † Ciuitate Cumis, sancti Fidelis

D d 5 martyr

¹
Luc. 6
Act. 1
²

³
Passio ss.
Laur. &
Hippolyti.

martyris. p: Item, sanctæ Cuneræ virginis. quæ
martyrium consummauit in oppido Renensi. q. Eo-
dem die, commemoratio sancti Ferrutij martyris,
quem Lullus Moguntinus archiepiscopus, motus
berrimis miraculis, in Latantium cœnobium, quod
Bleidenstadt vocant, magno cum honore transtulit.

Fania, depositio beati Dodonis monachi, discipuli
sancti Ursuarii episcopi. Metis ciuitate, sancti Te-
rentij, episcopi & confessoris. g. Die vigesima octa-
ua, sanctorum martyrum Terentij & Neonilis. &
sancti patris Stephani, Sabæ, & poetæ.

¶ q. Parisijs, translatio sanctæ Genouefæ virgi-
nis. Leodij, p. dedicatio basilicæ sancti Lamberti
martyris. Facta est autem hæc dedicatio sexto anno
episcopatus Baldrici* episcopi, à sanctissimo viro Dei
Hereberto, Coloniensi archiepiscopo.

ANNOTATIONES.

- 1 De Simone non nihil habet Isidorus de patribus Te-
stamenti cap. 79. Ado vero in Martyrologio, Quod qui-
dam putant, ait, Simonem Apostolum vnum de duode-
cim, ipsum esse qui sub Traiano crucem passus sit, om-
nino falsum est. Nam & Beda, sanctus presbyter, qui hoc
super Acta Apostolorum sentit, Isidorum ¶ secutus, in libro
retractionum*, se hoc non bene sensisse, reprehendit. Sed &
historia ecclesiastica non de Apostolo, sed de alio Simone
gesta narrat. Lib. 3 cap. 26, Rufini 32. Quidam citat etiam
Abdiam & Dorotheum. quos studiose præmitto.
- 2 De Iuda Thaddæo, Matth. 10, 13 / Ioan. 14 / Iudæi /
Hieronymus de viris illustribus cap. 14 / Isidorus cap. 77 /
Vita Bernardi libro 5 cap. 2 / Quod vero Eusebius refert
de Thaddæo & Abagaro, habet censuram Gelasij & 70
episcoporum, apud Gratianum dist. 15. Pauca in speciali
videtur Spiritus sanctus reliquisse posteritati de Aposto-
lis, magnis Ecclesiæ columnis, vt ea magis admiremur
quæ generatim in eorum laudem dicuntur à Scriptura
sacra, & Patribus,

† de parib.
cap. 79
* in 1. Act.

3 Faronis vitam carmine scripsit Fulcuinus scholasticus Meldensis. Ms. Gemblaci.

4 De Fideli martyre est sermo P. Damiani & hymnus. Sed non potui animaduertere, an de hoc agat martyre Cumenſi, an de alio.

5 Ferrutij passionem conscripsit Meginhardus monachus, ad Adalgerum abbatem. *Si cum hominibus potentibus.*

Quarto Calendas Nouembris, luna 29 Oct. A

19. 30. 11. 22. 3/14. 25 6. 17. 28/ 9. 20. 1. 12. 23/ 4. 15. 26. 8

Herolymis, natalis beati Narcisi episcopi. quem sanctitate, patientia ac fide laudabilem fuisse, historia narrat Ecclesiastica *.

* lib. 6. ca.

Ipso die, apud Sidonem urbem, beati Zenobij presbyteri. † qui sub nouissimæ persecutionis acerbitate, martyrio coronatus est. In

8. 9. 10/

Ruf. 7. 8. 9

† 8 hist. ecc.

cap. 25/ R4-

fini 14.

Lucania prouincia, sanctorum martyrum, Hyacinthi, Quinti, Feliciani, & Lucij. p: Villa

Meldricis, sanctæ Ermelindis virginis. q In castro quod Lensis appellatur, sancti Vulgani episcopi & confessoris. In Gallia, Vienna ciuitate, depositio

sancti Theodarij, abbatis & confessoris. g Die vigesima nona, sancti patris Abramij.

1

q In cænobio Sonégiacas, p eodem die, translatio secunda beati Vincentij confessoris.

In ciuitate Patauiensi, triumphus sanctorum episcoporum, Maximiliani martyris, & Valentini confessoris.

ANNOTATIO. *Si maior congregatio fuerit.*

1 De Abrahamio & Maria nepte eius S. Ephræm Syrus, in vitis patrū alphabeto 18, & tomo 2 Aloysij. item Simeon Metaphrastes to. 2 Suriij. qui eam ex S. Ephræm videtur interdum fusiis, plærunque comprehensius, scripsisse. Est q. hæc historia multo elegantius Latine conuersa, quam illa, cuius auctor fertur sanctus Ephræm.

Tertio Calendas Nouembris, luna 30 Oct. B

30. 1. 12. 23. 4/15. 26. 7. 18. 29/ 10. 21. 2. 13. 24/ 5. 16. 27. 9

Apud

ginis. que
si. q. E.
i martyri.
motus qu.
ium, quod
ranstulit.
bi, discipuli
sancti Te.
esima octa.
nilis. &
ese virgi.
Lamberti
exto anno
o viro Dei
tribus Te.
Quod qui
de duode.
is sit, om.
er, qui hoc
us, in libro
dit. Sed &
io Simone
citāt etiam
mitto.
/ Iuda:
is cap. 77/
bius refert
lasi & 70
in speciali
e Aposto.
miremur
Scriptura
Faronis

A Pud Africam, natalis sanctorum martyrum, numero ducetorum viginti. Civitate Tingitana, passio sancti Marcelli centurionis. qui capitis abscissione martyrium consummavit sub † Agricolano, agente vices praefectorum praetorio. Antiochia, sancti Serapionis episcopi, eruditione clarissimi. *Parisijs, festivitas sancti Lucani martyris. Apud Calarim, Sardiniae provinciae oppidum, natale beati Saturnini martyris. qui sub persecutione Dioclitiani, gladio est truncatus.* 1 Eodem die, sancti Germani, episcopi Capuani, magnae sanctitatis viri. 2 9 Apud Altinum, natalis Theonesti martyris & pontificis. qui Moguntiae fidei rectae praedicationem exorsus est, & Albanum ab Arianis trucidatum vidit. In Dania, sancti Theodgari confessoris. qui verbum vitae praedicando. Horas, Missas, ceteraque officia devote celebrando pro Olauo rege terreno, caelesti regi serviebat. 3 Die

De Zenobij's trigesima, sanctorum martyrum, Zenobij & Zenobia. *Metaph.* 4 9 Xanthis, p translatio sancti Victoris *.

* patroni nostri

ANNOTATIONES.

1 Serapionis meminit Eusebius lib. 5 historiae ecclesiasticae, cap. 18 & 21, Rufini 19 & 22 / lib. 6 cap. 10.

2 De Germano Capuano, Gregorius lib. 2 dialogorum cap. 35 / & lib. 4 cap. 40 / Regino Anno 871 / Paulus diaconus lib. 7 sive 17, rerum Romanarum cap. 2.

Singuli per singula lecta tract.

31 Oct. C

Pridie Calendas Nouembris, Luna

21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 10

Oesta Stephani pp.

Vigilia omnium Sanctorum. Romae, natalis beati Nemesij diaconi, & Lucillae filiae eius. † qui cum à fide Christi flecti nequam possent, iubente Valeriano & Gallieno decoll-

decollati sunt, sub octavo Calendarum Septem-
brium die. Hic autem venerabilior habetur so-
lennitas ipsorum, quando à beato Sixto corpora
eorum via Appia honestius sunt tumulata. In
Gallijs, oppido Viromandensi, sancti Quintini,
qui sub Maximiano imperatore martyriū pas-
sus est. cuius corpus, post annos quinquaginta
quinque, reuelante angelo inuentum est. Fos-
sis, natalis sancti Foillani episcopi. qui de Hibernia
venit ad Vltanum germanum suum, qui Fossensem
regebat ecclesiam. Et in saltu qui rustica lingua Car-
bonarias nuncupatur, martyrizatus est. Cuius vita
virtutibus gloriosis, & miraculis copiosissimis, illu-
stratur. Apud Ratisponam, sancti Vuolfgangi,
episcopi & confessoris. Colonia, sanctæ Noitburgis
virginis. quæ translata quiescit prope Confluentia, in
monte sancti Beati. Itē, sancti Eusebij martyris.
Die trigesima prima, sanctorū Apostolorū, Stachys,
Amplij, & sociorum. & sancti martyris Epimachi.

ante mediū
2 Augusti.

Rom. 16
De Epim.
Metaph.

ANNOTATIONES.

1 De Quintino, ipsius historia / & Turonensis de gloria
martyrum cap. 27.

2 S. Foillani & sociorum martyrium habetur, carmine
ad sanctum Foillanum, extra Rhodium, cuius auctor se
Hillinum vocari tali initio indicat.

His ita literulis libet insinuare notatis

Veraci specie, quo nomine censear ipse,

Si primos apices ex partibus octo retractes.

Ibidem in Nocturnis leguntur Gesta miraculorum sancti
Foillani, quæ idem Hillinus scripsit ad magistrum Sige-
bertum. Passionem carmine scriptam alius postmo-
dum in prosam vertit.

3 Vuolfgangi vitæ historia habetur Ms. per eiusdem
temporis auctorem. *Si quis frater contumax 7r.*

NOVEM.

NOVEMBER HABET
DIES XXX.

x Nou. D

Calendis Nouembris, luna

22. 3. 14. 25. 6/17. 28. 9. 20. 1/12. 23. 4. 15. 26/7. 18. 29.

1



ESTIVITAS beatæ De-
genitricis, & omnium mar-
tyrum. Quam Bonifacius pa-
pa *quartus*, celebrem & gene-
ralem instituit agi, omnibus
annis in vrbe Roma. Sed &

Gregorius pontifex *quartus*, postmodum de-
creuit eandem in honore omnium S A N C T O-
R V M sollemniter obseruari, perpetuo ab omni
ecclesia. Apud castrum Diuionem, sancti

2 Benigni presbyteri. qui missus à beato Poly-
carpo ad prædicandum in Galliam, postquam
est à Terentio Comite grauissime tormentis
multipliciter afflictus, tandem collum eius
veste ferreo tundi, & corpus lancea forati,
iubetur. In Campania, ciuitate Terracina,

3 sanctorum, Cæsarij diaconi, & Iuliani pres-
byteri. Qui Cæsarius, tempore Claudij, diebus
multis in custodia est maceratus, & postea
cum eodem Iuliano in saccum missus, sicque in
mare præcipitatus. Ciuitate Parisijs, depo-

4 sitio beati Marcelli confessoris. qui vt dignus
monstraretur futurus antistes, eius meritis nunc
aqua in vinum, nunc vero mutatur in balla-
mum. Cuius corpus requiescit in alma ecclesia beatæ
Marie virginis. Huius vitam illustrem virtutibus

ac mi-

ac miraculis, Fortunatus episcopus egregie describit. Item, sancti Seuerini monachi, de Tyburtina ciuitate. Et natale sanctæ Mariæ virginis. quæ b cum esset ancilla cuiusdam Tertulli præclari viri, & nollet in natali filij eius prandijs domini sui interesse, sed magis, Christianorum more, ieiunijs operam dare, diris verberibus afflicta, equulei extensione, & vngularum laceratione vexata, martyrium consummauit. Ciuitate Baiocas, sancti Vigoris episcopi. In pago Vuastinensi, sancti Maturini confessoris. cuius corpus honoratur & colitur in territorio Senonensis diæcesis. p In Blandinio, depositio sanctissimi patris * Florberti, primi abbatis nostri cenobij Blandiniensis. q Aruernis, sancti Austremonij, primi Aruernorum episcopi.

¶ Pictauis, translatio sancti Hilarij episcopi, & confessoris. r Eodem die, sancti Cesarij martyris.

In Hispanijs, sancti Ermegaudi, episcopi Vrgellensis.

ANNOTATIONES.

2 Secundum modum culpe.

1 In festum omnium Sanctorum extant sermones aliquot apud Augustinum, & in homiliario Doctorum/ item Bernardi / & recentiorum.

2 De Benigno, Beda in Martyrologio/ Greg. Turon. in laudem martyrum cap. 51/ Gesta Tergeminorum, tomo

1 Surij, pag. 376.

3 De Cesario aliquanto plura habet Beda ex passione Ms.

4 Marcelli episcopi Parisiensis historiam scribit Fortunatus, episcopus Senonensis. Meminit & Gregorius episcopus, de gloria confessorum cap. 89.

5 De Austremonio. Greg. Turonicus lib. 1 historię, cap. 30/ de gloria confessorum similiter cap. 30. Historia Præiecti to. 1 Surij, habet sanctum Præiectum certamina Austremonij luculento conscripsisse stylo,

Quarto

2 Non. E

Quarto Nonas Nouembris, Luna

23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16. 27/8.19.30.12

Commemoratio omnium fidelium defunctorum.
Item, natiuitas sancti Victorini Picta-
uionensis episcopi. qui post multa documenta,

De vir. ill. c. vt sanctus Hieronymus testatur, persecutione
84/ epist. 13 Dioclitiani martyrio coronatus est. Apud
Paulino. Laodiciam, sancti Theodoti episcopi. qui non
De The. Euf. solum verbis, sed rebus & virtutibus, extitit or-
lib. 7. c. vii. natus. Eodem die, sancti Ambrosij, abbatis
De Ambro- monasterij Agaunensis. qui magnis vitæ atque
sio latius sanctitatis virtutibus clarus, beato fine in Do-
Ado. mino quieuit. *† Ipso die, passio beati Iusti marty-*
ris. qui apud Trigestinam ciuitatem coronatus est.

‡ Vienna, sancti Georgij, eiusdem vrbis episcopi
et confessoris †: § Die secunda, sanctorum marty-
rum, Acindymi, Pegasij, Aphthonij, Elpidephori, et
*Anempodisti *.*

¶ 9 Montibus Hannoniæ, p translatio sancte
Vualdedrudis. †s autem frater.

3 Non. F

Tertio Nonas Nouembris, Luna

24.5.16.27.8/19.30.11.22. 3/14.25.6.17.28/9.20.1.13

Rom. 16

Natalis beati Quarti, Apostolorum disci-
puli. Apud Cæsaream Cappadociæ,
sanctorum martyrum, Germani, Theophili,
Cæsarij, & Vitalis. qui sub persecutione Decia-
na optime duxerunt martyrium. Cæsarau-
gustæ, sanctorum innumerabilium martyrum.
qui sub Daciano Hispaniarum præside mirabili-
ter occubuerunt pro Christo. *p Andaino mo-*
nasterio,

nasterio, natale beatissimi Huberti, Tungrensis ecclesie pontificis, & confessoris. Qui beato Lamberto martyri in episcopatu succedens, anno duodecimo sue ordinationis, oraculo diuino admonitus, sacra ossa eiusdem martyris, sedemque episcopatus à Traiecto Leodium, vbi passus fuerat, transtulit. Deinde multis accrescens virtutibus, multos de idololatria ad Christi fidem conuertit, plures demoniacos viuens, plurimos post decessum suum, liberauit. Transijt autem idem pretiosus Domini pontifex, & egregius athleta, tertio Nonas Nouembris, sepultus in ecclesia beati Petri Apostolorum principis. Nonagesimo vero anno translatus est ad Andainum, à Vulcando beatæ memoriæ Leodiensi episcopo, annuente Ludouico imperatore pijsimo. Vbi, quid viuens eius spiritus gesserit, virtutibus innumeris, & gloriosis prodigijs, necnon miraculis assidujs, vsque hodie ad laudem & gloriam Domini mirabiliter attestatur.

^b Eodem die, depositio sancti Pirminij, episcopi & confessoris. ^c In pago Turonico, sancti Aduentij confessoris. Castro Corboilo, depositio beati Guinali, abbatis & confessoris. cuius vita & miracula habentur. In districtu Maeslandiæ, villa Alem, sanctæ Odradæ virginis. Castro Viterbiensium, passio sanctorum martyrum, Valentini presbyteri, & Hilarij diaconi, qui in Tyberim merisi, sed ab Angelo erepti, capitis abscissione martyrium compleuerunt. In Anglia, sanctæ Vuenefride, virginis & martyris. quam Cadocus, filius Alani regis, occidit pro castitate. Glasconia, sancti Benigni, episcopi & confessoris. ^d Die tertia, ^e sancto-

Ee

sancto-

- 4 *Sanctorum martyrum, Acepſimæ, Aithalæ, & Ioseph.*
 ¶ *Encenia diuini templi ſancti magni martyris*
Georgij in Lydia, & depositio ſancti corporis ipſius.
 ¶ *In vico Florinenſi, exceptio corporis ſancti*
Mauri, egregij martyris. Leodij in monte publico,
dedicatio cœnobij ſancti Laurentij. Si quis.

ANNOTATIONES.

- 1 De Huberto. Auctor Legēdæ, quæ in vſu eſt Andaini, ignoratur: ipſum tamen de clientela & diſcipulis ſancti Huberti fuiſſe, non vno in loco eluceſcit. Ionas etiam geſta hæc citans, nomen auctoris ſubtrahit, in hiftoria translationis, quam ſcripſit tempore Vualcandi epiſcopi, qui ſanctum corpus tranſtulit Andainum.
- 2 De Pirminio fundatore Augienſis cœnobij. Catalogus teſtiū veritatis per Eiſengreniū. Vuarmanus comes à Dilingen, epiſcopus Conſtantiensis, vitam ſancti Pirminij, Meldensis epiſcopi, docto volumine proſecutus eſt. Obijt Anno 1034. Eiuſdem vitam ſcripſit Henricus Comes à Calvè, Augienſis abbas, circa annum 1210.
- 3 De Vueneſrida. Catalogus Scriptorum Brytanniæ. Ropertus abbas Salopiensis, aliàs Schrevvisberij, ſcripſit de vita Vueneſridæ virginis, ad Guarinum Vuigornæ abbatem. Claruit An. 1140. Elerius Cambrius, circa annum 660, contexuiſſe creditur vitam ſanctæ Vueneſridæ, quæ vixit in monaſterio quod ipſe extruxit.
- 4 De Acepſima, Ioseph, & alijs, Metaphraſtes. Item de Acepſima & Aithala, lib. 3 tripartitæ cap. 2.

4 Nouem-
bris G

Pridie Nonas Nouembris, Luna

25. 6. 17. 28. 9/20. 1. 12. 23. 4/15. 26. 7. 18. 29/10. 21. 2. 14

- 1 **A** Pud Bononiensem urbem, natalis sanctorum, Agricolæ & Vitalis. quorum posterior prioris seruus fuit antea, nunc conſors & collega martyrij. Denique cum cogereſtur idem à perſecutoribus vt Chriſtum negaret, & ille
 amplius

amplius profiteretur Dominū Iesum Christum, omnium tormentorum genera exercuerunt in eum. Nouissime beatum Agricolam interemerunt, cruci affigentes. Apud Alexandriam, beati Pierij presbyteri. † qui in diuinis Scri-
pturis nobiliter eruditus, vita purissimus, atque ad Christianam philosophiam nudus penitus, & expeditus, doctor ecclesiæ incomparabilis fuit. Qui euit autem Philippi imperatoris tempore. In Gallijs ciuitate * Rotenis, sancti Amantij episcopi, cuius vita sanctitate & miraculis extitit gloriosa. In pago Vilcassino, sancti Clari, presbyteri & martyris. Augustoduni, sancti Proculi martyris. † In Hungaria apud Albam regalem, depositio beati Emerici confessoris, filij sancti regis Stephani. p: Item in Dionanto, sancti Perpetui, episcopi & confessoris q ecclēsiæ Leodiensis. Eodem die, natale sanctæ Perpetue, coniugis beati Petri Apostoli. Iuxta Aquisgranum, in Porceto, transitus sancti Gregorij abbatis. Item Biturigis, depositio sancti Lusoris, pueri & confessoris. qui filius cuiusdam senatoris, fertur in albis migrasse. Scriptum est in libro miraculorum, Gregorij Turonensis episcopi. Eodem die Treuiris, sanctæ Modestæ virginis †. Velantij, depositio sancti Flori, episcopi & confessoris. Cuius episcopatus de ipsis nomine nunc appellatur. Die quarta, sancti martyris Nicandri, episcopi Myreorum. & sancti patris Ioannici magni. Omni sollicitudine.

† Euf. li. 7
cap. vlt.
Hier. de vi.
ill. c. 86.

al. Redo-
nis,

2

Cap. 92 de
gloria conf.
† vita Ger-
trudis lib. 8
cap. 1

De Ioan.
Metaph.

ANNOTATIONES.

† Agricolæ & Vitalis martyrium notat Vyardus ex
Ec 2 Ambroz

Ambrosio de exhortatione ad virgines. De iisdem Greg. Turonensis, de gloria martyrum cap. 43.

2. Perpetuæ meminit Eusebius lib. 3. historiæ ecclesiasticæ cap. 24, 30 Rufini, ex libro 7. Stromatum Clementis Alexandrini.

5 Nou. A

Nonis Nouembris, luna

26.7.18.29.10/21.2.13.24. 5/16. 27.8.19. 30/11. 22. 3.15

Pasio Cæsarij

ZAchariæ prophetæ, patris beati Ioannis Baptistæ. In Tarracina, ciuitate Campaniæ, natalis sanctorum martyrum, Felicis presbyteri, & Eusebij monachi, temporibus Claudij imperatoris. † Qui Eusebius, cum sepelisset sanctos martyres, Iulianum & Cæsarium, & conuerteret multos ad fidem, quos Felix presbyter baptizabat, tenti sunt ambo, & ad forum iudicis ducti, nec superati. Inde carcere reclusi, & nocte eadem, cum sacrificare nollent, decollati sunt. In territorio Aurelianensi, sancti Læti presbyteri. In territorio Lingonensi, monasterio Claræuallis, † sancti Malachiæ episcopi. qui magnis virtutibus tempore suo claruit. q Cuius vitam beatus Bernardus descripsit, miraculis gloriosam.

Eodem die, sancti Fibiij, episcopi Treuerensis.

g Die quinta, sanctorum martyrum, Galactronis

De istis Memoraph.

Epistemes †. Si quis frater frequenter.

ANNOTATIO.

† Malachias Claræuallis obiit 2 die Nouembris, sed propter animarum memoriam, huc transfertur à Cisterciensibus. Vita eius sanctissima Bernardo auctore, & eiusdem de eo Sermo, habentur in tomo operum Bernardi.

Octauo

Octavo Idus Nouembris, luna

6 Nouembris. B

27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.16

Toniza Africae, natalis sancti Felicis. In huius solennitate quendam psalmum beatus Augustinus videtur exponere ad populum. Psal. 107

In Oriente, ciuitate Theopoli, sanctorum decem martyrum. qui sub Saracenis passi leguntur, in gestis sanctorum quadraginta. In Phrygia, sancti Attici. *† Eodem die, sancti Leonardi confessoris, q̄ discipuli sancti Remigij episcopi. qui mira operatur, maxime in captiuis. In territorio Turonico, beati Lupantij confessoris. Apud Bergas, p̄ in territorio, quod vocatur Vorombolt, depositio sancti Vuinoci abbatis, egregij Christi confessoris. cuius vita, virtutibus & miraculis plena, refulsit. Qui in praedicto loco, multo tempore in Dei opere perseuerans, & plurimos in Dei seruitio aggregans, magnisque virtutibus & gloriosis miraculis valde clarus, collectus est ad patres suos, in senectute bona. q̄ Barcinone, natalis sancte Seueri, episcopi & martyris. qui à Gothis clauo in capite est confossus.*

*¶ Cella monasterio, p̄ ipso die, restitutio sancti patris * Gislani. Frater qui proprio.*

nostri

ANNOTATIO.

1 Vuinoci vitelibrum primum scripsit incertus auctor, secundum & tertium composuit venerabilis dominus Drogo, monachus eius loci. Habentur Ms. Bergis sancti Vuinoci. De alio Vuinoco viderur loqui Gregorius Turonensis lib. 4 historiae Francorum cap. 21/ & lib. 8. cap. 34.

Septimo Idus Nouembris, luna

7 Nou. C

28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.17

Ee 3

In Alc-

IN Alexandria, beati Achillæ episcopi. qui in eruditione, fide, conuersatione, & moribus insignis fuit. Apud Perusinam Italiae urbem, natalis sancti Herculani episcopi. cuius corpus post abscisionem capitis, ita vnitum atq; sanum die quadragesimo, vt scribit beatus Gregorius papa, repertum est, ac si nulla hęc incisio ferri tetigisset. Eodem die, beati Amaranti martyris. † qui apud Albigensem urbem, exacto agonis fidelis cursu, sepultus viuit in gloria.

lib. 3 dial.
cap. 13

Turo. de
glor. mar.
cap. 57.

In Frisia, depositio sancti Vuillibrordi episcopi Traiecti inferioris, & confessoris. Cuius actus Beda presbyter in gestis Anglorum describit. Hic à Sergio papa Romæ ordinatus est, & in Germaniam ad prædicandum destinatus: ibi denique requiescit in monasterio Ephternaco, diœcesis Treuiren- sis. ^b Item sancti Ruffi, Metensis vrbis episcopi, & confessoris. qui consentiente Drogone præfule, translatus est in pagum Vuormatiensem, in villam Oterheim, temporibus Lotharij imperatoris, & Ludouici regis. Vbi etiam sanctitas eius multis virtutibus claruit. † Apud Paduam ciuitatem, depositio sancti Prosdocimi, primi episcopi ciuitatis ipsius. Qui à beato Petro Apostolo episcopus ordinatus, ad prædictam ciuitatem Paduam, ad prædicandum Dei verbum missus est. vbi multis prodigijs & virtutibus coruscando, beato sine quieuit. ^q Apud Argentinam, sancti Florentij, episcopi & confessoris. qui Scotorum indigena, in flore adolescentiæ patriam parentesque deseruit, & accitis sibi eiusdem propositi socijs, Arbogasto, Theodato ac Hildulpho, Domino duce fines attigit Alsatia, temporibus Dagoberti, &

lib. 5. c. 12

Arbo-

Arbogasto in cathedra succedens, multis virtutū floribus gloriose refulsit. In territorio Turonico, sancti Baldi confessoris, & archiepiscopi Turonensis. Aruernis, sancti Amadini confessoris. 8 Die septima, sanctorum triginta & trium martyrum, in Melitene †. & sancti patris ac thaumaturgi Lazari, qui exercuit se in monte lacteo.

Hieronis & sociorum. de quibus Metaphrast.

¶ Item depositio sancti Restituti, primi episcopi Tricastrensis, cuius corpus Aurelianus, in monasterio sancti Eurtij, præcipuo colitur honore. Ipso die, sanctæ memoriæ Engelberti, archiepiscopi Agrippinensis Coloniae, & martyris, qui ob defensionem oppressorum feliciter occubuit, anno gratiæ millesimo ducentesimo vigesimo quinto. *Omnis aetas vel intellectus proprias debet &c.*

ANNOTATIONES.

- 1 De Achilla Eusebius lib. 7 hist. cap. vlt / Beda die 25 Nouembris / Tripartita lib. 1. cap. 12.
- 2 De Vuillibrordo. Chronologia monasteriorum Germaniæ. Est Epternaci liber argenteo & auro in puniceo coloris membrana scriptus, continens vitam sancti Vuillibrordi Traiectensis archiepiscopi, primi huius monasticæ cogregationis auctoris & gubernatoris. Hunc edidit Alcuinus versificator eximius prosa & ligata oratione ad Beonradum archiepiscopum Senensem, tertium abbatem Epternacensem, qui decessit anno 796. Est etiã Ultraiecti ac alibi. Sanctus Marcel. in vita Suuiberti cap. 6 Historiam sancti Vuillibrordi conscripsi. Ms. Egmondæ, nisi perierit. Alcuinus in præfatione ad Beonradum. Vnam quoque priori libro superaddidi homiliam, quæ vtinam digna esset tuo venerando ore prædicari. Item adieci sermoni (sive libro) secundo, elegiacum carmen de viro venerabili Vulgiso, patre sanctissimi pontificis Vuillibrordi. Pandectæ vniuersales indicant etiam sancti Vuillibrordi flores, vel laudes, per Radbodum, episcopum. Alibi additur Thietfridus in gestis Treuironum.
- 3 De Prosdocimo, Bernardinus Scardeonius lib. 2 de

E c 4

antiqui

antiquitate vrbs Patauij, classe sexta, Diuus Maximus, secundus episcopus Patauinus, scripsit historiam de vita B. Prosdocimi, quam postea in incendio vrbs perijsse conijcio. Hæc autem, quæ nunc habetur, ab alio postea condita fuisse, ex stylo ipso & dictione cognoscitur.

4 Engelberti actus, passionem, & miracula, tribus libris conscripsit Cæsarius, monachus in valle sancti Petri, ad Heinricum successorem Engelberti in Colonienfi archiepiscopatu. Ms. Non est Canonizatus. Pridie tamē in eius honorem pulsatur, vt in vigilijs Sanctorum.

§ Nou. D

Sexto Idus Nouembris, Luna

29.10.21.2.13/24.5.16.27.8/19.30.11.22.3/14.25.6.18

1 **R**Omæ via Lauicana, passio sanctorum martyrum, Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Castorij, atque Simplicij. Qui ^b cum essent insignes artifices, & in lapidibus marmoreis imagines sculpere super omnes artifices nossent, eo quod falsos deos adorare renuerant, primo in carcerem missi, deinde scorpionibus grauissime sunt cæsi: sed cum à fide Christi mutari non possent, iussi sunt à Dioclitiano in medio mari præcipites dari. Item via Lauicana, natalis quatuor coronatorum, Seueri, Seueriani, Carpophori, & Victorini. qui iubete Dioclitiano ictibus plumbatarum vsque ad mortem cæsi sunt. Horum nomina cum minime potuissent reperiri, quæ Domino reuelante interiectis annis postea ostesa sunt, statutum est, vt anniuersaria dies ipsorum sub nominibus supra dictorum quinque martyrum recoleretur. 1 Item Octaua omnium Sanctorum. 9 Bremæ, depositio sancti Vuillehadi, primi eius vrbs episcopi & confessoris. Virduni, sancti Mauri, episcopi eiusdem ciuitatis, & confessoris.

¶ Die

¶ Die octava, commemoratio archistrategi Michaelis, & reliquarum incorporearum virtutum.

Ambianis, sancti Godefridi, episcopi & confessoris. 2

ANNOTATIONES.

1 De quinque martyribus & quatuor coronatis, latius Beda, & Ado, ex eorum Ms. Gestis.

2 Godefridi vitam tribus libris conscribit Nicolaus Sueffionis ad S. Crispinum monachus, ad Rohardum Decanum Sueffionensem. *Cellarius Monasterij*

Quinto Idus Nouembris, luna 9 Nou. E

30. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 28. 9 / 20. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 19

A Pud Amaseam, ciuitatein Marmaritano-
rum, natalis sancti Theodori martyris. qui
temporibus Maximiani & Maximini impera-
torum, pro confessione Christianæ fidei fortiter
cæsus, ac in carcerem missus, deinde Domino
Saluatore sibi apparante, & monente vt constā-
ter & viriliter ageret, releuatus est: Nouissime
postquam equuleo suspensus, & vngulis est cor-
rosus, ita vt eius interiora nuda apparerent, ar-
dentibus traditur ignibus. Eodem die ciuita-
te Bituricas, sancti Ursini confessoris.* qui Ro-

Er. Turo. de
conf. c. 30

mæ ordinatus à successoribus Apostolorum,
primus eidem vrbi destinatur episcopus. Ro-
mæ dedicatio basilicæ Saluatoris q̄ in palatio Con-
stantini apud Lateranum, à beato papa Siluestro fa-
cta. Eodem die, crucifixio imaginis Domini nostri
Iesu Christi à Iudæis, in Syria ciuitate Beritho.

¶ In pago Atrebatensi, passio sancti Ragnulfi
martyris. q̄ qui positus est in basilica sancti Vedasti.
Viriduni, depositio beati Vitoni, episcopi & confes-
soris eiusdem vrbis. 3 Die nona, sanctorum
Ee 5 marty-

NOVEMBER.

martyrum, Onesiphori & Porphyrij. & sancta ma-
tris Matronæ. Humilitatem ante oia.
 De Matv. in Perge, Me-
 saph.

ANNOTATIONES.

1 De Theodoro in Euchaitis latius Ado, ex ipsius pas-
 sione. quam circumstantes notauerunt / & pæne tota
 impressa est Legendæ parte 2. Item Metaphrastes 17
 Februarij / & apud eum Nectarius Constantinopolita-
 nus episcopus / item 7 Februarij Augarus scriba & in-
 spector martyrij, si modo non sint diuersi Theodori.
 Rursus Zonaras tomo 3, fol. 171. In eundem est etiam
 oratio Gregorij Nysseni.

2 De dedicatione basilicæ Saluatoris, Damasus Pon-
 tificalis cap. 34 / Ordo Romanus ad dedicandam eccle-
 siam habetur pag. 129. Sermo Iuonis de sacramentis de-
 dicationis pag. 478. Item Bernardus, &c

3 De hac crucifixione imaginis Christi, extat libellus
 Athanasij episcopi Alexandrini, inter opera & in Aloy-
 sio, citatus Actione 4 septimæ Synodi.

☾ Nou. F

Quarto Idus Nouembris, Luna

1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 29. 10 / 21. 2. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 20

1 **N**atale sanctorum martyrum, Tryphonis, Re-
 spicij, & Nymphæ virginis. In territo-
 rio Agathensi, sanctorum martyrum, Tiberij,
 Modesti, & Florentiæ, qui tempore Diocla-
 tiani varijs tormentis cruciati, martyrium
 compleuerunt. Antiochiæ, sanctorum De-
 metrii episcopi, Aniani diaconi, Eustolij, &
 2 aliorum viginti. In Britannia, sancti Iusti epi-
 scopi & confessoris. quem illuc Gregorius papa di-
 rexit, cum alijs, ad Euangelij opus. Eodem die,
 sancti Probi, Rhauennatis pontificis, in æde ipsi di-
 cata sepulti. b Aurelianus, depositio sancti * Mo-
 nitoris episcopi.

* r Nota-
 rij

☿ g Die

¶ 8 Die decima, sanctorum Apostolorum Erasti, Rom. 16^a
Olympæ, & sociorum.

Item, sanctæ Theoctistes Lesbiz. *Substantia*. De Theoc.
Metaph.

ANNOTATIONES.

1 De Nympha, hac vel alia, Thomas Fazellus de re-
bus Siculis decadē 1, lib. 8. Panormus maxime insignis
facta est ortu Oliuæ & Nymphæ virginum. Quarum cla-
ra gesta habentur.

2 De Iusto Beda lib. 1 historiæ Anglorum cap. 29/lib.
2 cap. 3. 5. 6. 8. & 18.

Tertio Idus Nouembris, Luna

11 Nou. ☾

2. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 30. 11 / 22. 3. 14. 25. 6 / 17. 28. 9. 21

IN Gallijs, ciuitate Turonis, natalis beati
MA R T I N I, episcopi & confessoris. Cu-
ius vita tantis extitit miraculis gloriosa, vt
trium mortuorum meruerit esse suscitator.
*Huius vitam Sulpitius manifeste luculento ser-
mone descripsit: nec non & Gregorius eiusdem vrbis
episcopus, in miraculorum libris plenissime disseruit.*

In Scythia, metropoli Phrygię Salutarie, pas-
sio sancti Mennæ martyris. qui persecutione
Dioclitiani, postquam meruit cælesti regi
secreta conuersatione in eremo militare, pro-
cedens ad publicum, ac se Christianum libera
voce declarans, primo diris cruciatibus ex-
aminatur, nouissime fixis genibus, & Do-
mino Iesu Christo gratias agens, gladio cæsus
est. Item Lugduni, sancti Verani episco-
pi, cuius vita, fidei & virtutum meritis illu-
stris fuit. *Apud Namurcum ꝑ in Malonia, san-
cti Bertuini, episcopi & confessoris. ꝑ qui de Hiber-
nia insula veniens in saltum qui vulgo appellatur
Martii*

Marlignia, condidit oratorium in supra dicta villa Malonia, super Sambram, in honorem semper virginis Mariæ. Ibidem Deo militans, cursum suum feliciter impleuit. & Die undecima, sanctæ martyris Stephanidis. & sancti, patris & confessoris

Zonaras 10. Theodori Studitæ †. Precipue hoc vitium.

3. pag. 102.
99.

ANNOTATIONES.

1 De Martino. Gregorius Turonensis initio librorum de miraculis Martini. Multi sunt qui virtutes sancti Martini, vel siante versu, vel stylo profaico conscripserunt. De quibus primus ille Seuerus Sulpitius, cui tantus feruor amoris fuit in sanctum Dei, vt eo adhuc degente in seculo, vnum librum de mirabilibus vitæ eius scriberet: exinde post transitum beati viri, duos libros scripsit, quos dialogos voluit vocitari. Paulinus quoque Nolane vrbis episcopus, post scriptos de virtutibus eius, quas Seuerus complexus est, quinque. libros, illa comprehendit miracula, accepto à sancto Perpetuo de his indiculo, quæ post eius transitum gesta sunt, id est, in sexto operis librò. Sed & Fortunatus presbyter omne opus vitæ eius, in quatuor libris versu conscripsit. His nos illecti, etsi imperiti, tentabimus aliqua de virtutibus beatissimi viri post eius obitum, quantum inuenire possumus, memoriæ replicare. Hæc Gregorius. Cuius libros, & Fortunati de Martino, habet Aloysius tomo 3. Conscripserunt & posteriores nonnulla de sancto Martino, vt sanctus Odo, primus abbas Cluniacensis, impressus Parisijs cum Seuero Anno 1511. & Herbernus ex abbate Maioris monasterij episcopus Turonensis / Richerius abbas sancti Martini iuxta Metim / Guibertus abbas Gemblacensis, &c. Ms. Louanij ad S. Martinum. Inter Gracos de eo Sozomenes li. 3. cap. 13 / Niceph. li. 9. cap. 16

2 De Menna plenius Beda, & Ado, item Metaphrastes to. 7 Aloysij, & apud eundem Metaphrastem, Theodorus episcopus Alexandrinus.

Pridie Idus Nouembris, luna

12 Nou. A

3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 26. 7 / 18. 29. 10. 22
Natalis

Natalis beati Martini papæ. qui ob Catho-
 licam fidem ab imperatore Constantio
 hæretico de ecclesia captus, ac perductus Con-
 stantinopolim, relegatus apud Chersonam Ly-
 ciæ prouinciæ, ibidem vitam finiuit, multis in
 eodem loco virtutum signis vsque hodie reful-
 gens. Apud prouinciam Tarraconensem,
 ciuitate Tirassona, beati Æmiliani, presbyteri
 & confessoris. Cuius admirabilem vitam Brau-
 lio Cæsaraugustanus episcopus simplici sermo-
 ne descripsit. In territorio Senonico, sancti
 Paterni martyris. Ciuitate Agrippinensi, de-
 positio sancti Cuniberti episcopi. Castello
 Mileduno, sancti Leonij confessoris. *p In por-*
tu Gandensi, depositio sancti Liuini, episcopi &
martyris. q Eodem die apud Iselam fluumium, op-
pido Dauentriæ, sancti Lebuini, presbyteri & con-
fessoris. Item sancti Renati, episcopi Andegauen-
sis, & confessoris. b Vienna, sancti Isicij episco-
pi †.

¶ Item beatæ Craphaildis, & Brixij pueri, martyrum
 cum sancto Liuino. quorum corpora Gandau habentur
 in tumbis portabilibus. Pragæ, natalis quinque eremi-
 tarum. † qui martyrium pertulerunt in solitudine ma-
 ioris Poloniæ, vbi nunc est Cazimiria oppidum.

Ado annis
452. 564

Cromerus
lib. 3 historiae

Polonorum

ANNOTATIONES. *Sicut scriptum est.*

- 1 De Martino papa, Pontificale cap. 76 / Ado Viennensis An. 641.
- 2 Æmiliani historiam per Braulionem, puto in Hispanijs haberi. Sic enim habet lectio 1 in sanctuario Burgen-
 si. Æmiliani oratione fauente, & conatus nostros adiu-
 uante, sumamus exordium qualis extitit à vicesimo fere
 ætatis suæ anno. Venerabilis namq. * Citonatus sanctæ
 purissimæque vitæ, Suffronius & Gerontius presbyteri,
 quibus

quibus non modicam fidem habet ecclesia, nobis quae ipsi viderunt, fideli ratione narrarunt.

3 Leonij miracula diligenter collegit quidam Galterius, ad dominos & fratres sancti Petri, iuxta castellum Miledunum, Ms.

4 De Liuiino Meierus in Commentarijs Flandriae anno 633. Scripsit, vt tradunt, Liuini eminentissimi martyris vitam Bonifacius episcopus Moguntiacensis. Ms. Metro eius passionem scripserunt Henricus Lacijs Latinus, rogatu Letteri / & Aegidius Houcarius presbyter, quem Ascensius impressit Anno 11.

5 Lebuini historiam conscripsit Hugbaldus monachus sancti Amandi, siue Elnonensis, ad Baldricum episcopum Traiectensem. Eiusdem vitam laudauit sanctus Radbodus encomiastica oratione, & carmine. Ms. Vltraiecti.

13 Nou. B

Idibus Nouembris, luna

4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2 13 / 24. 5. 16. 27. 8 / 19. 1. 11. 23

RAuennae, natalis sanctorum martyrum, Valentini, Solutoris, & Victoris. In

1 prouincia, apud ciuitatem Aquis, beati Mitrij clarissimi martyris. In Africa, sanctorum

martyrum, † Arcadij, Paschasij, Probi, & Eutychiani. qui cum in Arianam fidem nullatenus declinari paterentur, primum proscripti,

deinde in exilium acti, atque atrocissimis supplicijs excruciat, postremo diuersis mortibus interempti sunt. ^b Puer autem Paulillus fustibus

caesus, & ad infimam seruitutem damnatus est: ideo vt apparet non occisus, vt de superata saeuitia inimici etiam illa aetas gloriaretur. Turonis, san-

2 cti Brictij, episcopi & confessoris. Parisijs, transitus sancti Gendulphi episcopi, a beato Sixto ordinati. cuius iussu mortuum gentilis suscitauit filium. Eius caput requiescit in magna ecclesia beatae Mariae virginis, Parisijs. Ar-

uennis,

Decin

5. 16. 27

Prosper in
Chron. An.
443

vernus, depositio sancti Quintiani, episcopi & 8
confessoris. Albinaci, in territorio Atreba-
tensi, sancti Kiliani, episcopi & confessoris.

In pago Cameracensi, p natale sanctæ Maxel-
lendis, virginis & martyris. x In Italia, ciui-
tate Cremona, sancti Homoboni, cuius sancti- 4
tas crebris claret miraculis. Ciuitate Toletu,
sancti Eugenij, episcopi & confessoris.

¶ q Placentiæ, reuolutio sancti Antonini marty-
ris. Malbodio monasterio, trãslatio sanctæ Aldegū-
dis virginis. P In monasterio dicto Sithiu, eleuatio
prima, & translatio corporis sancti Folquini, Morino-
rum episcopi, anno nongentesimo vigesimo octauo.

In Palæstina, sanctorum martyrum, Antonij presby-
teri, Zebinæ, & Germani †. quos Firmilianus præses De hi 4.
vitro se offerentes, absque vilo alio supplicij genere, ca- Euf. li. 8. c.
pite multandos tradidit. Eodem die, sanctæ Ennathæ 19 noua vey-
† virginis. quæ ad eundem iudicem tracta, post graues sioyis.
cruciatu, igne concrematur. Fratres sic sibi inimicem.

ANNOTATIONES.

1 De Mitria, Aquis confessore, scribit Gr. Turonensis,
de gloria confess. cap. 71.

2 De Bristio; Seuerus lib. 3 dial. / Fortunatus sub finem
lib. 4 vitæ Martini / Greg. Turon. lib. 2 hist. Francorum
cap. 1, & lib. 10 cap. 31 / Ecclesia Turonensis epist. 2 ad Phi-
lippum Coloniensem episcopum, cap. 8.

3 De Quintiano. Greg. Turonensis lib. 2 historiæ Fran-
corum cap. 36. Tam insidiæ, quas pertulit sanctus Quia-
tianus, quam illa quæ per eum Dominus operari digna-
tus est, scripta sunt in libro vitæ eius. Hoc est, capite
quarto de vita patrum, eodem auctore.

4 Homobono siue Homini bono hymnū scripsit Hie-
ronymus Vida Cremonensis. Historia est Cremonæ typis
excusa, cuius stylum mutarunt Canonici Cremonenses.

Decimo octauo Calendas Decembris, luna 14 Nou. C

3. 16. 27. 8. 19 / 30. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 28. 9 / 20. 2. 12. 24
Apud

A pud Thraciam, ciuitate Heracléa, natalis sanctorum martyrum, Clementini, Theodoti, & Philomini. Alexandriae, sancti Serapionis. † quem persecutores, sub Decio principe, crudelissimis affecerunt supplicijs, ita ut omnes ei iuncturas membrorum prius soluentes, de superioribus eum præcipitarent. ac sic Christi martyr * efficitur. *Apud Rothomagum, beati Laurentij, Dublinensis episcopi, & confessoris.*

3. Dio. Alex.
6 hist eccl. c.
34/ Rufini
31.
al. effice-
retur

Septimarij aut. ANNOTATIO.

1 Laurentius Hyberniæ primas, canonizatus est ab Honorio. Eius vitam scripsit Anonymus, qui se præfatu sancto Augensi collegio fraterna societate coniunctum.

15 Nou. D Decimo septimo Calendas Decembris, Luna

6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.3.13.25

A pud Nolam Campaniæ urbem, beati Felicis episcopi. qui à quinto decimo ætatis suæ anno, miraculorum gloria illustris fuit, & sub Martiano præside, cum alijs triginta, martyrium compleuit. Ipso die, sancti Eugenij, Archiepiscopi & martyris Toletanæ sedis. qui à beato Dionysio ordinatus, & directus fuit ad prædicandum Trinitatem sanctam gentibus: & apud

al. Parisia-
censem

Pariensem pagum consummato martyrij cursu, beatæ passionis coronam percepit à Domino. Cuius corpus modo quiescit Bronias, in pago Lomacensi. Ipso die Santonas ciuitate, depositio sancti

* Machu-
ti

2 Maclou, episcopi, & confessoris, qui in Britanniæ urbe Alethis. qui à primæuo ætatis tirocinio, innumerabilibus miraculis splendide emicuit. Argenti-
nae, sancti Amandi, episcopi & confessoris. Eodem die, beati

die, beati Iuniani confessoris. quem beatus Remigius
baptismate lauit. In Austria, sancti Leopoldi eius- 3
dem prouinciæ Marchionis, & confessoris eximij,
quem Innocentius octauus Sanctorum numero ascri-
psit. 9 Die decima quinta, sanctorum martyrum,
& confessorum, Guricæ, Samonæ & Abibi. 4

¶ Coloniae obiit Albertus Magnus, episcopus Ratif-
ponensis, vita & eruditione in Ordine Prædicatorum 5
clarissimus. Cuius merita & gloriam Dominus per mi-
racula multa declarauit. *Infirmorum cura ante omnia.*

ANNOTATIONES.

1 De Eugenij translatione, habet vita sancti Gerar-
di, ad Gonterum abbatem Bronij, capp. 11. 12. 13 & 14.
Quo postremo capite scribitur in plenaria synodo Ste-
phani Leodiensis episcopi, procurante beato Gerardo,
lectam fuisse passionem martyris, vt episcopali auctori-
tate roboraretur: communique consilio totius cleri de-
cretum fuisse, vt & martyr digna cum veneratione cola-
tur, & eius passio rata acceptabilisque, in ecclesia deinceps recitetur. Hæc autem ad Bronium translatio in-
telligenda est de portione corporis & reliquiarum eius:
nam altera portio corporis ex æde sancti Dionysij delata
est ex Gallijs Toletum, anno millesimo quingentesimo
sexagesimo quinto: magnifico sane spectaculorum ap-
paratu, in quo Catholicus Rex Hispaniarum Philippus
secundus, sanctum corpus proprijs humeris ad antiquam
sedem deferebat.

2 Maclouij historiam scribit Capitibus 27 Sigeber-
tus Gemblacensis, ad Thietmarum abbatem. in qua scri-
bit vitam pijsissimi confessoris Christi Maclouij, qui etiam
Machutes dictus est, diligenter, quantum ad veritatem
historiæ attinet, antiquorum stylo fuisse exaratam: eius-
que corpus, siue reliquias, Gemblaci haberi.

3 De Leopoldo ex epitome Bibliothecæ. Francisci Pa-
tau i. C. atque aduocati consistorialis, oratio de laudi-
bus diui Leopoldi, habita Anno Domini 1484, sedente
Ff Innocen-

léa, natali
ini, Theo
sancti Sera
cio princi
ijs, ita vt
us soluen
ent. ac sic
thomagum,
confessoris.
zatus est ab
i se præfatu
oniunctum.
ris, luna
/ 21. 3. 13. 23
beati Fe
mo ætatis
is fuit, &
nta, mar
i Eugenij,
dis. qui
uit ad præ
& apud
yrij cursu,
Domino.
go Loma
rio sancti
Britannia,
nio, innu
Argenti
Eodem
die, beati

Ianocentio octauo, Frederico tertio Imper. suadente, impressa est in Italia quatern. tribus.

4 Guria, Samonis, & Abibi, martyrium, describitur Arethas & Metaphrastes, tomis Aloysij, 3 & 5.

5 Alberti magni vitam tribus libellis scripsit Rodolphus de Nouimago, Coloniae impressus An. 1490. quod Capitulum approbavit. Item Ioannes Antonius Flaminus Forocorneliensis, lib. 3 de viris illustribus Ordinis Prædicatorum.

16 Nou. E Decimo sexto Calendas Decembris, Luna 7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.4.14.25

1 **L**vgduni, natalis sancti Eucherij, episcopi & confessoris. qui ex nobilissimo senatorum ordine ad religiosam vitam habitumque conuersus, diu inter septa speluncae sponte clausus, Christo seruiuit: deinde apud præfatam urbem, *a cum, vniuersa ecclesia, defuncto Pontifice Lugdunensi, iuxta morem antiquitus à se obseruatum, triduanis ieiunijs & obsecrationibus, qui gubernationem eiusdem ecclesie suscipere deberet, postposceret à Domino reuelari, reuelante angelo in pontificali cathedra solenniter collocatus est.*

1 In Africa, sanctorum martyrum, Rufini, Marci, & Valerij. Eodem die, sancti Fidentij, episcopi & confessoris, tertij episcopi Paduani. 9 In territorio Antisiodorensi, monasterio Pontiniacensi,

2 *depositio sancti Edmundi, Cantuariensis episcopi, & confessoris. Apud Viennam, depositio sancti Leoniani abbatis. qui fuit germanus Aniani episcopi.*

3 *In Vuestphalia, depositio beati Vualdgeri confessoris, fundatoris ecclesie nostrae Domine in Heruordia. In Alemannia b depositio sancti Othmari abbatis. In Capua, natalis sancti Augustini.*

4 *¶ In Scotia, sanctae Margaretae reginae. ANNO. Licet ipsa natura humana.*

ANNOTATIONES.

1 De Eucherio plura Ado in Martyrologio/S. Mamer-
tus lib. 2 de statu animæ cap. 9 / Sixtus in bibliotheca
lib.2.

2 De Edmundo ex catalogo Brytann. Robertus Ri-
chius Abindonensis scripsit vitam fratris sui Eadmundi,
quem Innocentius quartus canonizavit / de translatione
eiusdem. Robertus Baconus sacræ Theologiæ profes-
sor, scripsit etiam vitam Eadmundi præceptoris sui / obiit
anno 1248. Vincentius citat gesta lib. 31 Speculi cap. 67
& sequentibus.

3 De Othmaro. Gaspar Bruschius de monasterijs Ger-
maniæ. Vualafrius, cognomento Strabo, à vitio oculo-
rum, abbas diuitis Augiæ, duobus libris scripsit vitas san-
ctorum Galli & Othmari Sangallensium abbatum, à
Gosberto abbate Sangallensi rogatus. Obiit Vualafrius
anno 840, vt scribit Hermannus Contractus Sangal-
lensis.

4 De Margareta. Historia sancti Ealredi, abbatis Rhie-
uallis. Scripsit (Ealredus) vitam D. Eduardi regis & con-
fessoris, vitam Dauid regis Scotiæ, vitam sanctæ Marga-
retæ reginæ Scotiæ. Hector Deidonatus lib. 12 historiæ
Scotorum. Turgotus Prior Dunelmensis, & post ali-
quantulum temporis sancti Andreæ factus episcopus, vi-
tam D. Margaritæ & Malcolmi regis, conscripsit, verna-
cula quidam lingua, sed non minori elegantia, quam pie-
tate, veritateque, vt qui illis familiarissimus, dum viu-
erent, fuerit, optimusq. testis vtriq. suarum virtutum
extiterit. Compendium ponit Surius 10 Iunii, tomo 3.

Decimo quinto Calendas Decembris, luna 17 Nou. F

8. 10. 30. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 5. 15. 27

A Pud Neocesaream Ponti, natalis beati

Gregorij, episcopi & † cōfessoris. qui ma-
gna signorū ac miraculorū gloriapreditus, inter
cætera iurgantibus duobus fratribus de quodam sta-
gno, facta oratione aquâ lacum subduxit, & pacem
ipsis diuino nutu restituit, & virentem campum

al. marty-
ris
Rufinus 7
hist. eccles. 6.
25

Ff 2 germanis

germanis concordibus dereliquit. sed & quodam tempore, vt ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precibus mouit. Apud Alexandriam, beati Dionysij episcopi. Hic in multis confessionibus sæpe satis clarus, & pro passionum, * tormentorumque diuersitate, magnificus existens, quieuit Valeriani & Gallieni imperatorum temporibus. Ciuitate Corduba, passio sanctorum martyrum, Asciscii & Victoriaræ. vbi ob commendationem pretiosæ mortis eorum, eodem die rosæ ortæ diuinitus colliguntur. Aurelianus, sancti Aniani, episcopi & confessoris. cuius mortem in conspectu Domini pretiosam crebra miracula testantur. In Britannijs, ciuitate Lincolnensi, beati Hugonis, episcopi & confessoris. In Nicomedia, sancti Ammonis. Item Turonis, sancti Gregorij, archiepiscopi & confessoris, miraculorum libri factoris. Ipso die, apud Churiam, sancti Florini.

lib. 8. hist.
eccl. c. 12
Eusebij, noue
uæ versionis.

¶ In Palæstina, natalis sanctorum, Alphæi & Zachariæ qui post verbera, & nouacula, post diuersas in tormentis quæstiones, post pedes dies noctesque compedibus ligneis quatuor foraminum interuallo interpolitos, distentos, distractosque, capitibus abscissis ex hac luce discedunt. *Mensis fratrum edentium.*

ANNOTATIONES.

1 De Gregorio thaumaturgo, Suidas; Gregorius Nyssenus episcopus, scripsit vitam Gregorij qui miraculis claruit. Habetur inter opera. De eodem Nicephorus lib. vnico An. 499/ Socrates lib. 4. cap. 22/ Alanus Copus dialogo 1 cap. 2. Vsuardus cum martyrem nominat, Ruffinum secutus. sed nec nouum est, nec singulare, cum martyrem nuncupare, qui in fidei confessione multa passus sit.

2 De Dio-

2 De Dionysio Alexandrino episcopo, Eusebius lib. 6 hist. eccles. à cap. 33 vsq. ad 11 septimi libri: & à capite 15 deinceps vsq. ad 22. Hoc est, in Rufino lib. 6 cap. 30 vsq. ad cap. 11 libri sequentis, & deinceps cap. 19 vsque ad 25.

3 De Aniano, Gregorius Turonensis lib. 2 historiae Francorum cap. 7. Aniani, eximia prudentiae & sanctitatis viri, virtutum gesta nobiscum fideliter retinentur. De eodem Sidonius lib. 8 epist. penultima.

4 De Hugonis Carthusiani vita duo Scriptores nominantur in Catalogo Brytannico: Silvester Giraldus Cambrensis, qui claruit Anno 1210 / & Adamus Carthusianus Doctor Theologus, qui claruisse fertur An. 1340. Magna legenda Hugonis libris quinq. Ms. incipit, Dominis & amicis in Christo charissimis, Q. Priori, & qui cum eo sunt, Vuithauniensibus monachis, minimus frater A. Et infra, Quæ de beatissimo Hugone Lincolnensi præfule vidi, audiui, & certius cognoui, ad subsidium memoriae aliqua seculis tradam. Horum librorum compendium passim habetur apud Carthusianos. Petrus Sutor de vita Carthusiana lib. 2 cap. 5. Admirabilis viri gesta continentur passimq. habentur, præsertim in eo opere quod archidiaconus Lincolnensis de sanctis mirandisque actibus, ac miraculis eius, conscripsit.

5 Gregorij Turonensis archiepiscopi vitam conscripserunt Clerici Turonenses, tomo 3 Aloysij. Cuius breuiarium præponitur historiae Francorum, in 8 excusæ.

Decimo quarto Calendas Decembris, Luna 18 Nou. ☾

9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2. 13 / 24. 6. 16. 28

A Pud Antiochiam, natalis sancti Romani. **1**
 qui tempore Dioclitiani, cum quidam præfectus ecclesiam irrumpere *vellet*, eamque funditus conaretur euertere, cæteros Christianos hortatus est, vt ei contradicerent. Vnde vna cum puerulo, nomine Barula, celebri martyrio

Ff 3

martyrio

1 martyrio coronatus est. Item in eadem vrbe, sancti Esichij. qui cum esset miles, & præceptum audisset, vt quisquis non sacrificaret idolis, cingulum militiæ deponeret, repente cingulum soluit. ob quam causam ligato in dextera eius saxo ingenti, in fluuium præcipitari iussus est. *Romæ, dedicatio basilicarum Apostolorum, Petri & Pauli.*

2 *lorum, Petri & Pauli. Item, transitus beati Odonis abbatis. Eodem die, sancti Fridiani, episcopi & confessoris. q Apud Confluentiam, sancti Florini confessoris. Apud Constantias inferioris Normanniæ, beati Rumpharij præfatæ vrbis episcopi, & confessoris. Ipso die, beati Oricoli martyris, sociorumque eius, qui sub Vuandalica persecutione passi sunt. Parisijs, natalis sanctæ Audæ. Item in Gallijs, sancti Momboli abbatis.*

¶ *Antistodori, dedicatio basilicæ sancti Germani cum superioribus cryptis.*

Vita Honorati. 3 c. 19. Insula Lyrino, sancti Anselmi abbatis. †

Sufficere credimus.

ANNOTATIONES.

1 Romani, Baralæ & Esichij, martyrium, extat Ms. De Romano quoq. fuse tractant Eusebius lib. 8. cap. 12 integræ versionis / Ioannes Chrysostomus apud Metaphrastem tomo 5 Aloysij / Prudentius peri stephanon hymno 10 / & Eusebius Emisenus. qui inscribitur, homilia 51.

2 Odonis vita, Ms. Villariæ, incipit, Dominis & in Christo fratribus dilectissimis, Salerniensibus, seruus Christi Ioannes. Godscalcum discipulum de eius vita nondum vidi, quem tamen in Carthusia Antuerpiensi fuisse index edocet, qui ex vastatione Liræ superest.

19 Nou. A Decimo tertio Calendas Decembris, luna 10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 1. 11. 22. 3. 14 / 25. 7. 17. 29
Romæ,

Romæ, natale beati Pontiani papæ. qui Ma-
ximino aduersus ecclesiarum sacerdotes
persecutionem commouente, cum * Philippo Hyppo-
presbytero, Sardiniam deportatus, ibique fu-
lyto
stibus mactatus, martyrium consummauit.
Corpus vero eius a beato Fabiano papa rela-
tum, atque in cœmeterio Calixti sepultum est.

Eodem die, in oppido Alemanniæ, nomine Mar-
burg, depositio sanctæ Elisabeth, Andreæ regis Hun-
garorum filia. q. Hæc construxit xenodochium, vbi
vidua pedes lauabat pauperum, manibus proprijs ab-
stergens saniem abominabilium infirmorum. Ro-
mæ via Appia, natalis sancti Maximi, presbyte-
ri & martyris. qui persecutione Maximiani pas-
sus, positus est ad sanctum Sixtū. Eodē die, beati
Crispini episcopi. qui in ciuitate Astiagensi, ca-
pitate amputato, martyrij gloriam adeptus est.

Apud Viennam, sanctorum, Seuerini, Exu-
perij, & Feliciani. quorum corpora, post mul-
ta annorum curricula ipsis reuelantibus inuen-
ta, & à pontifice vrbis, clero, populoque, hono-
rifice sublata, ac condigno honore condita sunt.

Item, Fausti diaconi. * hic grandæuus & ple-
nus dierum confessor perdurans, perfecto mar-
tyrio capitis obruncatione consummatus est.

In territorio Aruernensi, sancti Patrocli, confes-
soris egregij. Item sancti Gelasij papæ. qui sedit in
Pontificatu annos quatuor. g. Die decima nona,
sancti martyris Barlaam. Vnusquisque proprium.

ANNOTATIONES.

1 De Pontiano papa, Pontificale cap. 19/ & Mancinellus sermonum lib. 5. titulo 6.

ff 4 2 De

2 De Elisabeth. Examinationem vitæ & miraculo-
rum eius scribunt ad sanctissimum papam Gregorium
Sifridus episcopus Moguntinus, Remundus abbas E-
berbacensis, & Magister Conradus. Extant & alia de pro-
cessu & ordine. Canonizationis. Ms. in Viridi valle.
Epitomen vitæ scripsit Theodoricus de Turingia, Ordini
Prædicatorum, ex libris magistri Conradi, conciona-
toris sanctæ Elisabeth. De eiusdem vita excudit Cerui-
cornus Iacobum Montanum Spirenses, Coloniae An. 21.

3 De Maximo, consule Pamelium in Cypriani episto-
lam 16, 44, 46 & 50. Forte de eodem Gesta Anthimi mar-
tyris, 11 Maij.

4 De Patrolo. Gr. Turon. lib. 5 historiae Francorum
cap. 10. Fuit in Biturico termino reclausus, nomine Pa-
troclus, presbyterij honore præditus, miræ sanctitatis ac
religionis. de cuius vita libellum scripsimus. Libellum,
siue caput, nonum de vita patrum.

5 Barlaam martyre celebrat Basilius magnus, homilia 18.

20 Non. B

Duodecimo Calendas Decembris, Luna

11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 2. 12. 23. 4. 15 / 26. 8. 18. 30

C Abilone, sancti Siluestri, episcopi & con-
fessoris. † Hic quadragesimo secundo an-
no sacerdotij sui, plenus dierum atque virtu-
rum, migrauit ad Dominum. Apud Siciliam,
ciuitate Messana, sanctorum, Ampelij & Caij.

Greg. Turo.
de glo. conf.
cap. 85

- 1 Ipso die, ciuitate Taurinis, Octauij, Solutori-
ris, & Aduentoris. In Anglia, sancti Eadmundi
regis & martyris. Item festiuitas beati Raphaelis
archangeli. Mediolani, Benigni episcopi, & con-
fessoris. Ciuitate Hildeshemensis, sancti Bertualdi,
episcopi & confessoris. qui tempore Othonis tertij,
præfatam ecclesiam verbo pascens & exemplo, mira-
culis clarus quieuit. 3 Die vigesima, sancti pa-
tris Procli, archiepiscopi Constantinopolis. & san-
cti Gregorij Decapolitæ.

Tobiae 3 &
seq.

¶ *præfestum introitus in templum sanctissimæ Deiparæ. q̄ Ambianis, inuentio & translatio gloriosorum corporum sanctorum confessorum, Vuarlesij & Luxoris.*

Cæsareæ Palæstinæ, natalis sancti Agapij. qui in die natali Maximini tyranni, cum homicida in stadium raptus, cum homicidam, domini sui interfectorem, ad similitudinem Barrabæ liberari vidisset, ipse vrsus datur deorandus: deinde adhuc superstes, in mare demergitur.

*De Agap.
Eus. li. 8 hist.
cap. 16 & 13
plene versionis.*

ANNOTATIONES.

1 De Octauio & collegis, est sermo Ambrosij 77/ aut sancti Maximi episcopi Taurinensis.

2 De Eadmundo ex Catalogo Brytanniæ. Abbo Floriacensis abbas, qui per multa Anglorum cœnobia publicas scholas aperuit, præcipiēte Dunstano archiepiscopo, scripsit vitam Eadmundi martyris, libris duobus Ms. Coloniae, cum Officio & cantu. Confossus est hic Abbo lancea anno 1004. eiusque vitam ad Heruæum scripsit Haymo Eboracensis. Osbertus de Stoke Clare scripsit miracula martyris Eadmundi. Cl. An. 1136.

3 De Bertualdo. Crantzius lib. 3 metropolis cap. 49. Scripta sunt de eius vita non contemnenda miracula, quæ apud ecclesiam conseruantur. *A sancto pascha.*

Vndecimo Calendas Decembris, luna 21 Nou. C

12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 3. 13. 24. 5. 16 / 27. 9. 19. 1. 1

Hierosolymis, presentatio beatæ Dei genitricis virginis Mariæ in templo. q̄ quam Pius & Paulus pontifices Romani cum indulgentijs instituerunt. Item, natalis beatissimi Rufi. de quo Apostolus Paulus ad Romanos scribit. In Italia, monasterio Bobio, depositio sancti Columbanii abbatis. qui multorum cœnobiorum fundator, & innumerabilium pater exstitit monachorum,

Ff 5 chorum,

chorum, multisque virtutibus clarus, quie-
nit in senectute bona. Item in Histria, pas-
sio sancti Mauri martyris. *Laudimo elanato,
transitus sancti Autbodi.*

¶ Ipso die, apud ciuitatem Remensem, vir miræ san-
ctitatis Albertus episcopus Leodiensis, frater Henrici
magni Lotharingæ ac Brabantia Ducis, ob custodiam
ecclesiasticæ libertatis, de mandato Henrici imperatoris
interemptus, occubuit. *Omni tempore.*

ANNOTATIONES.

- 1 Præsentationis festum in orientali ecclesia iam pri-
dè celebrissimum fuit. vnde de eo orationes extant
apud Metaphrastem, Germani episcopi Constantinopo-
lis/Gregorij Nicomediensis/& Gr. Nysseni. Inde in Gal-
licanis ecclesijs receptum est, ex deuotione potissimum
Caroli V. Francorum regis, vt testatur epistola eius data
ad Nicolaum Antisiodor. episcopum, anno 1375. Rur-
sus, à Saxonibus. De quo Bulla Pauli, Legendæ parte 2.
- 2 Columbanus vita extat fere integra tomo 3 Bedæ, vbi
manifesto errore ei ascribitur, cum constet Ionam eius-
dem temporis scriptorem, eam scripsisse. Hoc enim
inter alia, liquet ex præfatione Ionæ, quæ in tomis Bedæ
abest, & ex Sigeberto de viris illustribus cap. 61. De eo-
dem pulchre in hæc verba scripsit auctor historiarum sancti
Vualerici. Si quis plenius scire voluerit, qualis & quantus
in virtutibus miraculorum beatus Columbanus ex-
titerit, vel in scientia, & doctrina diuinarum, humanarumque
scripturarum, aut præfatio futurorum: sed
& quot, & quales gentes, ad fidem acquisierit, mona-
steria vtriusque sexus construxerit, & in dictandi periti-
tia, vel exponendi, qualis fuerit, facillime hoc poterit
inuenire, si opuscula perquirat, quæ eruditus discipu-
lorum discipulus Ionas abbas, vir magnus, eloquentiæ
plenus & dictandi peritus, polito & limato satis sermo-
ne, de vita ipsius composuit.

22 Nou. D

Decimo Calendas Decembris, Luna

13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 1. 11. 22 / 4. 14. 25. 6. 17 / 28. 10. 20. 2

Roma,

Romæ, natalis sanctæ Cæciliæ virginis. ¹
 quæ sponsum suum Valerianum, & fratrem eius Tiburtium ad credendum Christum, ac martyrium perdocuit, & ipsa deinde ¹ *post eorum martyrium, ab Almachio* martyrizata est, ignem quidem superans, sed ferro occisa. Passa est autem Marci Aurelij *Alexandri* temporibus.

Item Romæ, sancti Mauri martyris. qui sub Celerino præfecto agonizavit, Augustoduni, sancti Pragmatij episcopi. *Ad heram divini officij.*

ANNOTATIO.

¹ Cæciliæ gesta, Notarij diligenter confecerunt. è quibus sua desumpsit Simeon Metaphrastes. Expunxi autem Visuardi verba (& Commodi imperatorum) ac pro eis posui (Alexandri). Passa est enim tempore Urbani papæ.

Nono Calendas Decembris, Luna ²³ Nou. E

14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 2. 12. 23 / 5. 15. 26. 7. 18 / 29. 11. 21. 3

Natalis sancti Clementis episcopi. qui ¹
 quartus à beato Petro Apostolo Romanæ ecclesiæ pontificatum tenuit, & sub persecutione Traiani, in mare præcipitatus ^b *ligata ad collum eius anchora*, martyrio coronatur. ^b *Hic septem regiones diuisit notarijs fidelibus, qui gesta martyrum solícite perquirerent.* Eodem die, sanctæ Felicitatis, matris septem filiorum martyrum. ²
 quæ iubente Antonino, decollata est pro Christo. In pago Hasbanio, ^p *in Sarchinio*, depositio sancti Trudonis, presbyteri & confessoris, ³ *p admirandæ sanctitatis viri.* Parisijs, depositio sancti Seuerini, monachi & solitarij. In ciuitate Emerita, sanctæ Lucretiæ virginis.
 P Came-

Luna
 8. 10. 20. 2
 Romæ,

NOVEMBER.

p *Cameraci, in ecclesia Dei genitricis beatæ Mariæ, beati Sarj, presbyteri & confessoris. q Civitate Metis, sancti Clementis, patrum Clementis papæ, primi Metensium episcopi. In territorio Remensi, sancti Goberti confessoris. g Die vigesima tertia, sancti patris Gregorij Agrigantini. & Amphilojij, episcopi Iconij. Ad mensam autem.*

ANNOTATIONES.

Phil. 4

1 De Clemente, Pontificale cap. 4 / Gesta apud Metaphrastem, & cum Abdia excusa / Irenæus lib. 3 cap. 3 / Gr. Turonensis de gloria martyrum capp. 35, 36, 37 / Bernardi homilia / Sixtus lib. 2 bibliothecæ sacræ / Opera Clementis Colonia excusa. &c. Sigebertus de viris ill. cap. 107. Ioannes diaconus Romanæ ecclesiæ, scripsit ad Ioannem septimum libros quatuor de primo Gregorio. Idem petente Gauderico Veliternensi episcopo, scripsit gesta Clementis papæ. Paulus annumerat eum suis cooperatibus; quorum nomina sunt in libro vitæ.

2 De Felicitate. Quæ de ea & septem prolibus leguntur in veterum Martyrologijs, ea verbatim sumplerunt ex Gestis Ms. quæ Romani Notarij fideliter & graviter collegerunt. Laudat eandem matrem, octies martyrem, Gregorius magnus, homilia tertia Euangeliorum, & Petrus Rauennas, cognomento Chrysologus sermone 134.

3 Trudonis, vitam libris duobus scripsit Donatus ad Angilramnum archiepiscopum / Metensem, ni fallor, circa annum 800, cui Adrianus primus tradidit Capitula, ex diuersis synodis & canonibus collecta. Fuit enim Trudo discipulus sancti Clodulphi, episcopi Metensis. Accessit per posteriorem, forte per Stephelinum, de miraculis eius liber tertius. Sigebertus de viris illustribus cap. 171. Theodoricus monachus & abbas sancti Trudonis, vitam sancti Trudonis vrbaniore stylo melioravit. Incipit, Domino, dignitate patri, charitate fratri, Gerardo, Theodoricus salutem. Et infra.

Cogitis

Cogitis, vt beatissimum summi illius capitis mem-
brum, Trudonem, quem ante Donatus diaconus, &
postea Guikardus abbas, vtriusque linguæ vsque ad
interpretem periti, Latinitati tradiderunt, meâ quo-
que operâ & stylo librarijstradam. Idem scripsit ser-
monem de translatione Trudonis & Eucherij. Ge-
rardus Moringus sub finem vitæ sancti Trudonis, im-
pressæ Louanij, Anno 40. Incredibile memoratu,
quot quantaque ad imploratam opem sanctissimi pa-
tris prodita sint miracula, idque cum aliâs, tum vero
præsidente monasterij huius, Alardo, abbate eius nomi-
nis secundo, ab Anno 1055 vsque ad 82. Qua tempe-
state ne monasterium quidem omnibus sufficiebat; sed
nec ipsum oppidum. Foris passim videre erat fixa ten-
toria, perinde atq. in iusta oppidi obsidione. Quæ omnia
quidem olim copiose, clareq. satis commemorarunt,
præsertim Stephelinus quidam, sub Gumtranno, & Ade-
lardo secundo, abbatibus.

4 Gregorij Agrigentini, & Amphilochoij Iconiensis,
historias, habet Metaphrastes. De Amphilochio, scribit
quoque. Sozom. lib. 7. cap. 6.

Octauo Calendas Decembris, luna 24 Nov. F

15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 3. 13. 24 / 6. 16. 27. 8. 19 / 1. 12. 22. 4

Romæ, natalis beati Chrysogoni mar-
tyris. qui post * longa vincula, & car-
ceres, pro constantissima Christi confessione

toleratos, iubente Dioclitiano capite cæsus, &
in mare proiectus, martyrium consummauit.

Item Romæ, sancti Crescentiani martyris.

qui in passione beati Marcelli papæ legitur †.

Mediolani, Prothasij episcopi, & confessoris.

Castro Blauio, sancti Romani, presbyteri &

confessoris. cuius sanctitatis præconium, mi-

raculorum gloria declarat. Ciuitate Cor-

duba, sanctarum virginum, Floræ & Mariæ.

quæ

vltro me-
dium, 10. 3
Suriij
2

quæ post diuturnos carceres, pro Christo gladio interemptæ sunt. Apud Perusiam, ciuitatem Tusciæ, sancti Felicissimi. In territorio Aruernensi, sancti Portiani, abbatis & confessoris. 3 Die vigesima quarta, sancti martyris Mercurij. Qui pro grauiori culpa.

De Mercurio
Metaph.

ANNOTATIONES.

- 1 Chryfogoni martyrium continetur in gestis Anastasie martyris, paginis primis. vbi & epistola illius ad eam leguntur
- 2 Romanum, vt scripta vitæ eius edocent, Martinus noster sepultura locauit. Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 46.
- 3 Portiani vitam scribit Gregorius, iam dictus episcopus, de vita patrum cap. 5.

25 Nou. G

Septimo Calendas Decembris, Luna

16.27.8 19.1/11.22. 4. 14. 25/ 7. 17. 28.9. 20/ 2. 13. 23/ 5

3 Ecaterina

1 **I**N monte Sinai, sanctissimæ * C A T H E R I N E martyris, filie Costi regis in ciuitate Alexandria. quæ à Maxentio imperatore ob fidei Christianæ confessionem in carcerem clausa, & postmodum scorpionibus diutissime cæsa, tandem capitis obtruncatione martyrium compleuit. De cuius corpore lac pro sanguine emanauit. Post mortem autem eius, venerunt angeli, & tulerunt corpus eius, & portarunt illud in montem Sinai, & in eodem loco honorifice sepelierunt. De sepulcro vero eius emanat oleum, quod languidorum corpora sanat. Item Antiochia, sancti Erasmi martyris. 1 Eodem die, apud Æmiliam, sanctæ Iucundæ virginis.

ANNOTATIO.

Catherinæ passionis series, quæ passim habetur, Tradunt

Tradunt annales &c. extat penes me, impressa nomine Rabbani abbatis. Scripsit etiam Æcaterina huius martyrium hac die Simeon Metaphrastes. Euthymius in Psalmum 44, ad versum, Ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo, subdit, Qualis fuit sapientissima Caterina.

Est etiam hodie natalis Petri Alexandrini; quem iure dixerim primatem martyrum Alexandriae. In saeuissima enim persecutione Maximini, octo integris annis, ipsam martyrum messem, velut verus pastor, animauit, eamq. fidei confessionem suo sanguine etiam inter postremos obsignauit. Propter quem natalem, in Græcorum Horologio transponitur Æcaterina, in diem præcedentem. Contra verò Latini, quibus in expeditione terræ sanctæ, Caterina, antea fere eis incognita, multum per peculiaria patrocina innotuit, eam summo honore celebrant, in die depositionis. & propterea Petrum pleriq. in diem 26. reponunt. *Si quis dum pronunciat*

Sexto Calendas Decembris, Luna 26 Nou. A

17. 28. 9. 20. 2/12. 23. 5. 15. 26/8. 18. 29. 10. 21/3. 14. 24. 6

Natalis beati Petri episcopi Alexandriae. ^x
 qui cum esset omnibus adornatus virtutibus, in Scripturis quoq; diuinis nulli priorum inferior, & sacerdos, & hostia Dei, subito rapitur atq; ex Maximini præcepto capite obtruncatur. Cum quo simul & plures ex Ægypto episcopi trucidantur, fere cum clericis & laicis, sexcenti & sexaginta. ^b *Aduersus eum cognita Maximini sententia, Arius infelix, qui ab ipso excommunicatus & degradatus propter dogma erroris habebatur, festine peruenit ad ecclesiam, obsecrans vt pro eo clericus & populus apud episcopum intercederet, putans quod post discessum eius ipse leuaretur episcopus. Quibus sanctus episcopus cum magno suspirio respondit, quia*

quia

quia iam Arius Deo mortuus, à facie Dei proiectus
esset. Et apprehendens duos presbyteros de turba seor-
sum, ait illis, Ego etsi peccator sum, tamen scio me ce-
lesti vocatione ad agonem martyrij vocatum. Vos post
martyrium meum, sedem & episcopatum meum con-
secuturi estis, & tu quidem primus Achilla, postea
vero Alexander. In hac hora noctis, vt vobis tu-
rum de Ario aperiam, cum solenni consuetudine Deo
sacrificium orationum consummassem, ecce subito ap-
paruit mihi Christus Dominus indutus colobio car-
dido, quod conscissum à summo vsque deorsum, con-
iungebat circa pectus, quodammodo cooperiens nudi-
tatem suam. Quem vt vidi, aio, Quid est Domine
quod video tunicam tuam scissam, à summo vsque de-
orsum? Qui dixit. Arius hoc fecit, qui separavit à me
populum hereditatis meae, comparatum sanguine meo.
Præcipio nunc & moneo, ne eum recipias in commu-
nionem, ne rogantibus his qui vèturi sunt ad te, quos
ille direxerit. Hac quæ tibi manifestavi, duobus pres-
byteris tu nota facias, vt ipsi post te eum anathema-
tizando abijciant, ne populus illius errore decipiantur.

Apud Alexandriam, sanctorum martyrum,
8 hist. eccl. c. Fausti presbyteri, Dij & Ammonij. qui cum
25 / Rufini beato Petro eiusdem vrbs episcopo, iubente
14 Maximino trucidati sunt. Augustoduni, san-
cti Amatoris. Eodem die, transitus sancti Basili
confessoris. qui in territorio Remensi vitam eremiticam
viriliter est executus: tam in vita, quam etiam
post obitum, miraculorum iubare diuinitus illustra-
tus. Item, depositio sancti Conradi confessoris, epi-
scopi Constantiensis. Treuiris, sancti Sebaudi, epi-
scopi Constantiensis. b Roma, Siricij episcopi. g Die
De Siricio Pont. c. 40
vigesima

vigesima sexta, sancti patris Alipij Cionitæ. *1* Vē De Alipio
 opera monasterio, sancti Leonardi cōfessoris. *Eo-* Metaph.
 dem die, sancti Bellini martyris, episcopi Paduani. *2*

¶ quem immaniter interemit anno millesimo centesimo quadragesimo nono, vir nobilis, sed avarus, Thomas Capiuacius, à Bellino iuste conuictus, atque iudicatus ad soluendas decimas agrorum, quas sub diocesi Patavina latius possidebat. Hic cum cœpisset post mortem miraculis supra modum nitere, ab Eugenio quarto, bicennium post mortem, in catalogo martyrum honorifice ascriptus est.

¶ Eodem die, sanctæ Genouefæ & sancti Marcelli, de miraculo ardentium, facto in ecclesia beatæ Mariæ Parisiensis. *Si quis dum in labore quovis.*

ANNOTATIONES.

1 De Petro Alexandrino, Eusebius lib. 9 hist. eccl. cap. 5, apud Rufinum 6/lib. 7 cap. ultimo/lib. 8 cap. 25, apud Rufinum 14. / Auctores tripartite historię / Nazianzenus orat. 23. 24. Anastasius bibliothecarius in præfatione passionis decem millium, dicit se transtulisse passionem præcipui doctoris & martyris Petri, Alexandriae vrbis patriarchæ.

2 De Bellino Scardeonius lib. 3 de Padua classe 13/Lud. Cœlius lib. 17 cap. 28.

Quinto Calendas Decembris, Luna 27 Nou. R

18. 29. 10. 21. 3/ 13. 24. 6. 16. 27/ 9. 19. 1. 11. 22/ 4. 15. 25. 7

IN Gallijs ciuitate * Regiensi, sancti Maximi *al. Re-*
 confessoris. qui à primæua ætate virtutum *genfi.*
 omnium gratia præditus, primum Lirinensis
 cenobij pater, deinde Regiensis ecclesiæ episcopus, signis & prodigijs inclytus, extitit.

1 In Antiochia, sancti Basilei episcopi. & sancti Saturnini. Item sancti Iacobi intercisi, martyris conspicui. ¶ In Gallecia, iuxta fluvium Ceiam,

Gg natalis

natalis sanctorum Facundi & Primitivi martyrum quibus, post multa supplicia superata, duæ coronæ ab Angelis delatæ sunt. Quod Articus prætor accipiens, Capita, inquit, amputentur, ne sit locus coronis.

Eodem die, depositio sanctæ Ode virginis, filie, ut fertur, regis Scotorum. quæ apud Rhodium in Taxandria Brabantia, corporaliter patrona requiritur. Moguntia, natalis sanctæ Bilhildis viduæ sanctimonialis. quæ à clero & populo Moguntino sepulta est in basilica, quam suis ipsa sumptibus edificari curauerat. Ipso die, sancti Acharij, episcopi Noniomensis & confessoris.

- 2 ¶ Eodem die apud Græcos, sancti Simeonis, qui Methaphraistæ cognomen obtinuit. *Nuncianda Hora.*

ANNOTATIONES.

1 Maximi vitam scribit Dinamius patricius, domino beatissimo patri Vibico papæ. Item de eo est crudelissima homilia, inter eas quæ titulum habent Eulæij Emilien. Constat autem eius auctorem discipulum fuisse Maximi, & vitæ eius testem: De eodem, Gregorius Turon. de gloria confessorum cap. 83.

2 In Simeonem encomiasticam orationem scripsit Pfellus, tomo 5 Aloysij.

*Andrea festo vicinior ordine quouis
Aduentum Domini feria prima notat.*

28 Nou. C

Quarto Calendas Decembris, Luna

19. 1. 11. 22. 4 / 14. 25. 7. 17. 28 / 10. 20. 2. 12. 23 / 5. 16. 26. 7

Act. 18. d
1. Cor. 1

A Pud Corinthum, natalis beati Sosthenæ, discipuli sancti Pauli. cuius mentionem facit idem Apostolus scribens Corinthijs. Eodem die, apud Africam, sanctorum martyrum, Papinij

Papinij & Mansueti episcoporum. qui tem-
 pore Vuandalicæ persecutionis, pro fidei Ca-
 tholicæ defensione, candentibus ferri lami-
 nis toto corpore adusti, gloriosum agonem
 consummauerunt. *b* Quo in tempore etiam alij
 sancti episcopi, id est, Quod vult Deus Carthagi-
 nensis, Valerianus, Urbanus, Crescens, & qui
 vocatur Habet Deum, & Eustathius, Cresconius,
 & Crescentianus, & Felix, & Hortulanus, &
 Florentianus, damnati exilio, cursum vitæ suæ
 consummauerunt. Romæ, sancti Rufi, quem
 cum omni domo sua Dioclitianus punitum,
 Christi martyrem fecit. *b* Romæ, beati Gre-
 gorij * papæ. qui rexit ecclesiam annis decem. Se-
 pulchus in ecclesia beati Petri Apostoli. *g* Die vi-
 gesima octava, sancti hosiomartyris Stephani iu-
 uoris,

*Scribit de hō
 Victor lib. 1
 c. 3*

*tertij. de quo
 Pont. cap.
 92.*

¶ inclusi apud sanctum Auxentium. Cuius pedem
 nudante ligantes duxerunt usque ad ea quæ sunt Pela-
 ga, a prætorio. Vbi & discerpentes eum, proiecerunt
 honorabiles ipsius reliquias in biothanatorum locum,
 eo quod multos monuerit & adduxerit ad monasticam
 vitam, atque contempnere regias dignitates, atque pecu-
 nias, persuaserit. *Sciositas inimica est animæ.*

ANNOTATIO.

1 De Stephano scribit citata Nicæphorus lib. 22 rerum
 Romanarum. De eodem Zonaras in Copronymo.

Tertio Calendas Decembris, luna 29 Nou. D
 20. 2. 12. 23. 5/ 15. 26. 8. 18. 29/ 11. 21. 3. 13. 24/ 6. 17. 27. 9

Vigilia sancti Andreæ Apostoli †. Ro-
 mæ via Salaria, natalis sancti Saturnini
 martyris, & sancti Sifinnij diaconi, sub Ma-
 ximiano principe. * quos diu in carcere
 macera-

*Vide sermo.
 Bernardi
 Gestæ Mar-
 celli to. 1 Sus-
 rij, ante mē-
 dium.*

Gg 2

*martyrum
 & coronæ
 or accipiens
 coronis.
 gimis, filia
 Rhodium in
 ona requirit
 ildis vidua
 oguntina
 tibus exat
 arij, episcopi
 onis, qui Me
 a Hora.
 ius, domo
 eo est cruci-
 abent Eusthij
 a discipulum
 odem, Greg.
 onem scripsit
 at.
 Iuna
 3/ 5. 16. 26.
 Sosthenes
 tionem fa-
 hijs. Eo-
 martyrum,
 Papinij*

*Surijs, ante
medium.*

inaceratos, iussit præfectus vrbis in equuleo leuari, & attrahi neruis, & fustibus ac scorpionibus cædi, deinde iussit eis flammæ ad latera apponi, & depositos de equuleo capite truncari. *Scriptum est in gestis Marcelli papa.* Eodem die, apud Tholosam, beati Saturnini episcopi. qui in capitolio eiusdem vrbis à paganis tentus, atque à summa capitolij arce per omnes gradus præcipitatus, capite colliso, excussoque cerebro, omni corpore dilaniato, dignam Christo animam exhalavit. *p: Item in Dauentris, sancti Radbodi, Traiectensis episcopi, & confessoris, & Die vigesima nona, sanctorum martyrum, Pæramoni & Philumeni. & sancti Acacij, qui fuit in gradu.*

¶ Item obitus venerabilis Idæ de Niulla, monialis cœnobij Ramciæ Ordinis Cisterciensis, in patria Ne-murcensi. *A Calendis autem Octobris.*

ANNOTATIO.

1 De Saturnini Tholosani certamine & miraculis scripsit Fortunatus aliquot carmina. Meminit etiam Grægorius Turonensis de gloria martyrum cap. 48.

30 Nou. E

Pridie Calendas Decembris, Luna

21. 3. 13. 24. 6/16 27. 9. 19. 1/12. 22. 4. 14. 25/7. 18. 28. 10

1 **I**N ciuitate Patras, prouinciæ Achaicæ, natalis sancti ANDRÆ Apostoli. qui etiam apud Scythiam prædicauit. Hic beatissimus, ab Ægea proconsule comprehensus, primo in carcere est clausus, ac deinde grauissime cæsus: ad vltimum vero in cruce appensus, biduo inibi supervixit. Apud Santonas, sancti Troiani episcopi, magnæ virtutis viri. † qui sepultus

terris,

terris, cælose vivere multis virtutibus manifestat. *Eodem die, passio sanctæ Iustine virginis.* *Greg. Tur. de glo. confess. cap. 59*
¶ Et baptismus sancti Ambrosij.

ANNOTATIO.

De Andrea, Passionem sancti Andreae Apostoli, quam vidimus oculis nostris, omnes presbyteri & diacones ecclesiarum Achaiae, scribimus vniuersis ecclesijs. Ex hac nonnulla citant Remigius Antisiodorensis, in Psalmum 21 & 40 / Bernardus in sermonibus de sancto Andrea / Lanfrancus contra Berengarium / liber de vera & falsa poenitentia cap. 8. apud Augustinum / Iuo Carnotensis de conuenientia veteris & noui sacrificij / & Vuolphelmus in epist. contra Berengarium. Qui plura cupit, inueniet ea simul collecta in Aloysio Louanij edito. Beeth. capite 164. De Andrea officium fecit Gregorius primus. Idem habuit in eius natali homiliam euangeliorum 5. Lib. 7 registri cap. 38 scribit de miraculis monasterij sancti Andreae. Catalogus scriptorum Brytanniae indicat Bedam scripsisse librum, de sancti Andreae memoria apud Scotos. Citant nonnulli & miracula eius, quae cap. 38 impressa sunt in Rhapsodij Anonymi Philalathi Eusebiani. Translatio notata est 9 die Maij. & postremo, vt scribit Palmerius anno 1464, Pius secundus Apostoli Andreae caput à Thoma Palæologo suscepit: & Bessarion, Constantinopolitanus patriarcha, ac Cardinalis Sabinensis, luculentam orationem habuit. Cuius postea celebritatis pontifex ipse elegans *Andreidem* volumen edidit †.

Ante omnia sanè deputetur vnus.

Gg 3

DECEM-

DECEMBER HABET

DIES XXXI.

Alemannis dicitur mensis Christi, Leoni decimus mensis.

2 Dec. F

Calendis Decembris, luna

22.4.14.25.7/17.28.10.20.2/13.23.5.15.26/8.19.29.11

S. Andoënus
l. 1 c. 32

lib. 2 cap. 3
& 8

De Natalia
passio Adria-
ni.



1 Ciuitate Nouiomo, sancti Eli-
gij episcopi & confessoris. cu-
ius vitam admirandam multi-
plex signorum numerus com-
mendat. Hic vir beatus inter
cetera bonorum operum insignia,

multa sanctorum auro argentoque & gemmis fabri-
cauit sepulchra. Praterea, pastoris cura sollicitus,
multum in Flandris laborauit: iugi instantia Ande-
uerpis pugnavit: multosque erroneos Suenos conuer-
tit. Fana nonnulla, Christi clypeo protectus, cum A-
postolica auctoritate destruxit: idola quoque diuini

generis, vbicunque inuenit, funditus subruit. Ipso
die, natale sanctæ Nathaliæ, vxoris sancti Adria-
ni martyris. Ciuitate Narnia, sancti Procelli
presbyteri. 1 Ipso die, sancti Euasij, episcopi &
confessoris. q Mediolani, sancti Castriciani, epi-
scopi & confessoris. Castro Ambasio, sancti Flo-
rentini, presbyteri & confessoris, miræ virtutis vi-
ri. Apud Senas, sancti Ansanii martyris, tempore

2 Dioclitiani. Virduni, transitus sancti Agerici,
episcopi eiusdem ciuitatis. g Die prima, sancti pro-
pheta Naum.

¶ Eodem die, translatio sancti Mauri martyris.

¶ Floriaco monasterio, susceptio reliquiarum sancti

Martia

Martialis episcopi. In villa Vuintershoue p trās-
latio Landoaldi confessoris, q & sociorum. quæ facta
est à sancto Floriberto, episcopo Leodiensi. Latijs,
aduentus reliquiarum sanctarum ab vrbe Con-
stantinopolitana. Licet omni tempore.

ANNOTATIONES.

1 De Eligio. Sigebertus de viris illustribus cap. 58. Au-
 doënus, qui & Dado, Rothomagensis episcopus, scripsit
 ad Robertum Parisiorum episcopum vitam Eligij No-
 uiomensis episcopi, duobus libris explicans miracula,
 quæ vel in vita vel post mortem eius gesta sunt per eum:
 tertio libro rhetorice & commatice totam vitam eius
 recapitulans. Fuit contemporaneus Eligio Flandro-
 rum Apostolo. Eiusdem vita abbreviata ex libris san-
 cti Audoëni habetur in Breuiario Nouiomensis ecclesiæ,
 2 De Agirico Gr. Turonensis lib. 9 historiæ cap. 10, 12,
 13, & disticha Fortunati Ms.

Quarto Nonas Decembris, luna 2 Dec. G

3. 5. 15. 26. 8/ 18. 29. 11. 21. 3/ 14. 24. 6. 16. 27/ 9. 20. 1. 12

Natalis sanctorum Veri & Securi fratrum.
 qui apud Africam martyrio coronati sunt.

Romæ, passio sanctæ Bibianæ martyris. quæ *De Bibianæ*
 iubente Iuliano imperatore sacrilego tam diu *gesta Pigme-*
 plumbatis cæsa est, donec spiritum redde- *nij cum suis.*
 ret. 1 Item Romæ, sancti Pontiani martyris.

q Foro Cornelij, beati Petri Chrysologi Rauen-
 natis episcopi, moribus, doctrina & miraculis clari.

Niuellæ, p cōsecratio sanctæ Gertrudis virginis.

In India, Cantana ciuitate Chinensium, obitus Fracis-
 ci Zanierij. qui euangelizantium in India antesignanus,
 multis virtutibus, populorum conuersione, ac varijs
 miraculis in vita & post mortem clarissimus, incorru-
 ptum spiritum Domino reddidit. Scriptum est in episto-
 la Indicis. In Viridi valle, obitus domini Ioannis de

Epistol. 10,
11, 12/ &

Gg 4 Ruyf

vita Ignatii
lib. 4.
† cum ope-
ribus eius
excusa.

Ruysbroeck, primi Prioris, doctrina & sanctitate clari
Cuius vita habetur †. *Fratres qui omnino.*

ANNOTATIO.

1 Petri Chryfologi sermones extant. quibus aliquid de
vita eius præmittitur.

§ Dec. A

Tertio Nonas Decembris, luna

24. 6. 16. 27. 9/ 19. 1. 12. 22. 4/ 15 25. 7. 17. 28/ 10. 21. 20

ROmæ, natalis sanctorum martyrum, Clau-
dij tribuni, & vxoris eius Hilariæ, ac filio-
rum, Iasonis & Mauri, cum septuaginta militi-
bus. ex quibus Claudium iussit Numerianus
imperator cum ingenti saxo alligatum, in me-
dio mari præcipitem dari: milites vero, & fi-
lios ipsius Claudij, capitali sententia puniri.

b Erat autem in loco vbi decollati sunt, cuniculus
antiquus. hunc emundantes nocte Christiani, simul
in vnum omnia corpora sepelierunt via Salaria.

Corpora autem Iasonis & Mauri, collegit sancta
Hilaria, relicta martyris. Vbi dum assiduis oratio-
nibus vacaret, migravit ad Dominum. Tingi-

metropoli, passio sancti Calsiani. qui excepto-
ris diu gerens officium, tandem cælitus inspira-
tus, execrabile duxit Christianorum neci defere-

cruentus

uire*. vnde renunciens eidem officio, sub Chri-
stiana confessione triumphum meruit obtinere
martyrij. Mediolani, Mirocletis archiepiscopi, &

1 confessoris. In Anglia, sancti Birini, episcopi Dor-
cestriensis. In territorio Eistensi, Sola presbyteri,
de Sola apud Vnicelium. & abbatis. § Die tertia, sancti prophete Sophoniae

1 Vualchiodori, natalis sancti Eloquij, presbyteri
& confessoris. Civitate Argentina, sanctæ Attalæ
virginis.

In monasterio Blandiniensi, Gandani castris, aduersus corporum sanctorum, Gudvvali & Bertulphi †. de quo visus In Frisia, Radfridi & Vualdefridi, à Normannis iuxta Bertulfi cap. Groningam martyrizatorum. Fratres qui pro quo³⁹uis responso.

ANNOTATIO.

1 De Birino Beda lib. 3 hist. Anglorum cap. 7 / Honorius papa in legenda Sanctorum Angliæ / & teste Catalogo Brytanniæ, Guilelmus Ramefey Ordinis S. Benedicti. qui claruit An. 1178.

Pridie Nonas Decembris, luna 4 Dec. B

2. 7. 17. 28. 10 / 20. 2. 13. 23. 5 / 16. 26. 8. 18. 29 / 11. 22. 3. 14
 A Pud Pontum, beati Miletij, episcopi & confessoris. † qui cum esset eruditionum prærogatiua magnificus, virtus tamen animi, & vite sinceritas, longe in eo magnificetior extitit. In † Tuscia, passio sanctæ Barbaræ virginis, sub Maximiano imperatore. Hæc post di-
 ram carceris macerationem, & neruorum cæ-
 sionem, & lampadarum adustionem, mamilla-
 rumque præcisionem, atque aliorum tormen-
 torum cruciationem, ad extremum gladio data, martyrium consummauit. Item Alexandria, sancti Clementis presbyteri. qui in diuinarum
 eruditionum scholis quam maxime effloruit.

Eus. l. 7 hist. eccl. cap. vlt.

† r Nico- media

2

† Eodem die, sanctorum, Symphronij & Olym-
 pij † b martyrum Romæ, temporibus Valeriani & Gallieni. q Item, sancti Bernardi, episcopi Par-
 mensis. In pago Bituricensi, sancti Sigranni ab-
 batis †. In Anglia, sancti Osmundi episcopi & con-
 fessoris, vita & miraculorum gloria illustris. Colo-
 niardus, 10.
 niæ, depositio sancti Annonis, eiusdem vrbis episcopi. 2 Suriij.

de his actus Stephani papa, 2 Aug. † cui filius successit S. Se- niardus, 10. 2 Suriij.

g Die quarta, sancti patris Ioannis Damasceni.

Gg 5

† q Apud

DECEMBER.

¶ 9 Apud Floriacum monasterium, translatio sancti Benedicti abbatis.

ANNOTATIONES.

- 1 De Barbara, hac die Metaphrastes/ Latinorum veterum Martyrologia 17 cal. Ianuarij. Vnde Vsuardi verba huc retuli.
- 2 De Clemente Alexandrino Eusebius lib. 5 hist. cap. 11/ lib. 6 cap. 9 & 11/ Hier. de viris illust. cap. 48. Gelasius autem eius opera inter apocrypha recenset.
- 3 De Annone scribit contemporaneus eius Lambertus Schafnaburgensis in Chronico Hirrsfeldensi, anno 1075. Late autem vita eius scripta est, iussu Reginhardi, Procuratoris cœnobij Sibergensis.
- 4 Ioannis Damasceni vitam scribit Ioannes patriarcha Hierosolymitanus, in frontispicio operum Damasceni, & alibi. *Oratoriũ hoc sit*

5 Dec. C

Nonis Decembris, Luna

26. 8. 18. 29. 11/ 21. 3. 14. 24. 6/ 17. 27. 9. 19. 1/ 12. 23. 4. 15

- 1 **I**N Africa, apud Coloniam Thebestinam, natalis sanctæ Crispinæ martyris. quæ temporibus Dioclitiani & Maximiani, cum sacrificare noluisse, iussu Anulini proconsulis decollata est. Eodem die *Pedonæ* in Italia, sancti Dalmatij martyris. Item ciuitate Thagora, sanctorum, Iulij & Potamiæ. 1 Item ciuitate *Mutalasi*, prouinciæ *Cappadociæ*, sancti *Sabbæ*, abbatis & confessoris. *Omnes Superuenientes.*
- 2
- 3

ANNOTATIONES.

- 1 In Crispinæ solennitate exposuit Augustinus Psalmũ 137/ Meminit eiusdem de verbis Domini sermone 53.
- 2 Dalmatio hymnum scripsit Vida, & Præfationem de eo habet Mediolanensis ecclesia.
- 3 Sabbæ gesta scripsit tempore quintæ Synodi Cyrillus quidam Lauræ monachus, vt patet in fine vitæ Euthymij abbatis: Extat hac die apud Metaphrastem.

Octauo

Octauo Idus Decembris, luna

6. Dec. D

27. 9. 19. 1. 12 / 22. 4. 15. 25. 7 / 18. 28. 10. 20. 2 / 13. 24. 5. 16

Natalis beati **N I C O L A I**, episcopi Myreorum Lyciæ. de quo inter plura miraculorum insignia, illud memorabile fertur, quod imperatorem Constantinum, ab interitu quorundam longe constitutus, ad misericordiam per visum monitis deflexit, & minis. In Africa, sanctorum, Dionysæ, Datusæ, Leontæ, & religiosi viri, nomine Tertij, & Æmiliani, & Bonifacij, cum alijs tribus. qui omnes pro confessione catholicæ fidei, grauissimis & innumeris supplicijs excruciat, confessorum Christi numero sociari meruerunt. *p Marcianis, natale sanctæ Gertrudis.* ~~Omnes Superuenientes Hospites.~~

De his Victor Africanus lib. 3

ANNOTATIO.

Nicolai vitam scripit Ioannes diaconus sancti Ianuarij, ex Methodio, apud Aloysium. Item Metaphrastes interprete Leonardo Iustiniano, & Suidas. De eo sic legitur in Chrysostomi Liturgia, interprete Leone Tusco. Quinta autem feria in laudem sancti Nicolai. Regulam fidei, mansuetudinis imaginem, continentia magistram, te tuo gregi monstrauit rerum veritas. Ideo adeptus es humilitate sublimia, paupertate opulenta. Pater Nicolae, fungere legatione apud Christum Deum, vt animæ nostræ salutem consequamur. Translatio eius notatur 9 die Maij.

Coquina Abbatis

Septimo Idus Decembris, luna

7 Dec. E

28. 10. 20. 2. 13 / 23. 5. 16. 26. 8 / 19. 29. 11. 21. 3 / 14. 25. 6. 17 r

Mediolani, ordinatio Ambrosij episcopi & cōfessoris, cuius sanctitate vniuersalis ecclesia decoratur. Apud

S. Dis. Alex.
6. histo. ec.
ca. 34 / Ru-
fini 31.

Gr. Turo. de
glo. confess.
c. 57

Aloysius in
præfatione
2. tomi.

Apud Alexandriam, natalis beati Agathonis
martyris sub Decio imperatore. * qui cum esse
militaris, & prohiberet quosdam, volentes illu-
dere mortuis cadaveribus martyrum, clamor
repente totius vulgi aduersus eum extollitur
oblatus autem iudici, cum in confessione per-
fisteret, capite pro pietate damnatus est. In
pago Meldicensi, sanctæ Pharæ virginis. Ci-
uitate Santonas, sancti Martini abbatis. † ad
cuius tumulum creberrima diuinitus fiunt mi-
racula. Apud Baiocas, in monasterio Liberiano,
depositio beati Gerebaldi, præfatæ vrbis episcopi, &
confessoris. Eodem die, sancti Giraldei episcopi Ve-
licerni, & confessoris. *Cognitio Albalis.*

ANNOTATIO.

1 De Ambrosio. Isidorus de viris illustribus cap. 4.
Paulinus presbyter petente Augustino conscripsit Am-
brosij vitâ, signis florêtem, & doctrinis, atq. meritis Apo-
stolorum non imparê. Sic & Honorius Augustodunensis
post Paulinum Nolanum, interiectis aliquot Capitibus,
subdit, Paulinus presbyter scripsit vitam Ambrosij, pe-
tente Augustino. Quidam † tamen defendunt hunc
esse Nolanum episcopum. De eodem scribunt Rufinus
lib. 11 hist. eccl. / Auctores historiæ tripartitæ / Basilius
epist. 55 / Metaphrastes 7 Decembris / Ioannes Costerus
in vita Ambrosij, quam ex scriptis eius potissimum col-
legit / Vrbinas ante Milleloquium Ambrosij & alij. De
ordinatione neophyti Ambrosij scribunt Rufinus lib. 11
cap. 11 / Paulinus in vita Ambrosij / ipse Ambrosius epist.
82 ad Vercellenses / & ex his posteriores.

Nullatenus liceat Monacho.

8 Dec. F

Sexto Idus Decembris, luna

29. 11. 21. 3. 14 / 24. 6. 17. 27. 9 / 20. 1. 12. 22. 4 / 15. 26. 7. 18

CONCEPTIO sacratissimæ virginis M^æ
RIÆ, genitricis Dei & Domini nostri Ies^u
Christi

Christi.
rexit ecc
tyrio con
listi. qui
draginta
Ipso d
martyri
multis v
maiori c
uus ad v
positio sa
natis sa
marici co
Leonard
sancti Ze
na, sanct
1 Instit
ginis mir
commun
Cap. Cur
& Pius q
2 De E
Golschen
quæ extra
tum & l
1.12.22.4
N
F
dira car
mos b

Christi. Romæ, beati Eutychiani papæ. qui *De Euty.*
 rexit ecclesiam anno vno, & sub Aureliano mar- *Pontificale*
 tyrio coronatus, sepultus est in cœmeterio Ca- *cap. 28*
 listi. qui & ipse per diuersa loca trecentos qua-
 draginta duos martyres manu sua sepeliuit.
 Ipso die, apud Alexandriam, sancti Macarij
 martyris. † qui tempore Decij à iudice cum *S. Dion. 6*
 multis verbis ad negandum suaderetur, & eo *hist. eccl. c.*
 maiori constantia fidem suam profiteretur, vi- *34/ Ruf. 31*
 uuis ad vltimum iubetur exuri. *Treueris, de-*
positio sancti Eucharj, episcopi & confessoris. & 2
natalis sanctæ Anastasie. Eodem die, sancti Ro-
marici confessoris. In territorio Dunensi, sancti
Leonardi presbyteri. † Eodem die, apud Veronam,
sancti Zenonis, episcopi & confessoris. † Die octa-
ua, sancti patris Patapij. Vestimenta fratrum. *De Zenone*
12 April.
De Patapio
Metaph.

ANNOTATIONES.

1. Institutionem festi de beatæ Mariæ immaculatæ vir-
 ginis mira conceptione, habet Sixti quarti extrauagans
 communis, titulo de reliquijs & veneratione sanctorum.
 Cap. Cum præexcelsa. Quam etiam Synodus Tridentina
 & Pius quintus obseruandam esse constituerunt.
2. De Eucharjo, Valerio, & Materno quædam collegit
 Golscherus, monachus sancti Matthiæ circa Annum 1000,
 quæ extant. Pandectæ indicant de iisdem episcopis can-
 tum & homiliam Remigij.

Quinto Idus Decembris, luna 9 Dec. G

1. 12. 22. 4. 15 / 25. 7. 18. 28. 10 / 21. 2. 13. 23. 5 / 16. 27. 8. 19

Natalis sanctæ Leocadiæ virginis. quæ à
 præfecto Hispaniarum apud Toletum,
 dira carceris custodia macerata, cum grauissi-
 mos beatæ Eulaliæ, & reliquorum martyrum
 audisset

audisset cruciatus, genibus in oratione positum
impollutum spiritum Christo reddidit. Ipse
die, sancti Cypriani abbatis Petracorici †, ma-
gnificę sanctitatis, & clarissimi in miraculis viri

Gr. Turo. de
gl. conf. cap.
300

† In Africa, sanctorum, Petri, Successi, Bassiani

De Syro,
Præfatio
Ecc. Ambr.
30 Dec. A

Eodem die, beati Syri, Papiensis episcopi. q
tro monasterio, sanctę Balde abbatissę.
Stramenta autem lectorum.

Quarto Idus Decembris, luna

2.13.23.5.16/26.8.19.29.11/22.3.14.24.6/17.28.9.13

* Spoleta.

A Pud ciuitatem * Hispolitanam, sanctorum
martyrum, Carpophori presbyteri, & A-
bundij diaconi. qui persecutione Dioclitiani
primo fustibus crudelissime cęsi, deinde in car-
cerę negato cibo & potu retrusi, rursus equuleo
torti, & post hæc diu in carcere macerati, nomi-
sime sunt gladio percussi. In Hispania, ciui-
tate Emerita, passio sanctę Eulalię virginis, quę
cum esset annorum tredecim, pro confessione
Christi, iussu Daciani præsidis, plurima tormēta
perpeffa est. Nouissime in equuleo suspēsa, &
exungulata, faculis ardentibus ex vtroque la-
tere appositis, hausto igne spiritum reddidit.

Eodem die, apud præfatam urbem, sanctę Lu-
lię martyris. quę fuit conuiginalis beatę Eu-
lalię, & comes indiuidua ad passionem prope-

2 ranti. † Roma, sancti Melchiadis papę (& marty-
ris). † Vienna, sancti Sindulphi, episcopi & confes-

3 foris. † Lemouicas, sanctę Valerię, virginis &
martyris. Apud Leontinos in Sicilia, sanctorum
militum viginti martyrum, quorum vnus Mercurius
dicebatur, sub Tertyllo præside, Licinio imperante,
qui a

scribitur

qui à sanctis Alphio, Philadelphio, & Cyrino, conuersi fuerant. 8 Die decima, sanctorum martyrum, Mena, Hermogenis, & Eugraphi †.

de quibus

Metaph.

ANNOTATIONES.

Mensa Abbatis ?

- 1 Eulaliæ Emeritensi scripsit Prudentius hymnum 3 peri Stephanôn.
- 2 De Melchiade, vel Miltiade, Pontificale cap. 33 / & gesta in causa Cæciliani.
- 3 De Valeria Martialis epist. 2 ad Tolofanos, cap. 8

Tertio Idus Decembris, Luna ii Dec. B

3. 14. 24. 6. 17 / 27. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 25. 7 / 18. 29. 10. 21

Romæ, natalis beati Damasi papæ. b qui rexit ecclesiam annos decem & octo, menses tres, dies undecim. Hic constituit vt Psalmi die noctuque canerentur per omnes ecclesias. Hic multa corpora sanctorum requisit & inuenit: quorum memoriam etiam versibus declarauit. Et passio sancti Thra- lonis martyris. † qui cum esset Christianus b po- tens & locuples, de facultatibus suis sanctis martyri- bus, in carceribus & metallis damnatis, victum mi- strabat per Sisinnium & Cyriacum. Non multo post & ipse iubente Maximino tentus est, ac cum alijs duobus, Pontiano & Prætexato, martyrio coronatus. Ciuitate Ambianis, sanctorum martyrum, Victorici & Fusciani. in horum na- ribus & auribus iussit iudex immitti tarincas †, & clauis ardētibus capita transigi, deinde ocu- los euelli, ac postremo per eorum corpora ia- culari. sicque vna cum sancto Gentiano hospite suo, capitibus amputatis, migrauerūt ad Domi- num. In Hispanijs, sancti Eurychij, cuius gesta habent

Gesta papa
Marcelli, eo
i Suriij in
initio.

id est, sudas
ferreas.

De Dani.
Metaph.

habentur. *g Die vndecima, sancti patris Dani-
stylitæ. Artifices si sint in Monasterio.*

ANNOTATIO.

*i De Damaso, Ambrosius epist. 30 / Pontificale cap. 30
Ecclesiasticæ historiæ auctores, Rufinus lib. 11 cap. 11
Theodoritus lib. 2 cap. 22 / & lib. 5 cap. 9. 10. & 11 / Cassi-
dorus tripartitæ lib. 5 cap. 28 / lib. 8 cap. 10 / lib. 9. cap.
& 7 /*

12 Dec. C

Pridie Idus Decembris, luna

4. 15. 25. 7. 18 / 28. 10. 21. 2. 13 / 24. 5. 16. 26. 8 / 19. 30. 11. 22

A Pud Narbonam, natalis sancti Pauli ep-
scopi & confessoris. quem beatus Paulus
Apostolus ordinatum eidem vrbi destinatum
antistitem: cumque eodem Apostolo ad Hispa-
nias prædicandi causa pergens, ibidem relictus
est. Vbi prædicationis officio non segniter im-
pleto, clarus miraculis, coronatus quieuit. In

*S. Dio. Alex.
6 hist. eccl.
6 34 / Rufi-
ni 31.*

Alexandria, sanctorum martyrum, Epimachi
& Alexandri. † qui cum essent multo tempore
in vinculis, & diuersis supplicijs confecti, per-
durassent in fide, ignibus ad postremum consum-
iubentur. Item Alexandria, sanctarum mar-
tyrum, Ammonariæ & Mercuriæ, * Dionysii,
& iterum Ammonariæ: quæ *b dum nimia con-
stantia vterentur apud iudicem, & ille erubesceret
vinci à feminis, inauditis tormentorum generi-
bus toleratis ac superatis, finem omnium ferro
cædente suscipiunt. a Scribit beatus Dionysius in*

*al. cū alijs
duabus*

Ibidem

*libro de martyribus †. Item, sanctorum marty-
rum, Hermogenis, Donati & aliorum viginti
duorum. In pago Vimacensi, sancti Vualerij,
presbyteri & confessoris.*

¶ p
Cisonie
liensis.

1 De
Vitam
geffit, v
sed illa
comper
ridicis
edocuit
guoribu
abbatem
medioc
nos aliq
sed nim
apertius
Surius t

16. 26.

A perfectu
iubent
nullate
additis
refinar
tanden
nec ta
bus con
accepit
sis ep
In cui
¶ p

¶ In Gallijs iuxta Tornacum, in monasterio
Cisomensi, translatio sancti Euerardi, ducis Foroiu-
liensis. Nouiter quis ueniens ad conuersionem.

ANNOTATIO.

1 De Vualerico. Ragimbertus abbas in vita Vualerici.
Vitam ipsius, vel suas virtutes, quas per eum Dominus
gessit, vel quotidie fiunt, à nobis enumerari vix queunt:
sed illas tantummodo in hac paginula breuissimo &
compendioso, planoque stylo descripsimus, quas à ve-
ridicis & bene compertis viris audiuius, quos ipse
edocuit vel nutriuit: & quosdam ex ipsis de diuersis lan-
guoribus sanitati restituit. Anonymus ad Theoduinum
abbatem, Ms. Hugo archiepiscopus noster, iusserat, vt
mediocritas mea vitam sancti Vualerici, quam ante an-
nos aliquot Ragimbertus abbas summo quidem studio,
sed nimis prolixo & simplici sermone dictauerat, quasi
apertius ac luculentius vobis conscriberem. Idem fecit
Surius tomo 2, pag. 447.

Idibus Decembris, luna

13 Dec. D

3. 16. 26. 8. 19 / 29. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 27. 9 / 20. 1. 12. 23

1
A Pud Syracusas, Siciliae ciuitatem, natalis
sanctae Luciae, virginis & martyris, sub
persecutione Dioclitiani. quam cum lenones,
iubente Paschasio consulari, corrumpere vellēt,
nullatenus eam mouere potuerunt, nec funibus
additis, nec bouum paribus plurimis. Picem,
refinam, feruens oleum, nil læsa suscepit: sed
tandem gladio in viscera merso percussa est,
nec tamen mortua, donec venientibus sacerdoti-
bus communionem Domini Corporis & sanguinis
accepit. Ipso die, sancti Autberti, Cameracen-
sis episcopi, p signis virtutum & doctrinis clari.
In cuius diebus ecclesia sibi credita feliciter floruit.

¶ In pago Pontino, sancti Iudoci confessoris, filij
H b regie

regis Britonum, peregrini. In territorio Argentinensi, sanctæ Othiliæ virginis. 8 Die decima tertia, sanctorum martyrum, Eustratij, Auxentij, Eugenij, Mardarij, & Orestij.

De his Simoni Me-
sapher.

Niceæ, sancti Bassi, qui duobus clavis transfixus, interijt sub Decio. Feria quarta post natalem Lucie, ieiunium triduanum hiemale, siue decimi mensis. de quo octo habentur homiliae Leonis, papæ primi.

Suscipiendus autem ANNOTATIONES.

1 Lucie celeberrimi actus passim extant Ms. Item Sigebertus de viris illustribus cap. ultimo, Scripsi, ait, passionem sanctæ Lucie, quæ Metis in ecclesia sancti Vincentij requiescit, alchaico metro. Quibusdam etiam reprehendentibus illam sanctæ Lucie prophetiam, Annuncio vobis pacem, ecclesie Dei datam, Dioclitiano eiecto de regno suo, & Maximiano hodie mortuo: respondi, diligenter considerata temporum ratione, & rerum veritate. Scripsi nihilominus sermonem in laudem ipsius virginis, in quo translationes ipsius à Sicilia in Corsinum ciuitatem Italiae, & à Corsino in Merimobem Gallie, ordinata temporum consequentia digesta. Habentur Gemb'aci.

2 Iudoci vita extat Ms. auctore Florentio abbate.

14 Dec. E Decimo nono Calendas Ianuarij, luna 6. 17. 27. 9. 20 / 1. 12. 23. 4. 15 / 26. 7. 18. 28. 10 / 21. 2. 13. 24

1 **A** Pud Cyprum, natalis sancti Spiridonis episcopi, qui fuit vnus ex illis confessoribus, quos Maximianus dextris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnauerat: quiq; cum prophetiam duceret vitam, etiam signorum gloria inclytus fuit. Alexandriae, sanctorum martyrum, Heronis, Arsenij, Isidori, & Dioscori pueri. quos iudex, sub persecutione Deciana, varijs tormentis dilanians,

S. Dio. Alex.
6 h. s. eccl. c.
34 / Rufini
31.

dilani
deret
rus ve
tu ad
In A
Sozim
sti Ni
tibus p
sem pro
Eutrop
sterio S
episcop
dar aby
austro c
b Ite
episcop
¶ A
Elix. q
coniectu
Leod
duæ recl
1 De S
5 (In qu
vicentio
in Decem
Suida
pus, dif
sancti pa
cius, ve
2 Fole
thienses
3 Odil
Dec
7. 18. 28.

dilanians, cum pari modo constantia fidei videret armatos, tradi ignibus iubet. Dioscorus vero multipliciter flagellatus, diuino nutu ad consolationem fidelium est dimissus.

In Antiochia, sanctorum martyrum, Drusi, Sozimi, Theodori. Item Remis, passio sancti Nichasij episcopi. qui Missarum solennitatibus peractis, a Vuandalis intra ecclesiam Remensem pro fide Christi est decollatus. Et sanctæ Eutropiæ virginis, sororis eiusdem. p Monasterio Sithiu, transitus beati Folquini, Morinorum episcopi. cuius vitæ & sanctitatis meritum commendat abyssus vehemens aquarum, vna nocte flante austru congelata, ad eius corporis transitum.

b Item beati Lupicini, Viennensis ecclesiæ octauis episcopi.

¶ A scaloni, sanctorum martyrum, Aris, Promi, & Eliæ. quorum primus ob fidei confessionem in rogam coniectus fuit, reliquis duobus capita sunt amputata.

Leodij ad sanctum Agidij, obitus beatæ Odiliæ viduæ reclusæ.

ANNOTATIONES.

1 De Spiridone scribunt Rufinus lib. 10 hist. eccl. cap. 5 (In quem locum est 11 obseruatio Laurentij à Villa vicentio de ratione studij theologicici lib. 4 cap. 1) Simcon in Decembri / & Cassiodorus lib. 1 tripartitæ cap. 10.

Suidas in voce Triphyllius, Triphyllius, ait, episcopus, discipulus Spiridonis Cyprij, miraculis clari, eius sancti patris miracula descripsit, vt scriptum est in vita eius, versibus Iambicis.

2 Folquini Morinensis episcopi vitam scripsit ad Sithienses, Folquinus abbas Lobienfis, circa annum 990.

3 Odiliæ reclusæ vita est Ms. libris tribus.

Decimo octauo Calendas Ianuarij, luna 15 Dec. F

7. 13. 28. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. 16 / 27. 8. 19. 29. 11 / 22. 3. 14. 25

Hh 2 Apud

8. hist. eccl. 6.
20 noua
versionis
3

Victor Afri-
sanus lib. 1
al. ministe-
ria
Camisa pro
linea veste
militari. de
qua Hier. ad
Fabiolam de
vestibus sa-
cerd.
al. nudo

A Pud Africam, beati Valeriani episcopi & confessoris. † qui cum esset annorum plus quam octuaginta ^b tempore Vuandalicæ persecutionis, cum ex præcepto Gensericici regis Ariani ad tradendum diuina * mysteria, & libros, arctarentur cuncti Domini sacerdotes, ita vt ijdem impij Ariani de ipsis pallis altaris camisas sibi & femoralia facerent, viriliter ne sacramenta diuina traderet, dimicans, extra ciuitatem singularis expelli iussus est: & ita præceptum vt nullus eum neque in domo, neque in agro, dimitteret habitare. Sicque in strata publica, multo tempore † nudus sub aëre iacens, in confessione catholicæ veritatis, & defensione sanctimonij, cursum beatæ vitæ cōpleuit. In territorio Aurelianensi, sancti Maximini confessoris. ^g Die decima quinta, sancti patris Pauli, qui fuit in occulto.
Si quis de diuine Sacerdotum.

16 Dec. G Decimo septimo Calendas Ianuarij, luna
8. 19. 29. 11. 22 / 3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 26

Dan. 3 / Isid.
de patribus
test. c 58
al. Noua.

Trium puerorum, Ananiæ, Azariæ, & Misælis. † quorum corpora apud Babyloniā sub quodam specu sunt posita. Rauen-
næ sanctorū, Valentini, † Naualis & Agricolæ.
^b Vienna, beati Adonis episcopi. ^p In Gallijs, apud Tornacum, monasterio Cisoniensi, depositio Eyrardi, ducis Foro-Julienensis. ^q Item, depositio sanctæ Adelheidis imperatricis. In Hybernia, natalis Beani, primi episcopi Aberdonensis, & confessoris.

^r Ambianis, receptio faciei beati Ioannis Baptistæ.

prista. In Hispanijs, ex constitutione decimi Concilij Toletani, festum annunciationis beatæ cap. 1

Mariæ. Si quis Monachus peregrinus &.

ANNOTATIO.

1 De Adelheide. Lupoldus Bebenburgensis in libro de veterum principum Germanorum fide & religione, capite 13. Si quis Adelheidis in diuino cultu vigilantiam, ac aliarum virtutum eius merita, nec non quot ecclesias construxerit vel reparauerit, scire uoluerit, de his ex ipsius vita quam venerabilis Odilo abbas Cluniacensis plene descripsit, quæ in quibusdam Germaniæ ac Burgundiæ ecclesijs reperitur, plenius poterit informari. Est Ms. Marcenis.

Decimo sexto Calendas Ianuarij, luna 17 Dec. A

9.20. 1.12.23 / 4.15.26.7.18 / 29.10. 21.2.13 / 24.5. 16.27

TRanslatio † sancti Ignatij, episcopi & De qua
martyris. qui tertius post beatum Petrum *Euagr. l. 3*
Antiochenam rexit ecclesiam. Hic Romæ dentibus cap. 16

bestiarum passus, ab vrbe Roma Antiochiam delatus, iacet extra portam Daphniticam, in cœmeterio ecclesiæ. Eodem die beati La- Ioan. 11

zari. quem Dominus Iesus in Euangelio legitur resuscitasse à mortuis. In Oriente, apud Eleutheropolim ciuitatem, sanctorum martyrum quinquaginta, qui sub Saracenis passi sunt.

Andanij, p: apud septem ecclesias, transitus beate Begghæ viduæ, q sororis sanctæ Gertrudis. p Ipso die Bigardis, beatæ Viniuine virginis. quæ quanti-
spud Dominum sit meriti, surdi, contracti dæmoni-
naci, pristinam sospitatem adepti, fideliter pro-
stantur.

Quod si superfluum aut vitiosus &.

Hh 3

Decimo

18 Dec. B

Decimo quinto Calendas Ianuarij, Luna

10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28

for. Ro. 16

epist. vnica

De Gati. Gr.
Tur. 10. hist.
6. 31

A Pud Macedoniam, ciuitate Philippis, natalis beatorum martyrum, Rufi † & Sozimi. Hi ex eorum numero discipulorum fuerunt, per quos primitiua ecclesia in Iudæis & Græcis fundata est. De quorum etiam felici agone scribit beatus Polycarpus, in epistola ad Philippenses. In Africa, passio sancti Moyses. Turonis, sancti Gatiani, episcopi & confessoris. qui ab vrbe Roma eidem ciuitati primum directus, multis claris miraculis, quieuit in pace. *Si quis Abbas sibi presbyter.*

ANNOTATIO.

1 De Moysete, hoc fortè, sanctus Cornelius papa, apud Eusebium lib. 6 cap. 35 interprete Christophorono / & Pamelius in Cypriani epistolam 16.

19 Dec. C

Decimo quarto Calendas Ianuarij, Luna

11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29

S. Dionys.
Alex. 6. hist.
eccl. c. 34/
Rufi. 31

A Pud Ægyptum, beati Nemelij martyris. † qui primo per calumniam quasi latro indicatus delatus est Æmiliano: quo crimine absoluto, postea quod Christianus esset defertur. In hoc vero nulla miseratio reseruatur: sed ab Æmiliano iudice geminatis supplicijs excruciat, cum latronibus iussus est incendi, Saluatoris perferens similitudinem, qui vna cum latronibus pertulit crucem. Ciuitate Nicæa, sancti Darij martyris. Item Antifiodoro, sancti Gregorij episcopi, & confessoris.

¶ P: Eodem

¶ p: Eodem die repositum est corpus sancti Huberti, in crypta. Ordines suos in Monasterio.

Decimo tertio Calendas Ianuarij, luna 20 Dec. D

12.23.4.15.26 / 7.18.29.10.21 / 2.13.24.5.16 / 27.8.19.30

A Pud Alexandriam, beatissimorum martyrum, Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenui, & Theophili. * qui tribunalibus astantes, cum quidam Christianus in supplicijs positus trepidaret, & iam pœne ad negandum declinaret, vultu, oculis ac nutibus, conabantur illum erigere. Cumque hac de causa clamor totius vulgi in eos profiliret, prorumpentes in medium, Christianos se esse testantur: per quorum victoriam Christus ilico victoriosissime triumphauit, suisque animi constantiam dedit. In Thracia, ciuitate Gelduba, sancti Iulij martyris. In Amphitrea, sancti Liberati.

S. Dion. 6
bist. eccl. c.
34 / Rufini
31.

Item eodem die, vigilia sancti Thomæ Apostoli. q In Hispanijs, Silensi monasterio, sancti Dominici abbatis. qui vitæ sanctitate, ac miraculorum frequentia clarus, migravit anno millesimo septuagesimo quarto.

¶ Item beati Philogonij, qui ex patrono causarum factus fuit episcopus. cuius memoriam insigni homilia celebravit Ioannes Constantinopolitanus, cognomento Chrysostomus, quinto die ante natalem Christi. In ipsa appellatione.

in sine 1093.

Duodecimo Calendas Ianuarij, luna 21 Dec. E

11.24.5.16.27 / 8.19.30.11.22 / 3.14.25.6.17 / 28.9.20.1

N Atalis beati THOMÆ Apostoli, qui Parthis & Medis Euangeliū prædicans, passus

Hh 4 est in

Luna
5. 6. 17. 28
ppis, na
† & So
orum fue
udæis &
am felici
bistola ad
cti Moy
iscopi &
n ciuitati
uljs, quie
papa, apud
orfono / &
Luna
26. 7. 18. 29
martyris
latro iudici
uto, postea
vero nulla
iudice ge
latronibus
ens simili
ertulit cru
ij martyris
ij episcopi
¶ p: Eodem

DECEMBER.

est in India, ac non multo post translatus est ad Edissam urbem. Eodem die, in Tuscia, natalis sanctorum, Ioannis & Festi. Eodem die, sancti Severini secundi, episcopi Treuirenensis.

ANNOTATIO.

1 De S. Thoma nonnulla habemus Ioan. 20, 11, 14, 21 / apud Eusebium lib. 3 hist. eccl. cap. 1 / Rufinum lib. 11. cap. 5 / Chrysostomum homilia 26 in epistolam ad Hebræos / auctorem operis imperfecti in Matthæum, hom. 2 / Sophronium de viris illustribus cap. 8 / ex synopsi Dorothei / Cassiodorum lib. 10 tripartitæ cap. 28 / Metaphrastem 14 Nouembris / Gregorium Turonensem de gloria Martyrum capite 31 / & Martyrologos 3 Iulij. Item apud D. Lindanum Dubitantij dialogo primo, & alibi / Sixtum Senensem bibliothecæ sacræ lib. 2 / Ioannem Heze in itinerario / epistola 5 inter Indicas / 9 & 10 inter Iapanicas. Neque mirandum est pauca tantum de hoc Apostolo apud prædictos legi, & inter ea quædam non omnino certa: quia, vt annotat Melchior Canus, libro 11 de locis Theologicis, historia Thomæ Apostoli apocrypha est, & commentitia, non solum Gelasio, distinctione 15 cap. Sancta Romana ecclesia, sed etiam Augustino lib. 22 contra Faustum, cap. 79 / & libro aduersus Adimantum cap. 17 / & libro 1 De sermone Domini in monte cap. 38. *In Abbatis ordinatione.*

cap. 3

22 Dec. F

Vndecimo Calendas Ianuarij, Luna

14. 25. 6. 17. 28 / 9. 20. 1. 12. 23 / 4. 15. 26. 7. 18 / 29. 10. 21. 2

Romæ via Lauicana inter duas lauros, natalis triginta martyrum. qui omnes vna die persecutione Dioclitiani coronati sunt.

Hist. eccl. lib. 6 c. 34 / Rufini 31.

Alexandriæ, beati Schirionis martyris. † Is cum ad sacrificandum blanditijs atque iniurijs cogere, & contemneret, præacuta sude per media viscera transuerberatus, neci traditur. Ciuitate Ostia, sanctorum, Demetrii, Honorati, & Flori.

& Flori. **b** Ipso die, aliorum quam plurimorum
 martyrum, qui in desertis & montibus apud Aegy-
 ptum oberrantes, fame, siti, frigore, languore, la-
 tronibus, bestiisque consumpti sunt. Qui omnes imi-
 tati electos Dei prophetas, gloria martyrij coronati
 sunt. inter quos & venerandus senex Chæremôn. Hic
 episcopus vrbis Aegypti, quæ dicitur Nilopolis, cum
 ad Arabicum montem, vna cum grandæna coniuge,
 discessisset, nulli vltra apparuit. *Ordinatus autem.*

*Scribit ibidē
 S. Dio. Alex,
 episcopus.*

Decimo Calendas Ianuarij, luna 23 Dec. G

15. 16. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 30. 11. 22. 3

A Pud Nicomediam, sanctorum martyrum
 viginti *. quos Dioclitiana persecutio
 gravissimis cruciatis tormētis, martyres Chri-
 sti fecit, & beatos sanctorum numero in cælis
 coniunxit. Romæ, natalis sanctæ Victoriæ
 virginis, sub persecutione Decij imperatoris.
 quæ cum esset desponsata à quodam pagano, &
 nec nubere vellet, nec sacrificare, post multa
 facta miracula, inter quæ plurimas Domino
 virgines aggregauerat, percussa est gladio in
 corde à carnifice, rogatu sui sponsi. Item Ro-
 mæ, sancti Seruuli. de quo beatus Gregorius
 scribit, quod à primæua ætate vsque ad finem
 vitæ paralyticus iacebat: ad cuius tumbam mi-
 racula creberrime fiunt. *g Die vigesima tertia,
 sanctorum decem martyrum in Creta.*

*1
 g millium*

*4 dial. c. 14.
 & bomil. 15
 euang.
 de 10 mar-
 tyribus Me-
 taphrastes.*

p Eodem die translatio beati Lamberti, ab
 ecclesia sanctæ Mariæ in cryptam, & eiusdem cry-
 ptæ dedicatio in honore omnium sanctorum. *q Pa-
 gesis Franc. l. 2. c. 18. 19*

rijjs, dedicatio † basilicæ in honore sanctæ Crucis,
 Hh 5 & sancti

s est ad
 ia, na-
 lem die,
 14. 21/a
 b. 11. cap.
 ebraeos/
 1. 2/ So-
 si Dor-
 etaphra-
 n de glo-
 lij. Item
 & alibi/
 nmem
 & 10 inter
 m de hoc
 dam non
 nus, libro
 stoli apo-
 o, diffin-
 m Augu-
 a aduerfus
 omni in
 one,
 una
 10. 21. 2
 lauros,
 omnes
 ati sunt.
 yris. † Is
 que inu-
 uta sude
 traditur.
 honorati,
 & Flori.

DECEMBER.

& sancti Vincentij martyris. & depositio domini
Childeberti regis. Eodem die, Dagoberti regis
Francorum.

Ciuitate Brixinensi, depositio beati Hermanni confel-
soris, eiusdem ciuitatis episcopi, præclari in miraculis.

ANNOTATIONES.

1 De martyribus Nicomediæ sub Dioclitiano scribit
Eusebius lib. 8. hist. eccl. cap. 5 & 6.

2 Victoriæ passio breuiter est ab Adone annotata. De
eâdem est metrum vltimum sancti Aldhelmi episcopi
lib. 2 De virginibus.

3 De Dagoberto. Annonius vel Aimonius de gestis
Francorum lib. 4 cap. 17. Dagoberti actus, licet à non nul-
lis separatim digesti habeantur, ne eos facta eius lateant,
apud quos præfata non inuenitur scriptura, ea nos libuit
perstringere. / vsque ad caput 35. *Sæpius quidz.*

24 Dec. A Nono Calendas Ianuarij, luna

16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 1. 12. 23. 4

In vigiliam
sunt Bernar-
di sermones
6.

Vigilia natalis Domini. Apud Antiochiâ
Syriæ, natalis sanctarum virginum qua-
draginta. quæ sub Deciana persecutione per di-
uersa tormenta martyrium consummauerunt.

Greg. passio
habetur Le-
genda to. 2.

Apud Spoletum, ciuitatê Tusciæ, sancti Gre-
gorij presbyteri & martyris, téporibus Diocli-
tiani & Maximiani imperatorum. qui primo fu-
stibus nodosis cæsus, ac deinde post craticulam
& carcerê, carduis ferreis in genibus percussus,
sed & ardentibus lampadibus per latera incen-
sus, tandem decollatus est. Ciuitate Tripoli,
sancti Luciani. Treueris, Horreo monasterio, de-

positio sanctæ Irminæ virginis, filie Dagoberti re-
gis. quem locum præfatus rex de horreo suo constru-
xerat, multisque redivibus dotaauerat.

ANNO

ANNOTATIO.

Irminæ caput quiescit in Spanheim. qua occasione loci eius abbas Ioannes Tritthemius, vitam virginis conscripsit. *Quod si aut locus expetit, aut congregatio.*
 Octauo Calendas Ianuarij, luna *25 Dec. B*

17. 28. 9. 20. 1/12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. 1

A Nno à creatione mundi, quando in principio **1**
 Deus creauit cælum & terram, quinto millesimo centesimo nonagesimo nono: qui annorum numerus complebatur in proximo sequente mense Martij, eiusdem mensis die vigesimo: in illa enim creatus est mundus. A diluuiio vero anno secundo millesimo nonagesimo quinquagesimo septimo: qui numerus complebatur decimo septimo die sequentis Aprilis. A natiuitate Abrahamæ anno secundo millesimo quinto decimo: A Moysè & egressu populi Israël de Aegypto, anno millesimo quingentesimo decimo: Ab vnctiōe Dauid in regem, anno millesimo trigesimo secundo: A prima autem olympiade, anno octingentesimo: Ab vrbe Roma condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo: Hebdomada sexagesima tertia, iuxta Daniëlis prophetiam, scilicet anno **Daniel. 9**
 quadringentesimo quadragesimo, vel circa: sexta mundi ætate, ianuis clausis, toto orbe in pace composito †, æternus Deus, æternique Patris filius, mundum volens suo aduētū pijsimo consecrare, de Spiritu **Orosius l. 6**
 sancto conceptus, nouemque post conceptionem decur- **cap. 20, 22 /**
 sis mensibus, **lib. 9 cap. 2**
 & 3.

‡ Hic dicitur alta voce.

IESVS CHRISTVS FILIVS DEI IN **Luc. 2**
BETHLEHEM IVDÆ NASCITVR, **Bernardus**
 anno Cæsaris Augusti quadragesimo secundo, **ser. 1 & 6**
 olym- **vigilia.**

2 olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ.

Eodem die, natalis sanctę Anastasię, sub Dioclitiano imperatore, quę pro confessione Domini diutina custodia macerata, deinde cum ducentis viris, & septingentis fœminis, ad insulas Palmarias delata, ipsa quidem igni: cæteri vero varijs interfectionibus, martyrium celeberrunt. Romę, in cœmeterio Aproniani, passio beatę Eugenię virginis. quę tempore Galieni imperatoris, post virtutum insignia, post sacros virginum choros, sub Nicetio vrbs præfecto, pro Christo diu agonizans, nouissime gladio iugulata est. *¶ Gordana castro, sancti Romuli confessoris. Ad portam Monasterij.*

ANNOTATIONES.

1 Octauo Calendas Ianuarij carnibus propter festi excellentiam vti licet, secundum consuetudinem ecclesię generalis: nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob deuotionem voluerint abstinere. Scribit Honorius tertius Pragensi episcopo, De obseruatione ieiuniorum, Cap. Explicari. In quibusdam etiã ecclesijs vsque ad diem Purificationis permissum est sabbathis diebus vesca carnibus, ob gaudium Dominicę natiuitatis. Ab hoc autem festo, nonnulli nominantur Natales & Christiani.

2 Anastasię celeberrima passio, quę etiã Chryfogoni, & aliorum certamina continet, Ms. habetur, cum præfatione Anastasij bibliothecarij. Ex ea Suidas in suum Lexicon transposuit epistolas Chryfogoni & Anastasiz, in litera χ.

3 Eugenię gesta habentur cum vitis patrum, alphabeto 14/ & apud Metaphrastem.

26 Dec. C

Septimo Calendas Ianuarij, luna

18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.6

id est, villa Gamalielis.

A Pud Hierosolymam, ^b Capbar Gamala, natalis beati STEPHANI protomartyris.

tyris. qui à Iudæis non longe post passionem Christi lapidatus est, eodem scilicet anno ascensionis ipsius. Huius venerabile corpus, tempore Honorij principis, diuina reuelatione repper- tum est. Romæ, via Appia, depositio sancti Dionysij papæ †. qui fidei documentis, sub Claudio imperatore, clarus effulsit. Eodem die, sancti Marini, clarissimi viri, qui martyrij triumphum sub Martiano Romæ adeptus est.

Eodem die, Zosimi papæ. hic post beatum Petrum quadragesimus tertius, constituit cæreum benedici in sabbatho sancto. g Die vigesima sexta, sancti martyris Euthymij, episcopi Sardeorum.

Act. 6. 7. 8.

Pontificale cap. 26

2

3

De Eusby. Zonaras 100

ANNOTATIONES. *Dirigendi fratres in viam.*

1. De Stephano, Actuum 6, 7, 8. Beati Luciani libellus, de eius reuelatione, allegatur à Beda libro retractationum in Acta, ad cap. 8/ & ab Vsuarado, tertia die Augusti: ubi indicauimus eum Louanij excusum esse inter sermones Augustini. Ibidem adiuncti sunt duo libri Eusebii, episcopi Vzalensis, de miraculis beatissimi Protomartyris. Item sancti Augustini de beato Stephano plurimi sermones, & quod de miraculis eius scribit libro de ciuitate Dei cap. 8. Extat etiam Gregorij Nysseni episcopi, vt Suidæ verbis dicam, nunquam satis laudata protomartyris Stephani prædicatio. Et homiliæ aliorum.

2. Marini gesta citat Vincentius Speculi historialis lib. 1. cap. 38. 39 & 40. Vsuardus habebat (sub imperatore Martiano) sed Vincentius cap. 40. Nullum ait imperatorum, qui ecclesiam persecuti sunt, Martianum appellari reperi. Sed forte ipse fuit Martianus præses, sub quo passus est sanctus.

3. De Zozimo Prosper in Chronicis An. 420/ & Anastasius cap. 43 Pontificalis. Onuphrius addit Basilij ad Innocentium papam Ms. epistolam. Quomodo cæreum Paschalem instituerit benedici, pulchre explicat Thomas Vualdenfis, tomo 1, cap. 166. Nam antea eius cærei vsum quoque

De Eusby. Zonaras 100

De Eusby. Zonaras 100

De Eusby. Zonaras 100

quoque fuisse, indicat Prudentij hymnus; Cathemer-
non, & Nazianzeni sermo de sancto Pascha.

27 Dec. D Sexto Calendas Ianuarij, Luna

19.30.11.22 3/14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.7

A Pud Ephesum, natalis beati I O A N N I S
Apostoli & Euangelistæ. qui ob exilij re-
legationem, post Apocalypsis diuinam reuelationem, post Euangelij descriptionem, vsque ad
Traiani principis tempora perseuerans, totius
Asiæ fundauit, rexitque ecclesias; & confectus
senio, sexagesimo octauo post passionem Do-
mini anno, ætatis autem suæ nonagesimo nono,
mortuus est, ac iuxta eandem urbem sepultus.

Alexandriæ, sancti Maximi episcopi. qui sa-
tis clarus & insignis titulo confessionis effectus
est. *In partibus Aquileiæ, sancti Zoëli, presby-
teri & confessoris. qui in passione beati Chrysogoni
legitur. & Eodem die, sancti patris & confessoris,
Theodori scriptoris, & fratris eius Theophani
poëtæ. Si cui fratri aliqua forte grauiâ.*

*imprimenda
de utroq.
Metaph.*

ANNOTATIONES.

1 De Ioanne Euangelista, sacra Scriptura, potissimum
Matth. 4/ Ioan. 21, 13, 19/ Lu. 8, 22/ Act. 3, 4, 8/ Gal. 2/
& ipsius sacra volumina / Item Eusebius lib. 3 historia
cap. 17, & 18 / apud Rufinum 23, 24 / Hieronymus in
cap. 6 ad Galatas, de uiris illustribus cap. 19. & lib.
1 contra Iouinianum / Isidorus de patribus noui Testa-
menti cap. 74 / Augustinus tractatu ultimo in Ioannem /
Sermones P. Damiani / Homilia Bedæ & similia. Ioan-
nes diaconus vitæ Gregorij lib. 3 cap. 58, 59 / Irenæus
lib. 3 cap. 3 refert zelum eius contra hæreticum / Chry-
sostomus ad Theodorum lapsum, insignem illam de la-
trone historiam, celebriter commemorat / Cassianus colla-

Cathemer
una
/ 4. 15. 26. 9
ANNI
b exilij re-
am reuela-
y, vsque ad
ns, totius
confectus
onem Do-
mo nono,
n sepultus.
ppi. qui sa-
is effectus
li, presby-
hryfogni
& confesse-
Theophani
auia.
potissimum
r, 8 / Gal. 2
3 historia
ronymus in
19. & lib.
noui Testa-
1 Ioannem
nilia. Ioan-
9 / Irenaeus
um / Chry-
illam de la-
Cassianus
colla.

collatione 24 cap. 21, addit de auicula, & quod arcus non possit semper esse intensus. Aliqui addunt Prochorum, Melitonem, Abdiam, sed scriptores vitae eius, apud ecclesiam ignotos.

De Maximo scribit Eusebius lib. 7 historiae cap. 10: item in noua versione cap. 22, & 24 / apud Rufinum cap. 25.

Quinto Calendas Ianuarij, Luna 28 Dec. E
11. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 18. 29 / 10. 21. 2. 13. 24 / 5. 16. 27. 8

Bethlehem Iudæ, natalis sanctorum INNOCENTIVM. qui ab Herode rege interfecti sunt b trigesimo quinto anno regni sui: Matt. 26
cui anno trigesimo sexto morbo intercutis aqua & Euf. 1 hist.
patentibus toto corpore vermibus miserabiliter, & eccl. 6. 8
igne, mortuus est. Ancyra Galatiæ, sanctorum Eurychij presbyteri, & Domitiani diaconi,
In Africa, natale sanctorum, Castoris, Victoris, & Rogatiani. Precauendum est, ne quauis occasione.

Quarto Calendas Ianuarij, Luna 29 Dec. F
11. 13. 24. 5 / 16. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9

Hierosolymis, Dauid regis. In Anglia, in ciuitate Cantuaria, sancti Thomæ archiepi-
sopi & martyris. qui ob defensionem iustitiæ, in ecclesia sua gladio percussus, migravit ad Christi-
anum. Apud Arelatem, natale sancti Tro- Act. 20. 27
phimi. cuius meminit Paulus scribens ad Ti- 2 Tim. 4
motheum. qui ab eodem episcopus ordinatus, præfatae vrbi primus, ob Christi Euange-
lium prædicandum, directus est. Ex cuius fonte, vt papa Zosimus scribit, tota Gallia
fidei riuulos accepit. In pago Oxinensi, sancti Ebrulphi confessoris. cuius gesta habent.

habentur. P Item natalis beati Hildevardi
Tullensis episcopi.

De Marcello ¶ Eodem die, sancti patris Marcelli, archimandrita
Metaph. monasterij Non dormientium. *Vetetur in Mōnrio.*

ANNOTATIONES.

1 Davidis acta habentur à 1 Regum 13, vsque ad
Regum 2.

2 Thomæ Cantuariensis vitam, & martyrium, confite-
pserunt contemporanei eius, & familiares, Herbertus
de Hoscham, eius indiuiduus comes, postmodum Car-
dinalis, & archiepiscopus Beneuentanus / Ioannes Sa-
lisberiensis, episcopus Carnoti / Guilelmus Cantuarien-
sis / Alanus abbas Tenkesbyriæ / & Benedictus abbas
sancti Petri de Burgo / E quibus omnibus extat conce-
tenata eius vita, cum processu super ecclesiastica liber-
tate, Parisijs impressa, Anno 1495.

3 De Trophimo, Zosimi verba non extant in eius de
cretalibus, sed citantur quoq. à Beda die 28 Nou. & Pe-
tro Cluniacensi cap. 8 contra Henricianos.

30 Dec. G

Tertio Calendas Ianuarij, Luna

22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29

De his latinis
Beda, &
ijsdem ver-
bis Ado.

A Pud Spoletum, natalis beati Sabini epi-
scopi, Exuperantij & Marcelli, diacono-
rum, & Venustiani, cum vxore sua, & filijs, sub
Maximiano imperatore. Ex quibus Marcellus
& Exuperantius, primo equuleo suspensi, de-
inde fustibus grauiter macerati, post vnguis
abradi, & laterum adustione affati, martyrium
compleuerunt. Venustianus autem non multo
post, vna cum vxore & filijs, necatus est: sanctus
vero Sabinus, post manuum detruncationem, &
diutinam carceris releuationem, ad mortem
vsque cæsus est. Horum itaque martyrium, licet
diuerso extiterit tempore, vno tamen recolitur
die.

die. Alexandriae, sancti Mansueti martyris, cum alijs decem. *Mediolani, Eugenij archiepiscopi. g Die trigesima, sanctae martyris Any-* De Anyse
sciae. & Zotici presbyteri, orphanorum altoris. Metap.
r Romae, sancti Felicis episcopi. q Compo-
stelle in Gallicia, aduentus corporis sancti Iacobi
Apostoli. qui, quod viua voce non potuit, cadauere
trunco, Christianam pietatem mentibus Hispano-
rum ingessit. Ipso die, p aduentus corporis sancti
Vinmoci in Bergas, anno ab incarnatione Domini
ingentesimo, indictione tertia. Obedientiae bonum.

Pridie Calendas Ianuarij, luna 31 Dec. A

13. 4. 15. 26. 7 / 18. 29. 10. 21. 2 / 13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11

Romae, natalis sancti Siluestri papae. cuius i
 actus clari habentur. Apud Senones, i
 reatorum, Sabiniani episcopi, & Potentiani.
 qui à Pontifice Romano ad praedicandum di-
 missi, eandem Metropolim martyrij sui con-
 fessione illustrem fecerunt. Et in eadem vr-
 be, sanctae virginis Columbæ. † quæ superato Passio Co-
 lumbæ, Le-
 gne, gladio caesa est. Retiariae, sancti Her- gende 10. a.
 metis exorcistae. Eodem die, sancti Barbatiani 2
 confessoris.

g Die trigesima prima, sanctae Melanæ Roma- 3
 nae. r Et aliorum plurimarum sanctorum, marty-
 rum, confessorum, atque virginum.
 Respondetur. Deo gratias. Sicut est Zelus amaritud.

ANNOTATIONES.

De Siluestro Pontificale cap. 34 / & Metaphrastes. A-
 ctus extant Ms. libris duobus. De quibus sic scribit Ge-
 rardus distinctione 15. Item actus beati Siluestri Apostoli-
 cae sedis praesulis, licet eius qui scripsit nomē ignoremus, à

Ii multis

DECEMBER.

multis tamen in vrbe Romana Catholicis, legi cognouimus: & pro antiquo vsu, multæ hoc imitantur ecclesiæ. Ab hoc baptizatum esse Constantinum, tradit, inter cæteros, Reginaldus Polus, cum actis Concilij Tridentini Louanij excusus. Donationem contra Laurentium Vallengem duobus libris defendit Augustinus Steuchus Eugubinus. Dies autem Siluestri apud maiores festus fuit, vt constat ex Concilio Lugdunensi de consecratione dist. 3, & ex Gregorio 9 tit. de festis. Cui festo causam dedisse puto splendorem illum, & nouam ecclesiæ faciem, ipsiusque Constantini donationem, vere munificam.

2 Barbatiani vitam scribit Petrus Damiani sermone historico, tomo 8 Aloysij.

3 Melanæ Romanæ historiæ per Simconem Metaphrasten, est to. 1 Surij pag. 741.



Anno
Dni
1571 g
1572 f
1573 d
1574 c
1575 b
1576 a
1577 f
1578 e
1579 d
1580 c
1581 a
1582 g
Index
1583 f
1584 e
1585 c
1586 b
1587 a
1588 g
1589 e
1590 d
1591 c
1592 b
1593 g
1594 f
1595 e
1596 d
1597 b
1598 a
1599 g
1600 f

Index festorum mobilium.

Anno Litera Septuag. Feria 4. Pascha Festum Pen-
Dni. Dñica. initium. Cinerum. Domini. tecostes.

1571	g	11 Febr.	28 Febr.	15 Apr.	3 Iun.
1572	f e	3	20	6	25 Maij.
1573	d	18 Ian.	4	22 Mar.	10
1574	c	7 Febr.	24	11 Apr.	30
1575	b	30 Ian.	16	3	22
1576	a g	19	7 Mart.	22	10 Iun.
1577	f	3 Febr.	20 Febr.	7	26 Maij.
1578	e	26 Ian.	12	30 Mart.	18
1579	d	15 Febr.	4 Mart.	19 Apr.	7 Iun.
1580	c b	31 Ian.	17 Febr.	3	22 Maij.
1581	a	22	8	26 Mart.	14
1582	g	11. Febr.	28	15 Apr.	3 Iun.
1583	f	27 Ian.	13	31 Mart.	19 Maij.
1584	e d	16 Febr.	4 Mart.	19 Apr.	7 Iun.
1585	c	7	24 Febr.	11	30 Maij.
1586	b	30 Ian.	16	3	22
1587	a	12 Febr.	1 Mart.	16	4 Iun.
1588	g f	4	25 Feb.	7	26 Maij.
1589	e	26 Ian.	12	30 Mart.	18
1590	d	15 Febr.	4 Mart.	19 Apr.	7 Iun.
1591	c	31 Ian.	17 Febr.	4	25 Maij.
1592	b a	23	9	26 Mart.	14
1593	g	11 Febr.	28	15 Apr.	3 Iun.
1594	f	27 Ian.	13	31 Mart.	19 Maij.
1595	e	16 Febr.	5 Mart.	20 Apr.	8 Iun.
1596	d c	8	25 Febr.	11	30 Maij.
1597	b	23 Ian.	9	27 Mart.	15
1598	a	12 Febr.	1 Mart.	16 Apr.	4 Iun.
1599	g	4	21 Febr.	8	27 Maij.
1600	f e	20 Ian.	6	23 Mart.	11.

Hoc anno publicata
reformatio calendarij
per Gregorium sum. pont.
eius nois decimtertium.

Ii 2 ADDI-

ADDITIO DE FESTIS
ALIQUOT MOBILIBVS,
quæ suis locis à nonnullis
leguntur.

De his festis
Ordo Roma-
nus, pag. 24
& sequenti-
bus.



Dominica est Septuagesima, in qua
deponitur Alleluia, quia recedit
sancta mater Ecclesia tempus deu-
tiationis. Unde & nunc legitur
Genesis, in qua ponitur deuitatio
primorum parentum.

Dominica est Sexagesima.

Dominica est Quinquagesima.

Feria quarta, dies cinerum, & initium sacratis-
morum dierum Quadragesimæ. † per quorum obser-
uantiã omnes præteritæ desidiæ castigantur: omnes
negligentiæ diluuntur. Initium quoque, secundum
moderationem Concilij Tridentini, clausi temporis,
usque in Octauas Paschatis inclusiue.

Leo de 40
sermone 1.
Sess. 24 cap.
10 de refor.
matrim.

Dominica sexta Quadragesimæ, festum Palm-
rum. quando Dominus noster Iesus Christus sedens
super pullum asinæ venit Hierosolymam. cui turba
cum ramis palmarum venit obuiam.

Triduo se-
quenti non
legitur Mar-
tyrologium
ad Primã.

† Feria quinta, cœna Domini, quando Dominus
noster Iesus Christus lauit pedes discipulorũ, et exten-
dit: & tradidit eis Corporis & Sanguinis sui mysteria.

Feria sexta, passio & crucifixio Domini nostri
IESU Christi, Hierosolymis, in loco Caluarie.

Sabbatho, vigilia Paschæ, & sabbathum sanctum,
quo Christus quieuit in sepulcro.

Dominica die, solennitas solennitatum, & apud
urbem sanctam Hierosolymam RESURRECTIO
Domini

Domini nostri IESU Christi, Salvatoris mundi, qui Pascha nostrum immolatus est Christus. Qui secundum Prophetarum voces, triumphata morte, ac spoliato inferno, tertia die, hoc est, Dominica die Paschæ, monumento clauso surrexit. Cuius sanctum sepulcrum, ut Esaias Propheta prædixit, gloriosum esse cunctis gentibus demonstratur. Esaiæ 11.

Sabbathum in albis

Dominica in albis.

Feria sexta post octavas Paschæ, festum lanceæ Christi & clavorum, institutum anno salutis supra millesimum, trecentesimo quinquagesimo tertio, ab Innocentio sexto, petente Carolo imperatore, huius nominis quarto.

Ferijs tribus ante solennitatem Ascensionis Dominice, litania minor, quam beatus Mamertus instituit, siue dies rogationum, in quibus nonnullis locis ieiunatur, alijs verò à carnibus & ientaculo abstinentur: omnibus autem Litanie & Rogationes in compunctione cordis, & contritione spiritus celebrantur, pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugum, pro rabie luporum, non tantum visibilium, sed & inuisibilium, & pro cæteris necessitatibus.

Feria quinta, festum ASCENSIONIS DOMINI nostri Iesu Christi, quando de monte Oliueti, corporaliter supra omnes caelos, ascendit.

Sabbatho, vigilia Pentecostes.

Dominica die, festum PENTECOSTES, quando spiritus sanctus super discipulos Christi descendit.

Quarta sabbathi, intra solennitatem Pentecostes, ieiunium triiduanum æstiuale, quod & Pētecostes dicitur. de quo sunt sermones quatuor beatissimi Leonis.

Ii 3 Domi-

2 *De ferijs, 2 decretal. tit. 9.* *Dominica die, Octava Pentecostes, & festum sanctæ TRINITATIS. quando incipit tempus peregrinationis, quod terminatur in Aduentu.*

3 *Syn. Trid. sess. 13 c. 5.* *Feria quinta, festum SACRAMENTI, id est, Corporis Domini nostri Iesu Christi. quod Urbanus quartus instituit, & magnis indulgentijs dotauit.*

* Quo die hoc præcellum Sacramentum in processionibus reuerenter & honorifice, per vias & publica loca circumfertur, vt veritatis aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitudine positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi, aliquando resipiscant.

Dominica quarta ante Natalem Domini, initium Aduentus Domini nostri Iesu Christi: & solennium nuptiarum prohibitio, vsque in diem Epiphania.

ANNOTATIONES.

1 De Ascensione Domini, Act. 1/ Mar. 16/ locum describit Beda ex Adamanno lib. 5 historiae cap. 18. vbi testatur locum cum seruare impressionem vestigijs Christi. Quod etiam Seuerus habet lib. 2 sacrae historiae, & Paulinus Nolanus epist. 11 ad eundem Seuerum.

2 De sancta Trinitate Franciscus Titelmannus scripsit expositionem Officij, quod Romana Ecclesia cantat, auctore Ioanne Pechano archiepiscopo Cantuariensi. Quæ excusa est cum eiusdem expositione in Canonem Missæ. Tritthemius autem notat Stephanum, episcopum Leodiensem, composuisse cantum de sancta Trinitate, ex Alcuino, quo in octauis Pentecostes vtimur.

3 De venerabili Sacramento Corporis Christi sancti opuscula sancti Thomæ, 57, 58, 59. De indulgentijs autem in hoc festo collatis, per Urbanum quartum, Martinum quintum, & alios Romanos Pontifices, (teste Sixto quarto, Cap. Cum præexcelsa) vide Concilium Viennense, in Clementinis lib. 3 tit. 16, & Eugenium quartum, tomo 4 Conciliorum.

APPEN.

APPENDIX AD VSVARDI MARTY- ROLOGIVM,

Complectens aliquot Sanctos ordine literarum, qui in eius aucto Martyrologio absunt: cum annotatione auctorum qui de eis meminerunt.

A.



Brilij, Alexionis, & Alaphionis, festi dies quotannis ab indigenis celebrantur. qui monasticum viuendi genus excolendo, Christianam religionem in Palæstina multum amplificarunt. Sozomenus lib. 3. cap. 13.

Abundius, mansionarius ecclesiæ sancti Petri, auctoritate beatissimi Apostoli paralyticâ curauit, vir magnæ humilitatis, & grauitatis. Gr. li. 3. dial. c. 25.

Acacius, Amydæ episcopus, conflauit multa vasa aurea & argentea, quæ ecclesia eius ex oblatione Christianorum habebat: quibus redemit exercitum captiuorum Persarum, ad septem millia, qui à Romanis militibus capti, fame consemebantur. Libro II tripartitæ cap. 16, ex Socrate lib. 77 cap. 21.

Acacij Berocæ episcopi domus semper patebat, vt à peregrinis & ciuibus, quibuscunq. placeret, & cibi, & somni capiendi tempore, conspiceretur. Sozom. lib. 7 cap. 27.

Abel primus iustus occiditur, Genesis 4. Inuocatur in litanijs Romanæ ecclesiæ, pro commendatione animæ.

Adæ saluti qui contradicunt, metiuntur omnes. Irenæus lib. 3 cap. 39. Sapientia illum qui primus formatus est à Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Sap. 10.

Adamānus abbas, plurimā partem Scotorū in Hibernia, & nonnullam etiam de Britonibus, ad catholicam Paschalis temporis obseruantiam sua prædicatione correxit. Scripsit idem librū de locis sanctis. Beda lib. 5 historiæ, cap. 16, & 22.

Li 4

Ædesius

Ædesius apud Cæsaream Palæstinæ post vitæ rationem, quam pallio vestitus more philosophi sanctissime traduxerat, post latam à præside sententiam, qua ad metalla erat damnatus, iudicem coarguens, ad extremum in mare proijcitur. Eusebius lib. 8 hist. eccl. cap. 15 nouæ & integræ versionis.

Emiliana & Tarilla, amitæ Gregorij papæ, vno ardore conuersæ, sub districtione regulæ viuentes, in domo propria sociale vitam ducebant, & in amorem conditoris succrescentes, quotidie ad æterna transibant. Gregorius homilia 38 Euang.

Agilegi martyris benedictionem à vobis transmissam, percepimus. Gregorius Dominico Carthag. lib. 10 registri epist. 1.

Aiax à paganis sæpe immaniter vexatus est. Fertur ter modo cū vxore sua congressus, tres sustulisse proles: deinde solitariam duxisse vitam, & postmodum præclare Botolianam gubernasse ecclesiam. Sozom. lib. 7 cap. 27.

Alexander religiosus, tumulum habet Aruernis, de quo frequens infirmorum necessitas eraso puluere consequitur sospitatem. Gr. Turonensis in gloriam confessorum cap. 36.

Amabilis, vici Ricomagensis presbyter, virtutibus magnis præcellens, sæpe serpentibus dicitur imperasse. Ibidem cap. 33.

Amantius, presbyter Tudertinæ ecclesiæ, Apostolorum more manum super agròs imponens, salutem restituit: signo crucis serpentes extinxit: & mente captum, quem Medici phreneticum appellant, curauit. Gregor. lib. 3 dial. cap. 35.

Anastasius magi filius, & paternis sacrilegijs institutus, contritus est malleo prædicationis, & transfusus in membra corporis Christi. Ad iudicem tractus, carceres horribiles pertulit: famis, frigoris, sitis, omniumque necessitatum inopiam tolerauit: verbera contempsit: tandemq. in flumine necatus, eodem elemento vitam carnis amisit, quo vitæ æternæ sacramenta perceperat. Petrus Damiani sermone de ipso.

Anastasius, vir sanctissimus, notarius fuit Romanæ ecclesiæ. Sed soli Deo vacare desiderans, scrinium deseruit, &

Supper

Suppentonium monasterium elegit, cui solerti custodia præfuit. Greg. lib. 1 dial. cap. 8 & 7.

Anastasius, Antiochenus episcopus, commendatur ab Euagrio lib. 4, cap. 39 / lib. 5, cap. 5.

Andream monachum, qui Calibytes vocabatur, virum sanctum, Constantinus Copronymus, quod ab eo reprehensus & impius dictus fuerat: Iulianum item & Valentem, flagris occidit. Zonaras to. 3. Ibidem de eiusdem sæuitia in monachos & proceres.

Apollo Alexandrinus, vir eloquens, potens in Scripturis, hic erat edoctus viam Domini, & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu. Actuum 18.

Asella virgo, vnius cellulæ clausa angustijs, latitudine paradisi fruebatur. Ieiunium pro ludo habuit, in ediam pro refectione. Hieronymus to. 1 ad Marcellam de laudibus Asellæ.

Auxentius vir grauis & pius, sanctusque senex, bestijs traditur discerendus, ab Urbano Palæstinæ præfecto. Tres ad singulare pugillatus certamen sententia designat. Alios ad æris metalla in Phæno Palæstinæ condemnat, ac inter eos, qui iam ad robustam & virilem ætatem peruenerant, primum exectis testiculis eunuchos facit. &c. Eusebius lib. 3 hist. eccl. cap. 17 integræ versionis.

B.

Barlaam & Iosaphat apud Indiam claruerunt. quorum historia extat per Ioannem Damascenum.

Barfanuphius monachus apud Gazam, in carne carnî vitam aduersariam degit, adeo vt multa mirabilia ederet miracula. Euagrius lib. 4. cap. 32.

Benedictus iuuenis, ætate grandæuus à Gothis in clibanum succensum inclusus, altera die illæsus inuentus est. Gregorius lib. 3 dial. cap. 18.

Benjamin diaconus Persicus, postulante Legato Romano, post biennium è carcere dimittitur. Sed impossibile iudicabat lumen alijs non participare, eosque qui talentum abscondunt, maxima pæna dignos esse. Vnde nullatenus prædicare cessabat. Secundo igitur captus, martyrium per tulit, infixione calamorum in ungues viginti digitorum, & in femur, vnde humana origo descendit. Cassiodorus lib. 10 tripartitæ cap. 33.

Ii 5

Benno

Bennonem Misnensem episcopum Adrianus sextus retulit in numerum Diuorum. Vnde Lutherus ira inuidiaq; accensus, cōuitiosissimum simul & impijssimum mox edidit libellum, cui Teutonice hunc dedit titulum, Aduersus nouum idolū & antiquū diabolū, qui Misnæ exaltandus est. Cæterum ad eius calumnias grauitè ac erudite respondit Teutonice Hieronymus Emser. qui & vitam beati Bennonis elegantissime descripsit libro Latino †, antequam Lutheri nomen fuisset orbi cognitum. Ioan. Cochlaus in commentario de actis & scriptis Lutheri, Anno 24. Scripsit Tritthemius, abbas Spanheimensis, pro eius canonizatione ad Iulium papam, epistolam 64, ad petitionem ducis Georgij. In qua inter alia ait, Vita Bennonis sanctissima, plena virtutibus, à vetustioribus, suisq; contemporaneis luculenter habetur descripta: & multa quotidia in ecclesia Misnensi ad eius tumulum fiunt miracula.

Berechtrwaldus abbas, Theodoro in episcopatu Doruernensi successit, scientia scripturarum imbutus, & ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe imbutus. Beda lib. 5 historiæ cap. 9.

Bertrandus abbas grandis siluæ. Collectæ & antiphonæ habentur ibidem. Index Cisterciensium.

Bonifacius, Ferentis episcopatus officium tenuit & moribus impleuit. Cuius etiam pueruli, multa miracula, Gaudentius presbyter Gregorio papæ narrauit. Lib. 1 dialogorum cap. 9.

Bonifacius, Romualdi discipulus, obtenta licentia Rusiam siue Sclauoniam miro feruore, & martyrij desiderio Christi euangelium annunciaturus adiit. cumq; plurimos conuertisset, capite truncatus, martyris gloriam adeptus est. Petrus Damiani in vita Romualdi, to. 3 Suriij pag. 715.

Caluppareclausus, ab infantia sua semper religiosus fuit, & apud monasterium Melitense termini Aruerni conuersus, in magna se humilitate fratribus præbuit: sicut in libro vitæ eius scripsimus. Greg. Turonensis lib. 5 historiæ cap. 9.

Carolomannus, princeps Austrasiorum, in Cassino monachus effectus est. Regino Anno 745/ Pontificale in Zacharia.

Cassio Narniensis vrbis episcopo mos erat quotidianas

Deo

qui excus-
sus est an-
no 1512.

cap. 11 de
vita pa-
trum.

Deo hosti-
deret, qu-
molare
Nam cur-
horam o-
defluens
stabat. C-
Cassij in
Christi
go, in H-
vitam ser-
ad Prædi-
de Co-
3 cap. 26
Confi-
tum hab-
Confi-
annisu a-
in eccle-
aquam l-
Cyril-
naris in
D
m
los ac v-
& dom-
victus p-
ad inha-
eruditio-
quod
Multos
punit,
Dor-
egregi-
Palæst-
addicit
Christi
Dor-
tantur

Deo hostias offerre, ita ut p[an]e nullus dies vitæ eius abscederet, quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret. Cui cum sacrificio valde etiam vita concordabat. Nam cuncta quæ habebat, in elemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificij venisset, velut totus in lachrymis defluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Greg. homilia 37 euangeliorum. Meminit etiam Cassi in dialogis lib. 3 cap. 6 / & lib. 4 cap. 56.

Christina cognomento mirabilis, sanctæ memoriæ virgo, in Hasbania claruit, in oppido sancti Trudonis. / Cuius vitam scripsit Thomas de Cantiprato, Supprior Louanij ad Prædicatores, circa annum 1254. tomo 3 Surij.

de Colmano episcopo Beda in historia gentis suæ lib. 3 cap. 26 / lib. 4 cap. 4.

Constantium episcopum Aquinatem, prophetiæ spiritum habuisse, multi testantur. Greg. 3 dial. cap. 8.

Constantius in v[er]be Anthonitana mansionarius, toto annu[m] ad sola cælestia flagrabat. Quadam vero die dum in ecclesia Dei oleum deesset, elementi naturam mutans, aquam loco olei ardere fecit. Gregorius lib. 1 dial. cap. 5.

Cyrillus episcopus Gortynius, martyr fuit. de quo Zonaras in Michaële Balbo.

D.

Doctorem œcumenicum cum duodecim suis collegis martyres fecit Leo Isaurus iconomachus, doctos illos ac venerabiles viros noctu comburi iubens cum libris & domo quam inhabitabant. His ob eruditionem publicus victus præbatur, & ab antiquis temporibus domus regia ad inhabitandum attributa erat libris instructissima. Quos eruditionis & cognitionis avidi accedebant. Imperatores quoque ad rerum gerendarum consilia eos adhibebant. Multos præterea detestandæ suæ voluntati aduersantes, punit, ac martyres facit. Zonaras tomo 3.

Dominius vir, cum ob infinitas fidei cōfessiones, tum ob egregiam in libere de religione loquendo alacritatem, apud Palællinos omnes cum primis illustres, incendiij supplicio addicitur. Eusebius lib. 8 hist. cap. 17 plenæ versionis per Christophorsonum.

Domnolus assumpto episcopatu Cenomannorū, talē se tantumq[ue] præbuit, ut in summæ sanctitatis culmē euectus debili

A P P E N D I X.

debili vsum gressuum, cæco restitueret visum. Greg. Turonensis historię lib. 5 cap. 9.

Donatus episcopus Epiri immanem draconem occidit signo crucis edito, & in eum expuendo: fontem quoque precibus suis excitat. Sozom. lib. 7 cap. 25/ tripartitę lib. 5 cap. 46.

Donati sanctum ac venerabile corpus habeant Isaurie sacerdotes recondendi licentiam in vnam ecclesiarum Cassiopi castri, relaturi post pacem Deo redditam. Gregorius lib. 12 epist. 2 & 8.

Dormientes septem Turonis, nepotes fuerunt beati Martini, ex duobus fratribus: Clemens, Primus, Cletus, Theodorus, Gaudens, Quiriacus, & Innocentius. quorum vitam & conuersationem celebrem descripsit Gregorius archiepiscopus Turonensis. Impressus est Parisijs anno 1511. in 4, cum Seuero.

Eadbertus episcopus Lindisfarnensis, fuit diuinarum scripturarum scientia, simul & præceptorum celestium obseruantia, ac maxime eleemosynarum operatione insignis. Cuius corpus in sepulcro benedicti patris Cudberti positum est. In quo loco signa sanitatum aliquoties facta amborum meritis testimoniũ fecerunt. Beda lib. 4 historię cap. 29 & 30. Itẽ in vita Cudberti cap. 40, 43, & sequentibus.

Eadgathę vitam descripsit Gotzelinus Morinensis, qui claruit anno 1110. Catalogus Script. Britannię.

Eleusium episcopum Cycizi in carcerem conclusit Iulianus, vtpote qui parasset ædes ad viduas alendas, monasteria sacris virginibus extruxisset / & gentiles ad ritus patrios contemnendos induxisset. Sozom. lib. 5 cap. 14/ Compulsus consentit Valenti Imp. Ariano, sed mox penitens, alterum episcopum creari iussit. Idem lib. 6 cap. 8.

Eleutherius abbas in pomerijs Spoletanę vrbs, vir mirę simplicitatis & compunctionis, à discipulis suis refertur plorando mortuum suscitasse, & Gregorio orando impertravit vt ieiunare posset. Greg. lib. 3 dial. cap. 33.

Ephraim Mylassenorum episcopus, diem festum habet in vico Leuce. Metaphrastes de Eusebia, 25. Ianuarij.

Eulogius cum multis in exilium relegatus, Antinoei tota die, totaq. nocte Deum deprecabatur. Protogenes vero ludimagister effectus, morbos adolescentium expulit, prius

Greg. Tur
nem occidit
tem quoque
partita lib. 9

ean Ifauria
esarum Cal
. Gregorius

erunt beati
nus, Cletus,
ius. quorum
it Gregorius
Parisijs anno

t diuinarum
m caelestium
ratione infi
ris Cudberti
quoties facta
b. 4. historia
sequentibus.
ianensis, qui

2. clusit Iulia
s, monasteria
ritus patrio
14/ Com
penitens, a

6. bis, vir mira
suis refertur
rando impe

3. estum habe
nuarij.
antinoei to
ogenes vero
m expulit,
prius

prius tamen sacrum baptismum eis conferens, & ad Eulogium ducens, qui renatis signum Dominicum imponderet. Cassiodorus lib. 7 tripartita cap. 33, 34. ex Theodorito.

Eupychius sponsus per martyrium à vita migrat sub Iuliano. Sozom. lib. 5 cap. 10.

Eusebius Emesæ episcopus miraculis claret. Insimulatur Sabellianismi, & quod eam partem Astronomiæ profiteatur, quæ rerum euentus prædicit. Sozom. lib. 3. cap. 5. De eius vita librum edidit Georgius Laodiceæ episcopus. Sozom. lib. 2 cap. 6.

Eusebius, Nestabus, & Zenon, fratres, crudelissime martyrizantur à Iuliano. Sozom. lib. 5 cap. 8.

Eusichius in territorio Biturigum eremita multarum virtutum, aurum & diuitias huius mundi velut stercora contorreat. De quo Gr. Turonicus in gloriam Confessorum cap. 82.

Eustochium, virginitatis & ecclesiæ pretiosum monile, ita semper adhæsit matri Paulæ, & eius obediuit imperijs, ut nunquam absque ea cubaret, nunquam procederet, nunquam cibum caperet, ne vnum quidem nummum haberet potestatis suæ, sed & paternam & maternam substantiam à matre distribui pauperibus lætaretur: & pietatem in parentem, hæreditatem maximam & diuitias crederet. Hieronymus tomo 1 in epitaphio Paulæ.

Eutropia vidua fuit in Gallijs. de qua Sidonius ad Prægnatiam lib. 6 epist. 2.

Eutropius Lector productus, ut eos indicaret qui ignem templo iniecerant, ex tormentis moritur. Sozomenus lib. 8 cap. 24. Eandem ob causam multa fortiter perferunt, sancta Olympias, & presbyter Tigrius. Ibidem.

Eutychius in spirituali zelo, atque in feruore virtutis se exercuerat, multorumque animas ad Deum perducere exhortando satagebat: Florentius verò eius collega, simplicitati atque orationi deditam vitam ducebat. Ambo verò miraculorum gloria illustres, in Domino quiescunt. Gregorius 3 dial. cap. 15.

Fabiolæ matronæ laudes & epitaphion scribit Hieronymus ad Oceanum, inter cætera recensens eius publicam Epist. 33
in basilica Laterani pœnitentiam.

Flavianum patriarcham Dioscorus pugnis percutit. vnde

vnde post triduum moritur. Zonaras tom. 3, in Theodosio iuniore.

Florida Diuione quiescit. que, vt ferunt incolę, veste munita, religiosa valde fuit. Gr. Turo. in gloriã confessorũ, c. 43.

Fruuentius ab Athanasio ordinatus episcopus in vltiori India, Apostolicis signis claret, & infinitum barbarorum numerum conuertit ad fidem. Rufinus lib. 10, cap. 9.

Fulgentius Vtriculensis episcopus, à Gothis intra circuli designationem inclusus, in maxima pluuia, pluuiam omnino non sensit. Greg. 3 dial. cap. 12.

G.

GAlla Symmachi Consulis & patricij filia, marito defuncto, abiecto sæculari habitu, monasterio se tradidit, eligens magis spiritualibus nuptijs copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, sed ad gaudia æterna peruenitur, quam carnalibus nuptijs subijci, quę à lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Greg. lib. 4 dial. cap. 13.

Georgia Aruernis religiosa puella, quotidie ieiunijs & orationibus insistebat. Gr. Turonensis de confessorum gloria cap. 34.

Gerardum Claræuallensem, germanum suum fratrem, sed religione germaniorem, mirifice funebri sermone laudat Bernardus.

26 *super*
Cantica.

Golauduch à Magis Persis grauiter excruciat, post magna edita miracula, martyrij coronam est consecuta. Cuius vita à Stephano Hierapolis episcopo literis mandata est. Euagrius lib. 6 historiae cap. 19.

Gregorio episcopo Antiochię optime cõueniebat Gregorij theologi dictum, Seueritas sic cum mansuetudine temperata fuit, vt neutra res læderetur ab altera, sed vtraque alterius ope maximam consequeretur commendationem. Et ad quamcumque rem animum suum applicabat, in ea perficienda longe erat diligentissimus. Euagrius lib. 5 cap. 6. De eodem lib. 6 cap. 7, 11 & 12.

H.

HEddi erat occidentalium Saxonum antistes, vir bonus & iustus, ob cuius meritum sanctitatis, multa sanitate patrata esse miracula in loco quo defunctus est, referre solitus

folitus est
ablatione
fossa non
Helio
Sozom.
Higba
continen
Hilda
omnes q
vocare co
quarto li
Hono
tria exar
structo F
nachoru
uersation
Horm
negare n
trahere c
fortitud
audu eu
Hygi
Ambr.
Iacob
I porta
sacri con
lippi sec
nitus re
lib. 2 ca
Ignat
pulto, à
ribus ca
Consta
dimissa
ingredi
sepulch
nen in
S. In
Benedi

solitus est reuerēdissimus Pechtelmus antistes. Frequentiq. ablatione pulueris sacri propter languentes, facta est ibidē fossa non minima. Beda lib. 5. historiæ Anglorum cap. 19.

Heliopoli virgines sacræ inaudita crudelitate necantur. Sozom. lib. 5, cap. 10.

Higbald abbas erat in prouincia Lindissi, sanctissimus & continentissimus. Beda lib. 4 cap. 3.

Hildam religiosissimam Christi famulam & abbatissam, omnes qui nouerant, ob insigne pietatis & gratiæ, matrem vocare consueuerant. In cuius laudem multa scribit Beda quarto libro historiæ gentis suæ cap. 23.

Honoratus ab annis puerilibus ad amorem cælestis patriæ exarsit, ab otioso quoq. sermone se restringens. Constructo Fundis monasterio, ducentorum ferme pater monachorum extitit, & circumquaque exempla eximiæ conuersationis dedit. Gregor. lib. 1 dialog. cap. 1.

Hormisdas valde nobilis apud Persas, cum filium fabri negare nollet, diuitijs & dignitate nudatus, iubetur nudus trahere camelos exercitus. Cumq. plurimi transissent dies, fortitudinem nobilissimi confessoris contemplatus rex, nudū eum è suo expulit imperio. Lib. 10 tripartitæ cap. 31.

Hyginum episcopum senem in exilium duci comperi. Ambr. ad Valentinianum epist. 27.

I.

Iacobus siue Diegus Compluti in conuentu Minorum portarius fuit sanctissimus, clarus miraculis. Ad cuius sacri corporis reliquias catholici Hispaniarum Regis Philippi secundi filius, desperatam à medicis sanitatem diuinitus recuperauit. Vide Medinam de recta in Deum fide lib. 2 cap. 8.

Ignatius patriarcha Michaële Rangabe patre suo regno pulso, à Leone castratur, & longo tempore asceticis sudoribus carnem domat. A Theodora imperatrice in sedem Constantinopolis euehitur, & Bardam Cæsarem, qui vxore dimissa cum sua nuru consueuisse dicebatur, sacram ædem ingredi vetat. At ille pontificem multis malis exagitatam, sepulchro tandem includit. Post, inde exactum in Mitylenen insulam relegat. Zonaras tomo 3.

S. Indracti vitam scripsit Guilhelmus Malmesburiensis, Benedictinus qui obiit An. 1142. Ex catalogo Brytanniæ. Ioannes

Ioannes Scotus martyr transtulit Dionysij hierarchiam ecclesiasticam . Inter Christi martyres pontificum auctoritate postea numeratus. Hecor Deidonatus in Scottorum historia.

Ioannes Brito presbyter , apud Cainonensis vici ecclesiam in summa religione vixit. Per cuius manus Dominus multa signa sanitarum dignatus est operari. Greg. Turon. in gloriam Confessorum cap. 23.

Isaacius monachus Valenti dicit , Redde Imperator orthodoxis ecclesias, quas illis abstulisti, erisq. in bello victor nec es reuersurus nisi reddideris . Ob quæ verba in cubiliam truditur. Sozom. lib. 6 cap. 40.

Isaac monachus de Syria veniens ad Spoletanam urbem cum virtute abstinentiæ, contemptu rerum transeuntium prophetiæ spiritu, orationis intentione , esset incomparabiliter præditus , vnum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur, quia nonnunquam tanta ei lætitia inerat, ut illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus , nullo modo crederetur. Greg. 3 dial. cap. 14.

Iuliani cognomento Sabbæ, vitam in historia nostra, Philotheus inscribitur, literis mandauimus. Theodoros lib. 3 cap. 24, aliàs 19. Circiter Edessam exquisitissimum genus disciplinæ monasticæ exercuit. Quæ causa fuit ut Ephraim Syrus, opus de eius vita contexuerit. Sozom. lib. 3 cap. 13.

Iustinus & Similinus presbyteri, cum multis virtutibus polleant intra terminum Beorretanæ vrbis, sapius ad sepulchrum eorum energumeni declamantes mundanus. Gr. Turo. de gloria confess. cap. 49.

L.

L Laurentius à beato Petro Apostolorum principe Aquileiam missus , cum quibusdam pijs fratribus in Noricum venit. vbi Laureacensis vrbis & ecclesiæ primus habetur Apostolus . Cuius honori primaria eius loci parochialis ecclesia dedicata est , quæ nostro sæculo extra Adriaticum oppidum est. Bruschius de Laureaco.

Lazaro monacho pictori celeberrimo , Theophilus tyrannus ne manus iterum sacrarum imaginum picturæ remoueret, ignitas laminas ad manus admoueri iussit. Ferunt tamen post tyranni interitum , diuina adiuuante gratia

Saluato

Saluatoris imaginem in Chalce pinxisse. Ioan. Zonaras
tomo 3.

Lea vidua viro defuncto conuersa est, & monasterij
princeps & virginum mater effecta. De cuius exitu scripsit
Hieronymus ad Marcellam.

Leonides pater Origenis pro martyrio Christi capite
plectitur. Eusebius in historia, initio libri 6 / Hieron. in
catalogo, item ad Pammachium & Oceanum.

Leontius Consularis Campaniæ in martyrio Cæsarij
credidit, ipsumq. martyrem sua chlamyde induit, deinde
baptizatus, & accepto corpore & sanguine Domini de ma-
nu Iuliani presbyteri, tradidit spiritum. Beda, 1 Nouem-
bris ex gestis Cæsarij.

Libyæ incolas Onorichus rex Vuandalorum, quos ad
opinionem Arianam transferre non potuit, ignis incendio,
& alijs infinitis mortis generibus è medio sustulit. Qui-
busdam verò radicitus excidit linguas. Quos, cum Con-
stantinopolim profugissent, se oculis aspexisse docet Pro-
copius, & perinde articulatim locutos, atq. eos quibus ni-
hil tale accidisset. De quibus in edicto Iustiniani fit mentio.
Duobus autem vt primum cum mulieribus loqui volue-
rant, vox adempta fuit, nec donum martyrij amplius cum
illis permansit. Euagrius Epiphaniensis lib. 4 historiae
cap. 14.

Liminius martyr, sepultus est Aruernis in basilica sancti
Venerandi. Cuius agonis historia cum ab incolis teneatur,
nullus tamen ei cultus venerationis impenditur. Gr. Tu-
ronensis de gloria Confessorum, cap. 36.

Longobardi maximam multitudinem è captiuis, gla-
dijs interfecerunt, qui magis eligebant moriendo ad vitam
immortalem tendere, quam adorando caput capræ diabo-
lo dedicatum, vitam mortalem tenere. Greg. 3 dial. cap. 28.

Lucius Britannorum rex, missus ad Eleutherum papam
litteris, Christianus efficitur. Susceptamq. fidem Britanni
vsque in tempora Dioclitiani inuiolatam seruabant. Beda
lib. 1 historiae cap. 4.

Lupicinus Lipidiaci reclusus, magnæ fuit & rigidæ
sanctitatis. Qui triduo ante mortem obtinere meruit apud
diuinam potentiam quod Dauid decantabat, Notum fac
mibi Domine finem meū, & numerum dierum meorum,
vt sciam

*de bello
Gothorū.
lib. 1 Cod.
de officio
praefecti
praetorio
Africa.*

Psal. 38.

Kk

vt sciam

A P P E N D I X .

vt sciam quid desit mihi. Sepultus est in vico Transalenti
Vterq. autem locus sancti præsidij communitur. Greg.
Turonensis de vita patrum cap. 13.

Macedonius, Theodulus, & Tatianus simulachra con-
fregērūt, & cum alij tanquā huius facinoris auctores
cōprehenderentur, se ipsos indicāt, & in craticulis affis, sub
Iuliano martyrio coronantur. So. lib. 5. cap. 10 / lib. 3 cap. 11

Malchi captiui monachi historiam scripsit Hieronymus
in fine tomi primi. Quam contra Centuriones Magdebur-
genses tuetur Alanus Copus, dialogo 2, à cap. 9. vsq; ad 16.

Malchus ex Vintoniensi in Anglia monasterio, episco-
pus in Lesmor Hyberniæ, erat senex, plenus dierum & vir-
tutum. Cui tanta desuper collata est gratia, vt non modo
vita & doctrina, sed & signis clareret. Bernardus in vita
Malachiæ cap. 3.

Marcellus fuit episcopus Diensis vrbs, magnificè sancti-
tatis. ad cuius tumulum ex oleo lychni præstatur medicina
infirmis. Greg. Turon. de gloria confess. cap. 70.

Marcellæ viduæ epitaphium scribit beatus Hieronymus
ad Principiam, epistola 16.

Marcellinus episcopus Anthonitanus flammam contem-
pescuit incendiij. quod totius vrbs interitum minari vide-
batur. Gregorius 1. dialog. cap. 6.

Malcolmus Scotiæ rex, ex Hungaria coniugem habuit
beatam Margaretam, & sanctitate clarus in Domino quie-
uit Anno 1097. Vitam eius scripsit Turgotus episcopus S.
Andrææ, eius familiarissimus. Hector Deidonatus lib. 12
historiæ Scotorum.

Marcellinum Vicohautinum episcopum celebrat Pe-
trus Chrysologus serm. 175

Martius Aruernæ vrbs abbas, parcus erat in cibis, lar-
gus in eleemosynis, promptus in vigilijs, in orationibus
valde deuotus. Cuius vitam scribit Gregorius Turonensis
de vita patrum Galliæ cap. 14.

Martyrius monachus in prouincia Valeria, fide, non au-
tem contactu, signum crucis impressit in panem prunis
& cineribus coopertum, cui fratres obliti erant signum
crucis imprimere, quo in ea prouincia crudi panes signati
solent. Greg. lib. 1 dial. cap. 11.

Maruthas episcopus Mesopotamiæ, religionem Christi-
anam

ham valde propagat. Socrates lib. 7. cap. 8.

Maura & Britta sacratae virgines, intra terminum Turonicum quiescunt. de quibus Greg. Turonicus in laudem confessorum cap. 18.

Mauritius gloriosus martyr Christi, & septuaginta milites eius discipuli, Apameae passi sunt sub Maximiano. Metaphrastes, to. 5. Aloysij.

Maximum vere suo nomini respondentem, virum doctissimum & sanctissimum, & ambos eius discipulos, Constantians monothelita suae voluntati refragantes, crudelissimo supplicio affecit. Zonaras tomo 3

Maximus Alexandriae natus, Constantinopoli episcopus, pulsus insignem de fide aduersus Arianos scripsit librum. Hieronymus de viris illustribus cap. 137

Menę solitarij in Samnio studium fuit nihil in hoc mundo habere, nihil quærere: omnes qui ad se charitatis causa veniebant, ad aeternę vitę desideria accendere. Oblationem Carterij, qui sanctimoniam rapuerat, cognouit per spiritum, spreuit, & abiecit. Greg. lib. 3 dial. cap. 26

Merulus vehementer lachrymis, eleemosynis & psalmodia intentus, magna animi securitate atq. hilaritate defunctus est. Eius etiam confrater Antonius, ne in morte timeret, reuelatione roboratus est. Greg. 4 dialog. cap. 47.

Methodius patriarcha à Theophilo iconomacho, post multos cruciatus, & detinuit euulsionē, in Panormū relegatur, cum duobus latronibus. Cum autem septimū annū ibi in sepulchro exegisset, inde erectus in regia conclusus est. Postmodū mortuo Theophilo sedi restitutus, stupri calūniam, quę ei imponitur, refutat. Zon. tomo 3. pag. 121, 124.

Modesti & Casarij passiones composuit Albericus Cassinensis diaconus, eruditione & eloquentia clarus. Chronicum Cassinense, lib. 3. cap. 33.

Monachi sancti Antonij, Ægypti, Thebaidis, in Scetis, in Nitria, Palestina, Syria, Edeffa, Galatia & c. & eorum admiranda instituta, & viuendi ratio, describuntur à Sozomeno lib. 6. cap. 20 vsq. ad 34 / lib. 3 cap. 13 / lib. 1 cap. 13 & 14 / Socrates lib. 4 cap. 18. 19 / Theodorito in Dei amantiū historia.

Musa puella, propinquante hora exitus, beatam Dei genitricem cum puellis, quas antea per visionem viderat, ad se venire conspexit. Greg. 4 dialog. cap. 17

Kk 2

Narcis.

A P P E N D I X.

N.

Narcissus episcopus cum in Rhætia Augusta Deo no-
uam familiam esset lucratus, ad Hispaniam profectus
Gerundæ per tres annos multum populum Deo lucratus
& cum Felice Diacono palmam obtinet martyrij. Greg.
Afræ.

Nicareta Chrysofomo addictissima, perenni virginitate,
præstantiaq. vitæ celebris, amplissimis bonis iniuste spo-
liata, non stomachatur: & ex paucis quæ reliqua erant
alijs largiter suppeditat. Sozomenus lib. 8 cap. 23.

Nilammon monachus oblatum episcopatum omnino
renuit, & inter orandum, hanc vitam relinquit. Cuius no-
ua solennitas celebratur, & templum super sepulcrum
eius constituitur. Sozomenus lib. 8 cap. 9.

Nonnosus monachus, inter alia miracula, lapidem pre-
cibus mouit / lampadem reparauit, & oleum augmentauit
Greg. lib. 1 dial. cap. 7.

Numidicus nobiscum sedeat in clero, luce clarissima con-
fessionis illustris, & virtutis ac fidei honore sublimis. Qui
hortatu suo copiosum martyrum numerum, lapidibus &
flammis necatum, ante se misit: quiq. vxorem adhe-
rentem lateri suo, concrematam simul cum cæteris (vel
conseruatam magis dixerim) lætus aspexit. Ipse semis-
stulatus, & lapidibus obrutus, & pro mortuo dere-
ctus, remansit inuitus. Cyprianus epist. 35 / siue lib. 4
epist. 10.

O.

Octavianus archidiaconus, & multa millia virorum &
mulierum, Catholicam fidem afferentium interempta
sunt atque debilitata sub rege Honoricho. Greg. Turonen-
sis lib. 2 historię cap. 3.

Olympias diaconissa monetur à Chrysofomo ne opu-
lentis opes suas & patrimonium relinquat. Sozomenus lib.
8 cap. 9. rapta ad tribunal magna constantia iudici resistit,
& multo auro multata abijt Cyzicum. cap. 24.

Osannæ Mantuanæ vitam libris sex descripsit Francis-
cus Ferrariensis, Magister generalis Ordinis Prædicatorum.
Liber de illustribus Prædicatoribus.

Ostihæ virginis vitam Albericus Vecrus, Regularis,
composuit libro 1. Catalogus Britannicus.

Pandionæ

P.

Pandionæ virginis vitam, stylo triuiali conscripsit Richardus in Elteslei parochus. cuius reliquiæ ibidem conquiescunt. Catalogus Scriptorum Britannia.

Paschasia sancta quiescit apud castrum Diuionense. Gr. Turonensis in gloriam confessorum cap. 43.

Pascasius Apostolicæ sedis diaconus, cuius de Spiritu sancto libri extant, miræ sanctitatis fuit, elemosynarum maxime operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit contra Symmachum, & omnium post vnanimitate superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus perstitit. Vnde post mortem nonnullas purgatorias pœnas pertulit. Greg. 4 dial. cap. 40.

Patto secundus episcopus Vuerdensis, & Tanco tertius, relati sunt in diuorum numerum à Pontif. Max. sub Harucho octauo episcopo. Catalogus episcoporum Germaniæ per Brusschium.

Platonis patris spiritualis funebris oratio per Theodorum Studitem, est apud Metaphrastem tomo 7. fol. 275. Item Zonaras to. 3.

Porphyrice, ciuitas in Thebaide, multos habuit confesores. de quibus Eusebius lib. 8 cap. 18 integræ versionis.

Præiecti Forocorneliensis episcopi consecrationem honorauit Petrus Chrysologus serm. 165.

Prætextatus episcopus Rothomagensis, inter psallendum super formulam quiescens, occiditur iubente Fredegunde, in die Dominicæ resurrectionis. Scribit de ipso Gregorius Tur. lib. 5. historiæ cap. 18 / lib. 7 cap. 16 / lib. 8 cap. 31.

Probus Reatinus episcopus approquinquante vitæ termino, vidit sanctos martyres Iuuenalem & Eleutherium. Gregorius 4 dialogorum cap. 12.

Proterium sanctissimum in ordine & choro sanctorum martyrum ponimus: & eius intercessionibus misericordem & propitium Deum nobis fieri postulamus. Qui in sacratissimi baptisterij loco peremptus est, membratimque concisus, & locis omnibus circumtractus, & post hæc igni contraditus, aliaque passus, quæ propter sceleris exaggerationem terretur lingua proferre. Episcopi Europæ ad Leonem imperatorem in epistola pro Concilio

Chalcedonensi tomo 2 Conciliorum. De eo præterea
Euagrius lib. 2 cap. 8.

Pulcheria Imperatrix vouet Deo virginitatem, Theo-
dosium fratrem & sorores pietissime instituit: imperio se-
pietissime præest: & scribit Græce ac Latinæ: hæreses non
sinit existere: multa egregia ædificat templa / diuersoria
pauperum, & monasteria, additis perpetuis sumptibus
Sozomenus lib. 9, cap. 1, 2, & 3.

Quadragesima rustici à Longobardis capti, veritatis ma-
tyres fuerunt, qui ne veritum comedendo condito-
rem suum offenderent, elegerunt gladijs vitam finire. Greg.
lib. 3 dial. cap. 27.

R.

Redempto Ferentino episcopo martyr Euty chius in vi-
sione prædixit efferam Longobardorum vastationem
Gregorius 3 dial. cap. 38.

Rhæticus Augustodunensis episcopus, ad diem obitus
per diuersos gratiarum spiritualium gradus plena perfe-
ctione & consummatione venit. Gr. Turo. in gloriam Con-
fessorum cap. 75. Recensetur inter viros illustres à beato
Hieronymo cap. 92.

Romula, Redemptæ discipula, erat miræ patientiæ, sum-
mæ obedientiæ, custos oris sui ad silentium, studiosa valde
ad continuæ orationis vsu. A duobus pfallentium choris
ad cælum est deducta. Greg. homilia Euangeliorum 40/8
lib. 4 dial. cap. 15.

Rolandus in Tareriaco (quiescit). Responsorialia, & Colle-
ctæ habentur ibidē, & indulgentiæ. Indiculus Cisterciensium.

Rodolphus quartus Burgundiæ rex, cum paucis annis in
summa continentia vixisset, intempestiua morte subtrahit-
tur anno millesimo quadragesimo nono, in Sanctorum nu-
merum relatus. Lazius de genealogia Austriaca.

Rutilius sanctissimus martyr, quum totiens fugisset per-
secutionem de loco in locum, etiam periculum vt putabat,
nummis redemisset, post totam securitatem quam sibi pro-
spexerat, ex inopinato apprehensus, & præsi oblatus, tor-
mentis dissipatus, de hinc ignibus datur, passionem quam
vitarat, misericordiæ Dei retulit. Tertullianus de fuga in
persecutione.

Sabinus

S.

Sabinus Canusinus episcopus, spiritum prophetiæ habuit: venenum sibi porrectum facto signo crucis, bibit securus. Greg. 3 dial. cap. 5.

Sabinus Placentiæ miræ virtutis episcopus, Pado fluuio cum ecclesiæ agros inundatione occuparet, commonitorium scripsit. Quo in aquam proiecto, hominum inobedientium duritia confusa est per elementi irrationabilis obedientiam. Ibidem cap. 10.

Sanctulus presbyter Nursiæ prouinciæ, aquam benedicendo in oleum conuertit. In famis necessitate panem inuenit in clibano, quo per dies decem, fragmentis per esum crescentibus, refecit operarios ecclesiæ beati Laurentij à Longobardis incensæ. Gregorius lib. 3 dialog. cap. 37.

S. Secundini vitam scripsit Gauferius Salernitanus monachus Cassinensis, vir doctus & facundus. Chronicon Cassinense lib. 3 cap. 41.

Senatorij ordinis multos ob sacrarum imaginum cultum supplicio affecit Constantinus Copronymus. Zonaras tomo 3.

Sergij abbatis monasterium, eius miraculis & sepulchro insigne, est prope Moscouiam, sub regula magni Basilij. Ioannes Fabri de religione Moscouitarum.

Siluanus quoniam monasticum vitæ genus exercere nitentur, pallium philosophicum gestare noluit. Cum frigus tolerare non posset, episcopatum Philippopolis deseruit. Post Troadis episcopus, cum clericos ex litigantium controuersijs quæstum facere videret, deinceps neminem ex clero iudicem esse permisit. Socrates lib. 7 historiæ, cap. 36.

Sanctus Siluanus discipulus sancti Bernardi, per Cælestinum papam est canonizatus. Index Cisterciensium.

Speciosi germani sui, animam, longe à se positi, de corpore exire vidit Gregorius monachus. Similiter, Spei abbatis anima, qui simplici corde Deo seruierat, visa est à fratribus in specie columbæ cælum penetrare. Gregorius 4 dial. cap. 8 & 10.

Susannæ matronæ, castitatis historia describitur, Danielis cap. 13.

T.

T Arfilla, amita Gregorij papæ, inter duas alias forores suas, virtute continuæ orationis, gravitate vitæ, singularitate abſtinentiæ, ad culmen ſanctitatis excreverat: Eius anima è corpore egrediens, Ieſum ad ſe venientem vidit. Greg. lib. 4 dial. cap. 16/ & homilia Evangeliorum 38.

Telemachio martyre à gladiatoribus occiſo, ludum eorum remouit Honorius imp. Caſſiodorus 10 tripartitæ cap. 2/ Diaconus lib. 13 de geſtis Romanorum.

Thecla, quæ noſtra vixit ætate, beſtijs traditur deo-randa. Eufebius lib. 8 hiſt. eccleſ. cap. 13 interprete Chriſtophorſono.

Theodorum Adoleſcentem & Antiochiæ confeſſorem, Saluſtius præfectus à prima luce vſq. ad horam decimam, tanta crudelitate, & tot mutatis carnificibus torſit, vt nulla ætas ſimile factum meminerit. Sed angelo eum conſolante, tunc mœſtior factus eſt, quando deponi de equuleo iuſſus eſt. Rufinus lib. 10 cap. 36/ Sozomenus lib. 5, cap. 19/ Socrates lib. 3 cap. 16.

Theodorus ex Tarſo Ciliciæ, ſæculari & diuina literatura Græce & Latine inſtructus, Angliſ episcopum petentibus, à Vitaliano apoſtolico papa ordinatur episcopus Cantuarienſis, qui Angliæ eccleſias exemplo & doctrina replens, plenus dierum quieuit in pace. Beda lib. 4. cap. 2/ lib. 5 cap. 8.

Theophanius Comes Centerlenſis vrbiſ, hoſpitalitati præcipue ſtudens, moriturus futura prædixit, & mortuum ſigna alia ſunt comitata. Greg. 4 dial. cap. 27/ & homilia 36 Euang.

Theotinus episcopus Scytharum, vir in philoſophia enutritus, in coma nutrienda perſeuerauit. Quem ob virtutem admirati Hunni, deum Romanorum appellabant. Fertur obuiam ei barbaris prædonibus, cum ſocij lamentarentur, illum deſcendiſſe ab equo ad orandum. Quo factò, neque ipſo, neque comitibus eius, neque equis quibus inſidebant conſpectis, barbaros præteriſſe. Sozom. lib. 7 cap. 25.

Thomas Apameæ eccleſiam adminiſtrans, doctrina & factis facile præſtantiffimus, vt Chofrois furorem molliret, cum

cum eo certamen equorum in circo spectare neutiquam recusavit, licet hoc ecclesiæ canon vetaret. Euagrius lib. 4. cap. 24, & 25.

Thomas monachus dum abiret Antiochia domum, moritur in hospicio infirmorum in Daphne, & sepelitur in sepulcro aduenis parato. Deinde Deo maximum edente miraculum, cum pompa Antiochiam transportatur. Cuius virtute pestis, quæ illic tum grassabatur, sedata est. Ad cuius honorem Antiocheni festum quotannis agunt. Euagrius lib. 4. cap. 34.

Thorithgid sanctimonialis, multum laudatur à Beda lib. 4. historiæ Anglorum cap. 9.

Tigrius ex seruo & eunucho presbyter, dire torquetur, falso accusatus de incendio ecclesiæ Byzantinæ, vir erga pauperes & peregrinos, si quis alius, benevolentissimus. Sozom. lib. 8. cap. 24.

Timotheus apud Gazam Palæstinæ infinitis prope tormentis exantlatis, ad extremum in rogam lentius exardescens impositus, coronam pro pietatis victoria reportat. Eusebius lib. 8 historiæ eccles. cap. 13 integræ versionis.

Tranquillus beatus confessor apud castrum Divionense requiescit. de cuius sepulcro magnum beneficium præstatur petentibus. Vnde manus meæ pustulis repletæ experimentum tulerunt. Greg. Turon. de gloria confessorum cap. 44.

Trutbertus fuit Germaniæ Apostolus & martyr. Lazius de genealogia Austriaca lib. 1. cap. 6.

V.

Valerius beatus confessor, Conforanensis primus episcopus, sub Theodoro episcopo, gloriose reuelatus est. Gr. Turon. de Confess. cap. 84.

Victorinus tot nobilium Senatorum doctor, ob insigne præclari magisterij, statuam in foro Romano meruit. Senex non erubuit esse puer Christi, subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium. August. lib. 8 confessionum cap. 2 & 4.

Vlpianus adolescens, in ciuitate Tyriorum, post grauissimam verbera in pellem bubulam iam nuper extractam, cum cane & aspide inuolutus, præceps in mare deiecitur. Eusebius lib. 8 hist. eccles. cap. 15 interprete Christophoro.

A P P E N D I X.

Urbasus, Theodorus, Menedemus, & alij septuaginta
septem legati ad Valentem missi contra Arianorum per-
suras, iussu Valentis in medio mari vna cum nauigio con-
cremantur. Sozomenus lib. 6 cap. 14. Horum magnus
Theologia Gregorius meminit his verbis, Presbyterorum
exustiones marinae. Zonaras.

X

XInoridis martyris, qui Lazarum secutus est, bene-
dicta praeterire noluit Chrysostomus homilia quarta
Lazarum,

Z

ZEnon Maiumae episcopus grandaeuus, nunquam ve-
matutinos vel vespertinos hymnos neglexit, nisi forte
morbus eum impediret. Sozom. lib. 7 cap. 27.

Zosima, Phoenix, & Ioannes Chuzubites miracula
claruerunt. Euagrius lib. 4, cap. 7.

CONCLUSIO APPENDICIS.

IN hac appendice aliquot Sancti qui in martyrologio ab-
sunt, sunt annotati ordine literario, partim quod quo-
rundam natalitij dies à me ignorentur, partim etiam quod
reliqui nullos habeant in ecclesia natales.

Hoc igitur auctarium, paucos habet ex diuersis aucto-
ribus Sanctos; quos, prout occurrebant, crudè in ordinem
digessi. Neq. me quisquam omissionis arguat. hoc enim
tantum fuit mei instituti, vt paucorum annotatione ali-
pedem ponerem, reliquos prout videbitur similiter an-
notandi, & colligendi, tam ad honorem sanctorum,
quorum meritis & intercessione iuuari postulamur: quam
ad gloriam Sancti sanctorum, qui in sanctis suis trium-
phat, & nos ad eandem sortem vocare dignetur.

DE MAR-

DE MARTYROLO-

GIIS, AVCTORE IOAN-
ne Molano, Theologo Louaniensi.

CAPVT PRIMVM.

Præcapitulatio dicendorum.



*V*tiliter me facturum spero, si oc-
casione Martyrologij, quod *V*suar-
do auctore in ecclesijs legitur, non-
nulla differam de Martyrologijs, eo-
rum auctoribus, & vsu: alijsque
nonnullis eò pertinentibus. Dicam

inque hoc ordine, & per Capita, ne continuata pro-
lixitas Lectorem molestat.

CAP. 2. de martyrologio Eusebij & Hieronymi.

Cap. 3. de martyrologijs Bedæ & Flori.

Cap. 4. De Vsuardi Martyrologio.

Cap. 5. de Vuandelberti metrico martyrologio.

*Cap. 6. De martyrologio Adonis Treuerensis archie-
piscopi.*

*Cap. 7. De reliquis vetustis martyrologijs: item, de
fastis Alexandri Essebiensis, & Calendario Ra-
dulphi Riniij.*

Capite 8. de recentiorum martyrologijs.

Cap. 9. de vernaculis martyrologijs.

Cap. 10. de hæreticorum pseudomartyrologijs.

*Cap. 11. Quòd fructus hæreticorum plenius declarent
eos falsò sibi sanctorum martyrum nomen ascribe-
re: & oratio supplicans ab eis liberari.*

Cap.

DE MARTYROLOGIIS,

- Cap. 12, De Gracis Martyrologijs.
Cap. 13, de additionibus ad *Vsuardum*.
Cap. 14, De lectione Martyrologij in fine primæ: & cu
premittatur quota sit luna.
Cap. 15, Cur mors Sanctorum natalis dicatur: & quo
modo lectio Martyrologij omni die sit concludenda.
Cap. 16, De lectione Martyrologij in cœna.
Cap. 17, Quòd Martyrologium *Vsuardi* auctum vtilis
sit Pastoribus.
Cap. 18, De vtilitate Martyrologij contra hæreses.
Cap. 19, De lectione ex libro defunctorum, seu am
uersariorum.
Cap. 20, Cur *Vsuardo* adiectum sit quinam Sanctorum
historias & gesta conscripserint.
Cap. 21, Quòd magna vtilitate excudantur gesta mar
tyrum, olim per Romanæ Ecclesiæ Notarios fide
lissimè collecta.
Cap. 22, Quòd vtiliter per archiepiscopatus colligere
tur Martyrologia de proprijs, siue provincialibus
Sanctis, eorumque historiæ.
Caput 23, habebit conclusionem; in qua coronidis vici
inserireretur, quòd oporteat tardum & modestum esse
in reprehendendo.

CAPVT II.

De Martyrologio Eusebij &
Hieronimi.

INter eos igitur qui conscribendis Martyrologijs
operam suam dederunt, primus fuit Eusebius *Pam
philus* historiographus, *Cæsarææ* *Palestinae* Episcopus.
Is enim

Is enim, petente id religioso principe Constantino magno, Martyrologium conscripsit de natalitijs diebus Sanctorum Martyrum Christi: in quo omnes quos inuenit, non solum qua die, sed etiam quo genere certaminis, & sub quo iudice, & quo loco Martyrij coronam adepti sint, diligenter annotauit.

Non est tamen putandum quod ante Eusebij tempora natalitij Martyrum dies neglecti fuerint. Celebris est enim martyr is Cypriani sententia. Dies eorum quibus excedunt annotate, vt cōmemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possumus. In quem locum scribit D. Pamelius. Morem hunc iam inde in Ecclesia seruatum non dubito, ex quo Romæ constituti sunt Notarij, qui gesta Martyrum describerent †. Certe libro de corona De hū in-
militis Tertullianus fastos ecclesiæ opponit municipa- fra cap. 21
libus solennitatibus gentilium. Porro hinc suam origi- Fol. penul.
nem postea sumpsērunt Martyrologia quæ vocantur.
Quorum primus auctor fuit Eusebius.]

Arbitratur autem Hilduinus in præfatione vitæ Dionysij Areopagitæ, quam annis ab hinc plus minus octingētis conscripsit, se hūc librū Eusebij vidisse circa ipsius tempora conscriptum. Ait enim, Habemus Fol. 71
Græcæ auctoritatis Martyrologion, de Chartiscri-
nijs Constantinopolitanis adeptum, quod tanta
vetustate dissoluitur, vt maximam cautelam à se
contingētibus exigat; in quo diem natalitij Dio-
nysij designatum, & quia Atheniensium episco-
pus fuerit, reperimus annotatum. Quod Marty-
rologium, vt antiquitas eius demonstrat, ex eo
tempore constare posse non incongruè remur,
quo, Constantino iubente, nota occasione Marty-
ria San-

ria Sanctorum Domini de toto orbe collecta & Cæsaream sunt conuecta. Secundus numerus solet Hieronymus presbyter; non quod ipse Martyrologium conscripserit, sed quia Eusebium ex Graeco Latinum fecit. Vnde Beda in sextum caput Mart

Lib. 2 in hunc librum citans, ait; In libro Sacramentorum

Mar. c. 26. Natale Ioannis iiii. Kalendarum Septembrium notatum est: & in Martyrologio quod Eusebii & Hieronymi vocabulis insignitum est, legitur iiii. Kalendas Septembris, &c. Et rursus in initio

10mo 6. retractationum in Acta, citat librum Martyrologii, qui beati Hieronymi nomine ac praefatione attribuitur, ibique subdit, Quamuis idem Hieronymus librum illius non auctor, sed interpret: Eusebius autem auctor extitisse narretur. Hoc autem Eusebii Martyrologion à beato Hieronymo in Latinam linguam translatum, per posteriorum scriptorum Martyrologia

Lege Gregoria intercidiisse puto: quemadmodum etiam perierunt, go. 7. reg. magnâ maiorum nostrorum negligentia, libri de Martyrum gestis, quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Casariensi collecta sunt. Citatur quidem à permultis Martyrologium S. Hieronymi, quod vulgò habetur: verum illi non citant ipsum Martyrologium Eusebii & Hieronymi, sed Vsuardi: qui est Eusebio, Hieronymo, Beda, Floro, & aliunde, suum Martyrologium cura & iussu Caroli Magni collegit. Ipsius est enim quod vulgò habetur Martyrologium: eò quod eius usus sit in Gallicanis Ecclesijs: item in Romana, ac permultis alijs.

Sed an recte Vsuardi martyrologium titulo sancti Hieronymi citetur? Cur non? Nam sicut Latinae linguae dictionaria quantumcumque aucta Calepini sibi

nomen

nomen retinent: ita Martyrologium istud quidni
in citando decorari possit titulo sancti Hieronymi,
qui primus fuit apud Latinos martyrologij auctor?

Mihi tamen istud non omnino probatur. Quia
Vsuardus in annotandis Martyrum gestis & mar-
tyrijs, non habet verba aut versionem Hieronymi,
sed verbatim utitur versione Ecclesiasticæ historiae
Eusebij per Rufinum: & ex Sanctorum gestis quæ
Roman. Eccles. Notarij, alijsque, fidelissimè con-
scripserunt, non sensum tantum refert, sed & ipsi-
sima verba. Quæ in re Bedam secutus est. Proinde
fateri cogimur, nec Bedam Anglum, nec Vsuardum
Gallum reliquisse in suis martyrologijs versionem Eu-
sebij, Hieronymo interprete.

Neque ipsam Hieronymi præfationem, cuius Beda
meminit, extare puto: Nam epistolam Chromatij & ^{initio re-}
Heliodori ad Hieronymum, & huius ad eosdem respon- ^{tract. in}
suam, quæ in B. Hieronymi operibus non habentur, sed ^{acta.}
in quibusdam exemplaribus Vsuardo præmittuntur,
ipsorum tantum nomine, dum dictionem, alijs nonnulla
considero, conscriptas puto, & ex parte confictas: sicut
alias aliquot eorundem titulis: reuera autem ipsorum
non esse. Scio quidem nonnullos ex hac Hieronymi,
ut inscribitur, epistola, tanquam relatu digna notare
ea verba: Per singulos dies, diuersarum prouincia-
rum, diuersarumque vrbium, plus quam octingen-
torum & nongentorum Martyrum, sunt nomina
nominata: ut nullus dies sit, qui non intra quin-
gentorum numerum reperiri possit ascriptus,
excepto die Calendarum Ianuarij. Sed difficulter
hæc sententia, quomodocumque etiam legatur: mul-
tum enim in ea variant exemplaria tam excusa,
quàm

Epist. 29 quàm scripta:) aliunde probari posset, & parum conuenit cum eo quod magnus Gregorius dicit libro septimo Registri: Nos pæne ait omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus, collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus.

Cap. 32 Itaque non ad prædictam epistolam Hieronymi ascriptam, sed aliò respexisse arbitror Cassiodorum, dum in institutione diuinarum lectionum ait, Passiones martyrum legite constanter; quas inter alia in epistola sancti Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum destinata, proculdubio reperitis qui per totum terrarum orbem floruerunt, ut sancta imitatio vos prouocans, ad cælestia regna perducatur.

CAPVT III.

De Martyrologijs Bedæ & Flori.

In fine Eccl. hist. Anglorum.

Tertio loco subsequitur Beda, qui de seipso ait in catalogo operum suorum: Scripsi Martyrologium de natalitijs sanctorum Martyrum diebus in quo omnes quos inuenire potui, non solum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel sub quo iudice mundum vicerint, diligenter annotare studui. Est autem hoc Martyrologium Bedæ impressum, inter opera Bedæ tomo tertio, & in minori forma à Christ. Plantino Anno 64. Quod, si conferatur cum gestis Martyrum, quæ Rom. Ecclesiæ Notarij fidelissimè collegerunt, & nos ad vsuandum plerunque notauimus, faciliè apparebit Bedam in eo

magnam

magnam adhibuisse diligentiam: quia sua verbatim transcripsit ex ipsorum gestis, et tam exactè, vt vix vnquam ab ipsis gestorum verbis vel latum vnguem recedat.

Notandum verò est, nos non habere purè ipsum Bedæ Martyrologiũ, non solùm quia in eo nonnulla de Sanctis habentur, qui post Bedam vixerunt: & multa de Confessoribus, quæ paucis exceptis à Beda fortassis non sunt scripta. * sed etiam, quia, vt Ado ait in præfatione sui

libri, Nomina quædam martyrum venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreuerunt, qui tamen tantum

notati sunt: & potissimum, quia, Vsuardo teste, quam plures Calendarum dies intactos reliquit. Vnde agnos-

cendum est, nostrum exemplar Bedæ multis in locis autum esse, cùm in eo nullus Calendarum dies intactus relinquatur. An autem habeamus ipsum Bedæ Mar-

tyrologium, an potius aliud ei inscriptum, facile dubietas aliqua suboriri possit, potissimum apud eos qui animad-

uerterunt alia Martyrologia, vt ordinarium Ecclesiæ Leodiensis, titulum Bedæ habere, quiq; obseruauerunt

Petrum de natalibus Equilinum episcopum, & Carthusiam Coloniensem in additionibus ad Vsuardum †, quæ-

dam Bedæ nomine citare, quæ neque in impresso Bedæ Martyrologio, neque in ordinario Ecclesiæ Leodiensis habentur. His inquam, similibusque nonnullis obseruat-

tis, iusta quorundam dubitatio videri possit. Quam etiam auget, quod Amalarius Treuerensis

episcopus scribat nonnulla in festiuitate sancti Marcelli, ex verbis domini Bedæ in Martyrologio: quæ autem citat, in initio quidem conueniunt cum impresso Bedæ exemplari: sed in sequentibus omnino diuersa sunt. Constat autem Amalarium vsum esse præceptore Alcuino, qui Bedæ fuit discipulus.

Amalari-
rius l. 1. c.
24 citat è
Bedæ mar-
tyrologio
de Arsenio
confessore.

† die 19. è
28 Ian.

De ordine
Antipho-
narij c. 28

Ll Meâ

DE MARTYROLOGIIS,

Meâ tamen sententiâ habemus ipsum Bedam, *bet* valde mendosum: & alicubi mutilum aut mutatum, vt ex Amalario conuincitur. Cum enim attendam ad ea verba Bedæ: Quo genere certaminis, & sub quo iudice mundum vicerint, diligenter annotare studui: & ab Adone dicantur. Nomina quorundam Martyrum Flori studio in labore domini Bedæ accreuisse: non faciliè aliud in animum meum inducero. quia in nullo alio martyrologio, excepto Adonis Treuerensis archiepiscopi, tanta diligentia annotaui ipse ipsa martyrum certamina. Præterea, in hoc ipso multa martyrum nomina tantùm notata esse, faciliè legenti apparebit.

Aduerti præterea velim, Bedæ exemplar quo typographi vsi sunt, valde mendosum fuisse. Quod locorum aliquot obseruatione declarabo, vt Studiosi plenius intelligant, quàm sit ei necessaria castigatio ex manuscriptis exemplaribus, quæ mihi nondum videre contigit. Die 6. Februar. dicit Zother centum genera pœnarum vicisse. vbi pro centum legendum est cætera, ex Vsuarido 10 Febr. & Adone apud Petrum de natalibus. 4. Martij, Romæ depositio Iulij episcopi, & Nicomedis, & passio sancti Adriani cum alijs numero 33. legendum est: Et Nicomedis passio. Octauâ autem Septemb. mendosè habetur, cum alijs 23. Aprilis die 7 de Cælestino papa, Hic constituit vt sacrata mysteria &c. per sex lineas cum mediis. Hæc Damasus scribit de Sixto primo, cuius natalis est 6 Aprilis. 26 April. de Anacleto, Hic ad sacrificandum ductus &c. Hanc sententiam scribit Damasus de Marcellino, quem Beda statim subiungit: sequentem de stando sub euangelio, idem tribuit Anastasio, quem Beda habet

habet 27 Apr. 26 Maij tribuitur Quadrato episcopo;
 Hic firmavit vt nulla esca &c. quod pertinet ad Eleu-
 therum papam. quæ 25. die Maij poni deberet 26 die.
 29 Maij de Conone tres regulas Bedæ deesse patet ex
 Adone, 2 Iunij, Blandinæ cum 11, castigandum cum
 40. 9 Oct. Eleutherius dicitur presbyter, & Rusti-
 cus diaconus, contra quam habet Dionysij historia. 13
 Oct. Natale Faustini Marci & Adriæ. Sunt nomina
 corrupta, vt facile patet ex Vsnardo nostro. 26 Nou.
 In Nicomedia beati Marculi sacerdotis & martyris:
 qui temporibus Constantis regis tyranni persecutio-
 nes maximas pertulit: ad extremum ab alta rupe præ-
 cipitatus est. Castigandum puto, In Numidia. sic
 enim constanter habent varia recentiorum martyro-
 logia. deinde hunc Marculum puto adiectitium esse. si
 enim Bedæ eum habuisset, Vsnardus transcripsisset. Ter-
 tio, suspicor eum esse pseudomartyrem. Augustinus 17. 11 76
 enim scribit à parte Donati (de Numidia) proferrè 10 an.
 nescio, quos in persecutione suos martyres. ecce Marcu-
 lum de petra præcipitatum, & ecce Donatum Bagaien-
 sem in puteum missum. Nostros autem tradere quod
 ipse præcipitauerint. De eodem vide Aug. lib. 2 con-
 traliteras Petilianorum cap. 20 & 88. item Optatum
 lib. 3. 14. Dec. Arsenius & Isidorus debent poni
 collega Heronis & Dioscori: ex Vsnardo & Ecclesia-
 stica historia. 26 Dec. repetuntur Rufus & Zosimus
 habiti 8 Dec. & quidam imperitè interseruit de Zo-
 simo papa. Per has similesque maculas, doctissimo Bedæ
 martyrologio sua deperit grauitas. Quæ vt ei aliquando
 resituatur in integrum, multum iuuarent vetusta scri-
 ptaque exemplaria. Atque vt ea studiosius quærantur,
 hæc ex pluribus quædam, à me dicta sunt.

Ll 2

Extas

DE MARTYROLOGIIS,

Extat etiam Bedæ titulo tomo primo operum ipsius
Martyrologium metricum. verum cap. 5. dicam id non
Bedæ esse, sed Vandelberti, qui Prumiæ in sylua Au-
duenna claruit, An. 839. Citatur & aliud ipsius
nomine. Nam manuscripta passio sancti Reguli archie-
piscopi in Africa, & in Tuscia martyris sub Totila, sic
habet versus finem. Cuius (Reguli) dignissimam
sanctitatem beatus Beda considerans, etiam festi-
uitatis eius memoriam facere curauit in Marty-
rologio suo, quod versibus hexametris metricis
composuit, dicens:

Septembris Regulus tenet orditurque Calendas,
Regulus antistes: sibi que caput ense peremptum
Portauit binis Christo stadijs faciente,
Cuius reliquias nunc vrbs Lucensis adorat.

Hæc inibi. E quibus tamen recentioris auctoris ver-
bis, non ausim assenerare ipsum Bedam martyrologium
metricè scripsisse. Examinet itaque Studiosus Lector,
cuiusnam citatum fragmentum sit ascribendum.

Bedam proximè subsequitur Florus: de quo non
habeo quod dicam, quam quod modò ex Adone dixi,
& quod Usuardus præfetur se sanctorum sacras atque
anniuersarie recolendas festiuitates ex quibusdam præ-
cedentium patrum Martyrologijs in quandam collegijsi
vnitatem: & Flori memorabilis viri latiora iam meo
ipso sequi vestigia, præsertim in secundo eiusdem libro.
Ibi enim multa, quæ in priori omiserat, & correxit
addidit.

CAPVT

CAPVT IIII.

De Vsuardo.

P Rædictis quinto loco succedit *Vsuardus*: de quo ait *Sigebertus Gemblacensis*, in libro de viris illustribus, cap. 85. *Vsuardus* monachus prouocatus studio Hieronymi & Bedæ, qui festiuitates Sanctorum annuatim recurrentes, partim annotauerat: maximè autè animatus studio & iussu magni Caroli Imperatoris, cui displicebat quòd Hieronymus & Beda studentes nimis breuitati, præterierant plurima necessaria, & quam plures Calendarum dies intactos reliquerant, in gratiam eius studuit opus imperfectum supplere, & festiuitates sanctorum per singulos Calendarum dies annotans, integrum Martyrologium compilauit. Hæc *Sigebertus*. & eadem fere habet *Vsuardus* in operis sui præfatione. *Tritthemius* in catalogo addit eum fuisse Ordinis sancti Benedicti, natione Gallum: ac præter martyrologium quædam alia scripsisse.

In primo autem prologo inter eos qui *Vsuardo* communiter præmitti solent, notatur *Vsuardi* opus magis quam Hieronymi aut Bedæ, in usu haberi apud multas Ecclesias. Quæ etiam eius operi creduntur aliqua in locis varijs addidisse, præcipuè de sanctis & festis pertinentibus specialiter ad easdem. Vnde in Chronico Cassinensi annotatur, quòd *Theobaldus abbas Cassinensis* lib. 2. c. 53 (qui vixit centuria 11) inter reliqua describicurauerit Martyrologium Hieronymi plenarium. Hoc est, nisi fallor, *Vsuardum* auctum.

Propter istas autem additiones ad *Vsuardum*, non tam facile est ipsum *Vsuardum* solum, & absque additionibus

L. l. 3 tionibus

DE MARTYROLOGIIS,

tionibus ei indistinctè permixtis, prælo dare: quod tamen nos fecisse spero: quamuis subdubitem num paucos nostros conatus subterfugerint. Interposui quidem nonnulla in ipso *Vsuardo* ex *Beda*, *Adone*, diuersis Ecclesiarum Martyrologijs, & aliunde, sed alio caractere, per quem Lector facillime aduertat ea *Vsuardi* non esse. Contuli autem *Vsuardi* Martyrologium Coloniae in *R.* excusum Anno 1521. cum Romanae Ecclesiae Martyrologio: ea enim *Vsuardo* aucto, utitur: item cum eo quod *Lubecæ* impressum est Anno 1475: rursus cum diuersis Martyrologijs in Francia & alibi excusis. Quae omnia *Vsuardi* sunt, sed aucta. Et postremo contuli cum permultis *Ms.* Optassem tamen magis vetusta, & *Vsuardi* saeculo, aut circiter descripta. Interim ex horum codicum, quos adhibui, collatione, animaduerti *Vsuardum* Coloniae prædicto Anno impressum, paucos tantum habuisse additiones ab *Vsuardo* indistinctas: plurimas enim habet, sed ab *Vsuardi* verbis notula aliqua distinctas. Indistinctis itaque illis additamentis ex *Vsuardo* expunctis, est in nostro Martyrologio ipse *Vsuardus* peculiari, caractere solus, & diuersorum exemplarium subsidio castigatus. In quibus omnibus *Vsuardus* scriptum inuenio: semel atque iterum *Hersuardus*. *Tritthemius* tamen, & plures Germani, eum *Isuardum* nominant.

CAPVT V.

De *Vuandelberti* metrico Martyrologio.

V *Suardum* proximè sequitur *Vuandelbertus*, qui hexametro carmine conscripsit Sanctorum natalitios dies. De eo *Sigebertus* in libro de viris illustribus

Cap. 162.

ait. Guandelbertus scripsit Martyrologium metrico stylo: & Ioannes Tritthemius in libro de scriptoribus, Vuandelbertus diaconus & monachus Prumiensis cœnobij, Ordinis sancti Benedicti, Treuerensis diœcesis, scripsit ad Marcuadum abbatem vitam S. Goari presbyteri lib. 1. Martyrologium metricè. Vixit Anno 850. Ipse autem auctor in vita sancti Goaris libro secundo, dicit se eos libros absoluisse An. 839, sub imperatore Ludovico: & sub Marquardo, tertio abbate Prumiæ monasterij, quod extruxit Pipinus Caroli magni parens.

Est verò Vuandelberti metricum Martyrologium Basileæ impressum, tomo primo inter opera Bedæ, ubi inscribitur, Ephemerides Bedæ presbyteri: sed Vuandelberti nomine, clarius & emendatius cum Vsuardo Louanij Anno 68. Bedæ enim non esse, certò ex eo constat (alijs rationibus omiſſis) quia ponit quorundam sanctorum translationes ad Gallias, quæ post Bedæ tempora contigerunt: vt Sebastiani 20. Ianuarij, & 9. Dec. Gorgonij nona Septembris: item Chrysanthi & Daria ad Nouã cellã vigesima quinta Octobris.

Cum autem hic auctor diligenter sanctos Gallia notet, & ante annum nongentesimum claruerit, (Nihil enim habet de festis aut sanctis posterioribus, aut quicquã eorum quæ intra septingentos annos contigerunt:) ego non dubito, quin sit ipse Vuandelbertus: adductus ad hoc testimonio Ioannis Tritthemij, & potissimum Sigeberti Gemblacensis, qui in Gallica Brabantia vixit anno 1100. Si quis tamen putet nostræ coniecturæ hac in re non esse nitendum, placet mihi vt ab eo vocetur ephemerides ex primo tomo Bedæ, donec ei certius aliquid constiterit.

DE MARTYROLOGIIS,

Quod ad Manuscripta attinet, Lobij in indice excusa bibliotheca inter cetera inueni, Martyrologium Hieronymi, Martyrologium Bedae presbyteri, & Martyrologium metricè scriptum: seu, vt alius index habet, Martyrologium versificum cuiusdam Vuandallerti. Sed hæc An. 1546 fortuito incendio perierunt. Habere eum nostri quoque Martinenses, & Carthusiani Diestenses, iuxta antiquos indices. Sed apud neutros eum reperire potui. Quare quod mihi querenti infeliciter cessit, aliorum diligentia opto vt bene & cum felicitate succedat.

CAPVT VI.

De Adone Treuirensi archiepiscopo.

Vandelbertum subsequitur septimo loco Adonem archiepiscopus Treuirensis. Quem Platina Odonem, Nauclerus autem Othonem, nuncupant. Miror huius non meminisse Sigebertum, de viris illustribus scribentem: nec Tritthemium in catalogo: cui tamen Germanus fuerit, & eius liber frequentissime citetur à Petro de natalibus, & in Additionibus ad Vsuardum Colonie per Carthusiam An. 1515 & 1521. Hic vir, ait Aloysius, sanctissimus pariterque doctissimus, ante annos plus vel minus quingentos florere cœpit, à tempore Gregorij septimi: & ob vite sanctitatē tantæ (subdit ex Platina) extitit auctoritatis, vt ab eodem Pontifice ad componendas res inter Henricum & Rodolphum, qui de Romano imperio contendebant, vna cum duobus collegis, de latere sedis Apostolicæ legatus destinatus fuerit. Perro Adonis Martyrologium

Abp. 10. 4

quod Coloniae saepius manuscriptum extat, nusquam excusum scio, nisi in quarto tomo historiarum Aloysij. In quo volumine edendo, nos hunc tenuimus modum, ait Aloysius, ut vitæ, quæ vulgò in D. Hieronymi * Martyrologio habentur, omnino prætereantur, cum in promptu sint omnibus, nisi eis additum aliquid reperiat: quæ autem ab Hieronymo non sunt positæ, hîc omnes sint insertæ. Quamquam autem post tot veteres scriptores hic archiepiscopus Martyrologium conscripserit, non tamen in vacuum laborauit, quia ut ipse in Præfatione ait: In hoc opere ut dies Martyrum verissimè notarentur, qui confusi in Calendarijs inueniri solent, adiuuit venerabile & perantiquum Martyrologium ab vrbe Aquileia cuidam sancto episcopo à Pontifice Romano directum: & mihi ait, postmodum à quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum. Quod ego diligenti cura transcriptum, positus apud Rauennam, in capite huius operis ponendum putauit. Passiones autem Sanctorum paulò longiùs Martyrologio huic inferui, infirmioribus fratribus & minus legere valentibus seruiens, ut ad laudem omnipotentis Dei in memorijs Martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in paruo codicillo, quod multo labore alij per plures codices requirunt. Hæc Ado. Quanto autem iudicio, & fidelitate, Ado has compendiosas lectiones ex ipsis Martyrum gestis & prolixioribus sanctorum vitis verbatim transcripserit, facile intelliget qui has cum illis conferre volet.

* aut V-
suardi. vs
dictum est
cap. 2.

DE MARTYROLOGIIS,
CAPVT VII.

De reliquis vetustis Martyrologijs: item de
fastis Alexandri Essebiensis, & Calen-
dario Radulphi Riuij.

Vetustis quoque martyrologijs multo plura au-
numerari possunt. Nam etsi pleraque Canonico-
rum collegia, aut Regularium siue Monachorum
Capitula, Vsuardo aucto vtantur: non omnia ta-
men. Vt enim de ijs loquar, quæ perlegi, Cathedralis
ecclesie, Cameracensis, Ultraiectensis, & Leodi-
ensis, non vtuntur Bedæ, Vsuardo aut Adone, sed
proprijs Martyrologijs; quæ partim ex prædictis, par-
tim aliunde olim sunt conflatæ. Nam quod Georgius
Vicelius in præfatione Hagiologij sui scribit, Mar-
tyrologia manuscripta, quæ in Canonicis tem-
plis quotidiana lectione versantur antiquitatem
præferre, tam historiæ fide, quàm venustate
styli: id ipsum in his trium Episcopatum diuersis
Martyrologijs verissimum esse, legendo obseruauit.
Sed quod de Martyrologijs vetustis nobis reliquum
est, paucis absoluamus.

Alphonsus Thostatus, Abulensis episcopus, defensorij
parte 2. cap 86, citat calendarium sancti Isidori.
Quod non vidi.

Alexander, teste catalogo scriptorum Brytanni-
æ, Prior, canonicorum Regularium ordinis sancti
Augustini, Essebiensis monasterij, conscripsit elegan-
co metro de fastis seu sacris diebus librum vnum, qui
incipit,

Omnia

*Omnia cum nequeam Sanctorum scribere
in quo maiora festa ac Sanctorum per anni circulum
vitas pulchrè descripsit. Claruisse fertur Anno sa-
lutaris 1220.*

*Calendarius Ecclesiasticus Radulphi de Riino
Bredani, qui Tungris Decanus obiit Anno 1403,
excusus est Louanij An. 68 apud Vuellæum, è ma-
nuscripto codice, quem nobis communicauerat cla-
riſſ. Dominus, Iacobus Panelius Brugensis, S.
Theol. Licentiatus, & Canonicus in cathedrali ec-
clesia S. Donatiani. Cuius varia extant, pluraq.
expectamus, multæ eruditionis & vtilitatis, mo-
numenta.*

CAPVT VIII.

De recentiorum martyrologijs.

*Conſcripserunt etiam aut collegerunt, aut locuple-
tauerunt martyrologia, Egidius de Dammis,
monachus Dunensis, ordinis Cisterciensis, Hugo de
Toluis, Henricus de Iserelon, Petrus de Thimo, Go-
denbertus, & alij. quorum scripta non vidi: quibus-
dam tamen locis scio partim extare aut extitisse,
partim verò indicari. Vidi martyrologium absque
nomine auctoris impressum, quod inscribitur Viola
Sanctorum, & alterum quod dicitur Panis quo-
tidianus: sed neutrum me in vlllo inuit. Fran-
ciscus etiam Maurolycus, abbas Messanensis in
Sicilia, correxit & instaurauit Martyrologium
ad vsum Romanæ Curie: sed multa in eo ad-
iecit quæ sanctorum Ecclesiarum martyro-
logijs*

DE MARTYROLOGIIS,

logijs minus conueniunt, vt etiam eius labor ex parte annumerandus sit recentiorum collectaneis. Sic et noster, in ijs quæ minimo caractere Vsuardo ante notationes adiecimus.

Cap. 13

Vidi & alia quædam, è quibus nonnulla desumptorum inferius † mentionem faciam. Potest etiam recentioribus annumerari Petrus de Natalibus Episcopus linus episcopus, qui in sanctorum Catalogo copiosissimus ex veterum Martyrologijs & aliunde, de sanctis diuisit. Prædictis annumerentur poëta, Baptista Martuanus, qui hexametro versu conscripsit fastus Ecclesiasticos, siue de sacris diebus libros 12. & Ambrosius Nouidius Fraccus Ferentinas, qui ad Paulum tertium elegiacè scripsit sacrorum fastorum libros totidem.

CAPVT IX.

De vernaculis Martyrologijs.

Extant etiam vernacula quædam Martyrologia, et rariora: inter quæ Vsuardus Teutonice edidit cum passionali, Suollæ anno 1490, & postmodum Theodice. Item Dilingæ anno 62 excusum est Martyrologium Alemannicum, operâ Adæ Vualasser & magistri illius Germaniæ Theologi & ecclesiasticus, D. Petri Canisij Nouiomagensis: Cui titulus est, Martyrologium: Der Kirchen Calender, dair inne aengerigt werden die Christelÿchen Fellen, vnd heylighen Gottes. Durch Doctor Petrum Canisium Thumpredigern Zu Nusborch &c. in teutisch verfertigt. Sane valde optarim quod horum exemplo etiam aliquis nostratium, Belgico seu Germaniæ inferioris, siue Flandrico, siue Gallico idiomate, conaretur populariter Martyrologium conscribere, ex Vsuardo

labor ex
ueis. Sicut
uardo ante
nulla desump
Potest etiam
at alibus E
go copiosiss
e sanctis d
Baptista Ma
t fustus Eccl
& Ambrosi
ulum tertiu
totidem.
gij.

ad eum additionibus, & aliquando paulò fusiùs, ex
martyrum atque sanctorum probatissimis gestis, Quos
laborem Domino inspirante aliquem suscepturum spero.
Inueniet is quidem fortassis in initio nonnullam dif-
ficultatem. Sed initia semper amara esse scimus: & spe-
randum est ei de diuina misericordia, quòd † officium *August.*
impertiendi meritum erit accipiendi. Cum enim verbis *epist. 132.*
moneri dicamur, exemplis vero moueri: & in ecclesia-
stico officio legamus, solennitates martyrum exhorta-
tiones esse martyriorum: & Iacobus Apostolus dicat: *Iacob. 5*
Exemplum accipite fratres laboris & patientiæ, Pro-
phetas, (sub quibus reliquos Sanctos intellige) qui locuti
sunt in nomine Domini: Ecce beatificamus eos, qui su-
stinuerunt, quis nõ intelligat quãta vtilitate etiã plebeijs
indies breui aliqua lectione nõ nihil proponeretur de san-
ctorũ virtutibus, certamine, & martyrio, atq; coronis?

CAPVT X.

De hæreticorum pseudomartyrologijs.
E Ad id faciendũ magis nos incitare deberet hæreti-
corum nostræ ætatis diligentia: qui non tantum
habent pseudomartyrologia Latine conscripta per Ioan-
nem Crispinum & Ioannem Foxum & Pantaleonem,
sed & Germanicè per Adrianum, Anglicè per Foxum,
item Gallicè & Flandricè. Quæ scripta ego, nec vidi,
nec videre cupio. Hoc verò dico, eos libros mendacissimè
Martyrologia nominari: quoniã vt Cyprianus ait in lib.
de Vnitate Ecclesiæ, siue de simplicitate Prelatorum. *cap. 8*
Esse martyr nõ potest qui in Ecclesia nõ est, ad re-
gnũ peruenire nõ poterit, qui eam quæ regnatura
est, derelinquit. Pacem nobis Christus dedit: con-
cordes

Martyrologi
ut tonice editus
modum The
st Martyro
ffer & magis
s, D. Petri
Martyrolo
inne aenge
en vnd her
rum Carli
&c. in reu
orum exem
Germania
te, conaretur
ex Vuardo
& al

DE MARTYROLOGIIS,

cordes atque vnanimes esse præcepit, dilectionis & charitatis fœdera incorrupta atque inuiolata seruari mandauit. Exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem. De

1 Cor. 13. cet hoc & contestatur Apostolus Paulus dicens. Et si habuero fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si cibos pauperum distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil proficio. Ad regnum celorum non potest peruenire discordia: ad præsentium Christi pertingere non poterit qui dilectionem Christi perfida dissensione violauit. Cû Deo munerere non possunt, quia esse in Ecclesia Dei vnanimes noluerunt: ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestijs, animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest: coronari non potest. Sic se Christianum esse profitetur, quomodo & Christum diabolus sæpe mentitur, ipso Domino

Marc. 13. admonente, & dicente, Multi venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos fallent. Sicut ille Christus non est, quæuis fallat in nomine illius: ita nec Christi videri potest, qui non permittet in euangelij eius & fidei veritate. Neque

Vide dialogum 6. Copi. ca. 3. Lib. 5. histor. ca. 15. 16 Rufini stræ ætatis hæretici primi sunt qui de martyrum nomine falsò sibi blandiuntur. Nã vt apud Eusebium scribit Apollinaris Hierapoli episcopus, Cataphrygæ cû in omnibus cõuicti nihil respondere potuerunt, ad martyres confugiebant, dicentes multos se habere martyres, & hoc esse indicium quòd verus sit apud eos propheta

prophet
ergo?
habent
tas apud
nistæ ha
terit ap
non est
bus impr
aut vid
stantia,
gladio au
nanc. mo
tia in dis
tes se del
stam ph
multa a
tro pugna
fensione
ipsum et
uerit e
rum pe
recensere
tyres, j
Roman
pseudom
gi, ca
theran
malefic
poni in
18. tra
inter se
modò e

propheticus spiritus . Ad quæ Apollinaris , Quid
 ergo ? quia multi alij hæretici plurimos martyres
 habent, ideo acquiescendum est eis quod etiã veri-
 tas apud eos sit? Nam primi qui dicuntur Marcio-
 nistæ habet plurimos martyres . Sed quæ esse po-
 terit apud eos martyrij veritas, vbi Christi veritas
 non est? *Quæ verba vtinam quorundã infirmis menti-
 bus impressa essent, qui facillimè turbantur cum audiunt
 aut vident hæreticum quempiam magna animi con-
 stantia, seu veriùs pertinacia, corpus suum flammis aut
 gladio aut alij mortis generi obijcere: cum tamen etiam
 nunc, magno Dei erga infirmos beneficio, hæc pertina-
 cia in diuersis sectarijs deprehendatur . Vnde si quis pu-
 tet se debere anabaptistam fieri, quia videt anabapti-
 stam phanatico spiritu sese morti dare, nonne eidem
 multæ aliæ nostræ tempestatis hæreses, etiam ex diame-
 tro pugnantes, amplectendæ erunt, quia pro earum de-
 fensione nonnulli magna constantia interierunt? Quod
 ipsi etiam, curiosum hominum genus facile animad-
 uertet ex prædictis hæreticorũ Martyrologijs, si in eo-
 rum pestilentem lectionem incidat: audio enim in eis
 recenseri non vnus tantum hæreticæ sectæ pseudomar-
 tyres, sed ad vnã vsque omnium quæ hoc tempore
 Romanam Ecclesiam obscurare conantur. Lege contra
 pseudomartyrologos sextum dialogum Alani Copi An-
 gli, capite potissimum 16. in quo docet non modo Lu-
 theranos & Quinglianos, sed alios etiam hæreticos &
 maleficos, veris martyribus deletis in eorum loca sup-
 poni in nouis & ante hac inauditis Foxi fastis. Capite
 18. tractat in Calendario Foxi etiam confessores male
 inter se conuenire, Reperiuntur enim ibi non Bucerus
 modò & Fagius, sed & Erasmus Roterodamus, atque
 Picus*

Excusit,
 Plantinus
 Anno 66.

DE MARTYROLOGIIS,

*Picus ille Mirandula comes, per quos duos totum For-
calendarium subuerti & exinaniri docet, Capp. 26. &*

*27. Quod igitur olim contra Donatistas dixit beatus
Augustinus, id nunc contra Lutheranos, Calvinistas,
reliquosque hodiernos sectarios repetendum puto.*

Epist. 50. Insaniunt ait isti, qui diuidunt membra Christi,
exufflant Sacramenta Christi: & de persecutione
gloriantur, quia prohibentur ista facere legi-
bus imperatorum, quas constituerunt pro vni-
tate Christi: & iactant fallaciter innocentiam suam,
& quam non possunt à Domino accipere, ab ho-
minibus quærunt Martyrum gloriam. Veri au-
tem Martyres illi sunt, de quibus Dominus ait:

Matth. 5 Beati qui persecutionem patiuntur propter iusti-
tiam. Non ergo qui propter iniquitatem, & pro-
pter Christianæ vnitatis impiam diuisionem, sed
qui propter iustitiam persecutionem patiuntur,
Augus. in hi martyres veri sunt. Et, si passa es ô pars Donati
Ioan. (atque nunc ô pars Lutheri, Caluini & aliorum) cor-
tract. 11 poralem afflictionem ab Ecclesia catholica, à Sara
Gen. 16 passa es Agar: redi ad dominam tuam.

CAPVT XI.

Quòd fructus hæreticorum plenius de-
clarent eos falsò sibi sanctorum marty-
rum nomen ascribere: & oratio sup-
plicans ab hæreticis liberari.

*Lege dia-
logos Ala-
ni Copi.*

Quòd si nobis liceret atque libèret expatiri ad
hæreticorum varios præter malam doctrinam
fructus, plenius explicaretur eos falsissimè sibi de san-
ctorum martyrum gloria blandiri. Neque ex incertis
principi-

principijs procederetur: sed ex Apostolica & canonica
 autoritate Petri, Pauli, & Iudæ. Qui dicunt eos sei- 2. Pet. 2
 ipsos amare, cupidos esse, atque cor habere auaritia exer- 2. Tim. 3
 citatum, secundum desideria sua ambulare, confusio-
 nes suas despumare, voluptatum magis amatores esse
 quam Dei, speciem quidem pietatis habere, virtutem
 autem eius abnegare: eos sibi placere, superba vanita-
 tis loqui: elatos, superbos, ac tumidos esse, nubes quæ à
 vento circumferuntur, semper discentes, & nunquam
 ad scientiam veritatis peruenientes, qui dominationem
 contemnunt: maiestatem, viam veritatis & quæcun-
 que ignorant, blasphemant: ingratos, scelestos, sine af-
 fectione, sine pace, murmuratores, mendaces, crimi-
 natores, incontinentes, immites, proditores, & vsque
 adeo corruptos mente, & reprobos circa fidem, quod
 ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta
 erit omnibus. Hæc euentura Apostoli Spiritus San-
 cti instinctu prædixerunt: Frequentissimè autem, imo
 penè semper per hæreticorum perfidiam euenisse, satis
 superque contestantur præteritorum temporum proba-
 tissimæ historiæ: Eademque & nostro tempore eueni-
 re quis est qui nesciat? Anno 66, cum peccatis nostris
 iratus Dominus Deus Germaniam nostram inferio-
 rem per hæreticorum perfidiam castigans castigabat,
 (vt nihil dicam de adiacentibus, nationibus & regnis)
 nonne experiebamur quantum inueheretur calamita-
 tis, nouelli dogmatis inductione? Siquidem non tan-
 tum parua res, sed & maximæ labefactabantur: nec
 tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, ve-
 rum etiam omnes propemodum vrbes, populi, prouin-
 cia, & nationes Belgarum, hoc nouellæ perfidiæ con-
 tagio, nedum maculabantur, sed etiam concutiebantur
 funditus,

M m

funditus,

funditus, & emouebantur. Plena erant omnia seditionibus & intestinis bellis: & varijs locis indiestimebatur hæreticorum contra catholicos cruenta conflictatio. Quæ blasphemix tunc sunt auditæ contra catholicam Regis nostri maiestatem? quarum nonnullas etiam editis libellis oppidatim spargebant. Quis nescire potuit eorum mendacia, contemptum dominationis: Satanicum odium erga Episcopos, Sacerdotes Christi, & religiosos patres, atque Sanctimoniales, & ad vnum vsque omnes qui se catholicos esse profitebantur? Quoties publice in plateis à perditissimis nebulonibus clamabatur in sacerdotum & Monachorum sanguinem & internecionem. Quanta blasphemix varijs locis audiebatur in beatissimam Dei matrem Mariam, aliosque Sanctos: imò in sacrosanctam Eucharistiam. & tremèdum Missie sacrificium? Qua barbarie sæuiebatur per terribissimas facis nebulones & fures, in Dei nostri Ecclesiarum altaria, monasteria: eius & sanctorum ipsius imagines: id est, non vno loco, sed per vicos, oppida, vrbes, & regiones.

1. Macha.
3. g

Tunc mihi repetendum videbatur, quod olim Antiocho Rege templum Hierusalem profanante, voce magna in cælum clamatum est à Iuda Machabeo, & ab vniuersis filijs Israël, dicentibus: Sancta & Contumeliosa: sicut & Contaminata: siquidem in his verbis literæ numerum significantes exprimunt annum 1566. in quo non tantum imagines & Ecclesie, sed etiam in almo sanctæ Eucharistie Sacramento Dominus noster Iesus Christus, sanctus sanctorum, conculcatus est apud Belgas & contaminatus. Sed hæc sit querimoniarum modus. Horret enim animus ea recogitare, quæ anno LXXII. Belgium nostrum pertulit, & in presentiarum adhuc perfert. Quod ad nos attinet, Domine Deus,

Deus. Iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera, quia in veritate & iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccaui- mus enim & iniquè egimus recedentes à te, & præcepta tua non audiui- mus, nec obseruauimus. Omnia ergo, quæ induxisti super nos & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti. Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis & his qui colunt te. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam &, secundum multitudinem misericordiæ tuæ, & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine, & confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Confundantur in omnipotentia tua, & robur eorum cõteratur, & sciãt quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum.]* Adeste Angeli Dei mei qui nũquam deestis constituti in ministerio Verbi, propter eos qui hæreditatẽ ca- pessuri sunt æternæ salutis, & videte Belgicã totam dudũ tantarum Ecclesiarũ cuneis fultã, nunc desolatam: tãtis ordinibus sacerdotum ornatam, modò sedentem viduã & abiectam. Deprecami- ni Patriarchæ, de quorum stirpe generis nata est quæ nunc laborat in terris. Orate sancti Prophe- tæ cognoscentes afflictam, quam antea vaticinan- te præconio cecinistis. Estote Apostoli suffraga- tores eius, quam vt congregaretis vniuersum orbem ascendente in vobis Domino, vt equi ve- locissimi cursitastis. Præcipuè tu Petre bea- te, quare files pro ouibus & agnis à communi

Am 2

Domino

Daniels.
lis. 3.* Victor
in fine ter-
tij de per-
se. Vuan-
dal. paucis
tamẽ mu-
tatis ad
nostra tẽ-
pora.

DE MARTYROLOGIIS,

Domino magna tibi cautela & solitudine commendatis? Tu sancte Paule gentium magister qui ab Hierusalem vsque ad Illyricum prædicasti Euangelium Dei, cognosce quid Gothica & Vandalica barbarie faciant hæretici, & filij tui gemunt lugendo. Vniuersique ingemiscite sancti simul pro nobis Apostoli. Sed scimus quia indignum est vobis, pro nobis orare, quia ista quæ venerunt nobis, non ad probationem, quomodo Sanctis, sed malis meritis supplicia debebantur: sed & pro malis orate iam filijs, quia & Christus orauit etiam pro inimicis Iudæis. Sufficiant castigationes quæ iuste illata sunt nobis, & iam iamque delinquentibus * venia postuletur. Dicatur Angelo percutienti, Sufficit: iam cohibe manum tuam. Quis ignoret hæc probrorum nostrorum scelera procurasse, aberrantibus à mandatis Dei, & in lege eius nolentibus ambulare? Sed prostratirogamus, vt non spernatis vestros miseros peccatores per eum qui vos ad Apostolicum culmen prouexit humiles piscatores.

Delinquentes vocat eos qui deliquerunt. 2. reg. 24 c

CAPVT XII.

De Græcis martyrologijs.

Habent & Græci sua martyrologia. Nam in Græcorum horologio habentur ad singulos dies commemorationes Sanctorum, & orationes ad eos factæ, in ea nempe Horologij parte, quæ Menologium inscribitur, à menis, id est, mensibus, eò quòd secundum ordinem mensium de Sanctis totius anni in ea agatur. Vnde commemorationes Sanctorum in martyrologium transferuntur. Ipsius quoque Simeonis Metaphraste opus de San-

stis, non aliud est, quam prolixum martyrologium.

Et postremò Nicephori Callisti Xanthopulitaxis, sine synopsis de sanctis totius anni, secundum menses, Græcè habetur. Quæ Basileæ impressa est, cum Cyro Theodoro Prodromo, apud Ioan. Bebelium An. 36 fol. v 7.

CAPVT XIII.

De additionibus ad Vsuardum.

Nunc ex ordine dicendum est aliquid de additionibus ad Vsuardum. Cum enim Vsuardus non potuerit annotare Sanctos qui post sua tempora claruerunt: neque etiam omnes habeat qui ante eum fuerunt, ideo ut martyrologium Vsuardi plenius foret, aliunde eî quaedam erant apponenda. Quæ autem ego illi apposui ex Veterum Scriptorum, aut diuersarum Ecclesiarum martyrologijs, aut Breuiarijs, ea magno quidem caractere, sed distincto ab Vsuardi verbis, & fere præmissa litera significatiua, imprimi curavi. Reliqua ex recentiorum collectaneis & aliunde, minimo caractere apposui, partim de Sanctis quos in nullo Ecclesiarum Martyrologio, aut Breuiario, inueneram: partim etiam de beatis, ut vocant quidam, siue beatæ memoriæ, hoc est, de ijs qui magna sanctitate hic claruerunt, in nulla tamen ecclesia eorum memoria celebratur: neque in Sanctorum numerum ascripti sunt. Cuius supplementi nostri plenam & copiosam rationem exprimit præfatio ad Lectorem, quam Vsuardo præmissi.

Tria autem obseruari velim in recentiorum collectis Martyrologijs. Primum, quòd multos sanctos non canonizatos, siue in nulla ecclesia celebres, cum canoni-

DE MARTYROLOGIIS,

zatis indistinctè permisceant. Quod tamè Carthusia Coloniensis declinare volēs in *Vsuardo* Coloniae aucto. An. 1521, præfatur se poenè semper (beatæ aut sanctæ memoriæ) non canonizatis præmississe, vt per hoc à canonizatis secernantur. Rectè autè addit & circumspectè (poenè semper): nam difficile iderat præstitū. Vnde vtriusque multos nostrates inter Sanctos posuit absque prædicta clausula, quos apud nostros in nulla ecclesia vt Sanctos coli, animaduerti. Qualis est *Vuolbodo* Leodiensis episc. in crypta Ecclesiæ S. Laurentij & extra Leodiu sepultus, vbi singulis annis in anniuersario eius pro oratur, 11. Cal. Maij. & *Iduberga*. mater S. Gertrudis eleuata est quidem cum *Pipino* & nutrice *B. Gertrudis*, *Niuella* in filia suæ quondā monasterio, à quadragesimis autem annis *Canonicarum* collegio, & tamen ibidem pro ea & *Pipino* anniuersariæ Missæ de defunctis celebratur: nec *Carolus Comes Flandriæ* martyr, *Brugis* quiescit, inter canonizatos habetur. Et hæc tria expressisse satis sit. Secundò ex historijs Ecclesiasticis, dialogis *Gregorij*, & aliunde, multos Sanctos tantum per occasionem quandam transcripserunt plerique recentiores, nescientes tamen quo die obierint, & an in vlla Ecclesia celebrentur. Sic primo die *Ianuarij* in die S. *Fulgentij* episcopi adiecerunt nonnulli *Fulgentium* *Tricolsensem* abbatem ex *Gregorio*. 16. *Ianuarij*, in die S. *Honorati* *Arelatensis* episcopi, *Honoratum* episcopum *Ambianensem*, (cum huius natalem *Ambianenses* festo magno duplo celebrent 17. Cal. *Iunij*) ex *Gregorio* memoriam *Honorati* abbatis. 22. die eiusdem mensis, in die *Anastasi* Martyris, *Anastasium* abbatem. & sic consequenter: sæpe occasione nominis, de cuius sanctitate nonnulli

quam
cum alijs
exusserunt
sectarij
An. 68

nonnil
de Na
Malch
scribit
& Bo
passi su
na mar
passion
Marty
no Ge
vlla oc
histori
sent. Q
Postre
vnde q
quado
pserit
ignorã
sio pro
ex vit
die Ian
sed neu
Euag.
dit lib
fibilit
librū
in eo
scribi
non d
& Eu
dorū
Rursi

nonnihil legerant apud Veteres, aut ex eis apud Petrum
 de Natalibus. Similiter in die Hilarionis, adiecerunt
 Malchum captiuum monachum, quia vtriusque vitam
 scribit Hieronymus. In die Ioannis Papæ, Symmachum
 & Boëthium, quia per eundem Theodoricum Arianum
 passi sunt. Calendis Maij in die Quiriaci, adijcitur An-
 na martyr, mater eius: & tertia die Maij, ex Alexandri
 passione, in die eius, Seuerina vxor Aureliani. In
 Martyrologio autē manuscripto quod à Patre Anto-
 nio Geems in Rubea valle collectum est, multos absque
 ulla occasione certis diebus additos puto, ex Tripartita
 historia & aliunde, tantum vt in martyrologio nō deef-
 sent. Quod ipsum in aliorū collectaneis variis obseruaui.
 Postremò nonnulli ex istis recētioribus scriptoribus dum
 vndequaq; voluerūt sua Martyrologia locūpletare, ali-
 quādo ex incertis hīstorijs & apocryphis libris transcri-
 pserūt Sanctos, quos Vsuardus & Rom. Ecclesia, aliāq;
 ignorāt. Duo tantū adhibebo exēpla: video enim me in-
 sū prolixiorē esse. Ponūt Or secundo iduū Nouembris,
 ex vitis patrum ab Euagrio descriptis: & decimo sexto
 die Ianuarij Faustū Lirinēsem, ex catalogo Gennadij:
 sed neutrum posuissent puto, si in Hieronymo de Or &
 Euag. legisset. Euagrius Pōticus Hyperborita edi-
 dit librū & sentētias περὶ ἀπάρθειας, quā nos impas-
 sibilitatē, vel imperturbationē, possumus dicere:
 librū quoq; scripsit quasi de monachis, multosq;
 in eo enumerat qui nunquā fuerunt, & quos fuisse
 scribit Origenistas, & ab Episcopis dānatos esse,
 non dubiū est: Ammoniū videlicet, & Eusebium,
 & Euthymiū, & ipsum Euagriū: Or quoq; & Isi-
 dorū, & multos alios, quos enumerare tædiū est:
 Rursus de Fausto & Gennadio, in Adonis Viennensis

In epist.
 ad Ctesi-
 phontem.

M m 4 archie-

DE MARTYROLOGIIS,

Abb. 492 *archiepiscopi Chronico*. Faustus ex abbate Lirinensis monasterij, apud Rhegium Galliaë episcopus factus, Pelagium dogma destruere conatus, in errorem labitur: vnde qui eius sensus hac in parte

Cap. 85.
Tertium
exemplū
de Marcu-
lo annota-
tum est su-
pra, cap. 3.

Catholicos prædicant (sicut Gennadius de illis-
tribus viris scribens) omnino errant.

CAPVT XIII.

De lectione Martyrologij in fine Primæ: &
cur præmittatur quota sit Luna.

V Tuntur Martyrologio in fine Primæ pleraque
Ecclesiæ Cathedralis, & multa Canonicorum
Collegia, & fere omnia monasteria, non tantum religio-
forum, sed & sanctimonialium. Vnde rubrica generalis
Romani Breuiarij habent, post orationem Primæ in
choro legi Martyrologium. Monasteria tamen qua-
dam non in choro legunt, sed in Capitulari domo. Cuius
occasione in sermone quodam de Sanctis annotat Di-
onysius Carthusianus, In Capitulis religiosorum
antequam culpæ recognoscantur, seu proclamen-
tur, fieri lectionem in martyrologio; quatenus
fratres martyrum sanctorum exemplo ad patien-
tiam, animentur, etiam si absque sua culpa redar-
guantur, aut proclamētur. Meminit huius etiam
Radulphus de Riuo, in libro de canonum obseruantia.
Sic enim scribit propositione 14. In officio Capituli
quod fit post Primam, fiunt tria. Primò, memoria
Sanctorum in recitatione Martyrologij, cum
versu Pretiosa, & Capitulo Sancta Maria. Sec-
undò, memoria defunctorum in anniuersarijs re-
citandis, cum Miserere mei Deus, & collectis.

Tertiò,

Tertio, quia tunc ad labores diurnos preparari debemus, adduntur preces congruentes, dicendo ter, Deus in adiutorium.

Lectio Martyrologij præmittitur quota sit Luna. in cuius pronuntiatione etsi nonnulli nonnihil variant, vsitatio tamen hæcenus fuit pronuntiatione iuxta morem Romani Martyrologij, licet in eo Luna Calendarij prima, esset luna cæli quinta vt plurimum. Nunc verò cum aureus numerus in nouo Romano Breviario sic sit restitutus, vt non sit opus per quinque syllabas retrocedere, ad inueniendam nouam lunam, sed reductus sit ad diem nouilunij, seu coniunctionis lunæ cum sole: ego etiam pronuntiationem lunæ, quæ ex eo numero dependet, in nostro martyrologio immutavi, vt correspondeat cum aureo numero reducto, vt non sit, aut minima tantum sit differentia, inter lunam cæli & lunam nostri Calendarij.

Cur verò quota sit luna præmittatur, rationem puto, quòd Ecclesia velit nobis ob oculos ponere instabilitatem & mutabilitatem miseræ huius vitæ, vt ex eius consideratione rapiamur ad quærendum ea quæ sursum sunt. Per lunæ enim augmenta & decreta vsitatè significatur huius vitæ mutabilitas. Vide & resurrectio Domini in plenilunio celebratur, ad significandum quòd in resurrectione omnis mutabilitas absumetur, quando efficiemur sicut luna perfecta, in æternum. Pl. 22. f

Mm 5 CAPVT

Cur mors Sanctorum natalis dicatur: & quomodo lectio Martyrologij sit concludenda.

NEc ab simili de causa Sanctorum obitus Natalis dicuntur. Quod antiquissima & vscatissima Ecclesie vsurpatione fieri probat D. Pamelius in Cypriani epistolam 34. Nos autem causam tam frequentis vsurpationis paululum consideremus, cum haec lectio in Martyrologijs vbique sit obuia. Quamquam igitur in baptismo renascamur, non tamen plenè renascimur & sanamur. * Quoniam filij Dei quamdiu

* Aug. en-
sbi. ca. 64 mortaliter viuunt, cum morte configunt: &

quamuis de illis veraciter sit dictum, Quotquot spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, sic tamen filij Dei excitantur, & tanquam filij Dei proficiunt ad Deum, vt etiam spiritu suo, maxime aggrauante corruptibili corpore, tanquam filij hominum quibusdam motibus humanis deficiant ad

Rom. 8. seipsos, & ideo pereant.] Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors (cum omnibus pœnis & miserijs) in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus (peccatum & peccatorum reliquia)? Et ob hanc plenam regenerationem, dies obitus & resurrectionis Sanctorum, natales dicuntur, iuxta illud

1. Cor. 15. Osce 13. Christi: Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede Maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim. Eodem referunt

Matth. 19

referunt Hilarius in Psalmum 2, & ex eo Beda libro
 2 in Acta, illud Psalmistæ, Ego hodie genui te: nempe in 13 Act.
 ad resurrectionem Christi primogeniti ex mortuis. De Psalm. 2
 qua Isaias quoque, iuxta multorum interpretationem, Col. 1
 ait: Generationem eius quis enarrabit? quoniam tol- Act. 8. f
 letur de terra vita eius. Sane hæc vita præsens & mor- Isa. 53.
 talis, in qua nascendo morimur, tot miseris animæ &
 corporis est obnoxia, vt verè non mereatur vitæ no-
 men. Vnde beatus Augustinus tractans illud Ioan- Tract. 22.
 nis: Qui verbum meum audit, & credit ei qui in cap. 5.
 me misit, habet vitam æternam, & in iudicium Ioannis.
 non venit, sed transit à morte ad vitam. Ecce in-
 quit in hac vita nondum est vita: transitur à morte
 ad vitam, vt in iudicium non veniatur. Quare
 autem nondum est vita? Si vita esset ista, non di-
 ceret Dominus cuidam, Si vis venire ad vitam, Matth. 19
 serua mandata. Non enim ait illi, Si vis venire
 ad vitam æternam: non addidit æternam, sed tan-
 tum dixit vitam. Nec vita nominanda est, quia
 non est vera vita. Quæ est vera vita nisi quæ est
 æterna vita? Audi Apostolum dicentem ad Ti- 1. Tim. 6
 motheum: Præcipe diuitibus huius seculi non
 superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum,
 sed in Deo viuo: qui præstat nobis omnia abun-
 danter ad fruendum: bene faciant diuites: sint in
 operibus bonis: facile tribuant, communicent. Vt
 quid hoc? Audi quod sequitur: Thesaurizent sibi
 fundamentum bonum in futurum, vt apprehen-
 dant veram vitam. Profecto ista in qua erant, falsa
 vita est: nam vt quid velis apprehendere veram, si
 iam tenes veram?] * Nos itaque non natiuitatis
 diem celebramus, cum sit dolorum atq; omnium
 tenta-

Origenes
 lib. 3. in
 Job.

tentationum introitus: Sed mortis diem celebramus, vtpote omnium dolorum depositionem, atque omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non mori videntur.]* Natalem ergo Sanctorum cum auditis charissimi, nolite putare illum dici quo nascitur in terram de carne, sed de terra in caelum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, sed fortes & stabiles & aeternas: de mundanis risibus ad coronam & gloriam. Tales natales dignè martyrum celebrantur. Beatorum martyrum passiones inquit Eusebius Emilianus*, natales vocamus dies, quando eos martyrij vita, & gloriae fides dum ingerit morti, genuit aeternitati, & perpetua gaudia breui dolore parturijt. Merito plane dicendi natales dies, per quos illi qui nati fuerant in hanc fragilitatis humani miseriam, subito renascuntur in gloriam, vitae perennis initium de mortis sine fumentes. Etenim si dies natales vocamus quibus in hanc lucem in delictis & doloribus nascimur ad dolores, iustiùs isti celebrantur natales, quibus Sancti ex corruptibili luce in nouam illam futuri seculi veniunt claritatem, & filij hominum in adoptionem diuinæ paternitatis ascendunt. *In fine lectionis omni die addendum est, Et alibi, aliorum plurimorum sanctorum, Martyrum, Confessorum, atque Sanctarum virginum: & respondetur, Deo gratias. In nullo enim Martyrologio habentur omnes Sancti per varias Ecclesias celebres: Ne-*

*P. Chrysostomus
serm. 129.
de Cypri.*

*in quem
Gagneus
emissit,
Homil. 50
de Genesio.*

*Vide & dia-
logum A-*

que etiã in catalogo Petri de natalibus, aut in Vuardo Coloniae*

Coloniae aucto Anno 1521. Quod ex quarundam eccle-
 siarum Breuarijs facile obseruari potest. Deinde ad-
 ditur istud, quia permultos martyres, confessores, atque
 virgines, cœli gaudijs potiri non dubitamus, quamuis in
 Ecclesia non sint relati in numerum Sanctorum.

CAPVT XVI.

De Lctione Martyrologij in cœna.

A Pud nonnullos legitur etiam in cœna ex Marty-
 rologio lectio sequentis diei. Quod pluribus locis
 fieri optarim. Pro reuerentia enim Dei & sacerdo-
 tũ, id vniuersa constituit Synodus (Toletana ter-
 tia) vt quia crebrò solent mensis ociosæ fabulæ
 interponi, in omni sacerdotali conuiuio lectio di-
 uinarum scripturarum (aut aliarum quæ Ecclesia-
 sticos ædificant) misceatur: Per hoc enim & ani-
 mę ædificantur ad bonum, & fabulę non necessa-
 rię prohibentur. Scribit Possidius Calamensis episco-
 pus beatum Augustinum in ipsa mensa magis lectionem
 vel disputationem, quam epulationem potationemque,
 dilexisse. Quam in re si Augustinum imitari placebit,
 non inutilis, neque iniucunda, erit in cœna lectio sub-
 sequentis diei: atque circa eam nonnulla mensalis ven-
 tilatio, de Sanctorum vita, de genere Martyrij, de
 tempore persecutionis, de locorum situ, de antiquis &
 nouis locorum nominibus, de Grammatica quarundam
 vocum explicatione, & id genus alijs eò pertinen-
 tibus.

Can. 7.

to. 2.

Cons.

CAPVT

Quod Martyrologium Vsuardi auctum vtile sit Pastoribus.

PRæter dictos vsus habebit etiam Vsuardus auctus suum peculiarem vsu apud Pastores. Cum enim plebs, in annunciandis natalitijs Sanctorum, plerumque aliquid à Pastore expectet de sanctorum vita, atque certamine, imò ipsius Pastoris sit festorum rationem populo exponere (Cuius non minima portio in Sanctorum imitatione consistit) non parum ad eam rem inuabit ipsos Pastores hoc compendiosum opus. Deinde populo aliquando à Pastore proponenda est admonitio Ioannis Chrysostomi, dicentis. Olim statim & à

Hom. 21 principio erudiebant pueros qui ipsis nascebantur, admonentes appellationibus, quas illi imposuerant vt virtutem exercerent: & non sicut nunc, fortuito & absque causa, nomina fiebant, **in Gen.** Dicunt enim. Iuxta nomen aui vel abauis nominetur puer: at prisca non ita, sed omnem operam adhibebant, vt talia natis imponerent nomina, quæ non solum illos qui nomina sortiebantur, in virtutes adducerent, sed & alios omnes qui sequentibus sæculis futuri sunt, nullam non sapientiam docerent. Admonendi sunt igitur subditi,

Eccles. 41 vt curam habeant de bono nomine imponendo, & **Lu. 1. 2. c** seruando: & cogitent ipsos etiam angelos diuinitus aliquando sollicitos fuisse, de nominibus aptè imponendis. Cum igitur multi boni homines huic admonitioni libenter acquiescant, & sæpe à Pastore suo de Sancto cuius nomen gerunt, aliquid scire desiderent, in quo se

illius exemplo exercent, ad hoc Pastor multum subsidij inueniet in nostro *Vsuardi Martyrologio*, & additis ei annotationibus.

Et postremò, Christiani nolunt epulas celebrare eo die quo in hanc lucem editi sunt. Inuenimus ait *Origenes*, in veteri quidem Testamento, Pharaonem regem diem natalis sui cum festiuitate celebrantem: in nouo vero testamento, Herodem. Vterque tamen eorum ipsam festiuitatem natalis sui, profusione humani sanguinis cruentauit. Sancti verò non solum non agunt festiuitatem in die natalis sui: sed & spiritu sancto repleti, execrantur hunc diem. Malunt itaque pij homines reiecta & reiecta vana gentilitate de epulis celebrandis eo die quo in lucem hanc editi sunt, malunt inquam, sibi congratulari in die Sancti, cuius nomen genuerunt, quòd Christiani effecti sint, & per lauacrum regenerationis spem vitæ æternæ adepti. Vnde ijs qui à Pastore cognominis sui natalitium diem petent, facile per indicem eiusdem libri responderi poterit.

Hom. 8
in Leuit.
Gen. 42
Matth. 14

Iob 3. 8
Ierc. 20

CAPVT XVIII.

De vtilitate Martyrologij contra hæreses.

Hoc Martyrologium postremò per varia sanctorum exempla, non solum demonstrat nobis arduam virtutum viam: sed etiam contra hæreticorum pestilentissimas & fluctuantes doctrinas, mirum in modum nos stabilis atque munit. Immensa enim Dei, nostri pietas ait *B. Ambrosius*, multiplex ad bonitatem, & artifex ad salutem, proponens arduam virtutum

Serm. 95.

gutum

de Nazario & Celso
 tutum palmam, tantorum martyrum merita nostra vult esse suffragia: simulque dum nobis fidem veram duro martyrij agone commendat, afflictionem præcedentium, instructionem efficit posterorum. Quantâ est circa nos Dei nostri sollicitudo? illos examinat, vt nos erudiat: illos conterit, vt nos acquirat: eorumque cruciatus, nostros contulit esse profectus. Meritò ergo eos colimus, qui periculis suis pugnant, & nostris utilitatibus militant: qui per huius lucis vitæque contemptum, edocent nos quantum Deo nostro debeamus affectum. Nouerimus itaque quia
 NON SINE MAGNO DISCRIMINE de religionis veritate disputamus, quam tantorum sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est, si post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi nouellam discutere præsumas, & post tam manifestos duces in errore permanes, & post morientium sudores otiosa disputatione contendas: Et paulo inferius. Veneremur ergo in tanto Christi milite (Nazario) fidem nostram. Mater namque Martyrij, fides catholica est: in qua iste illustris athleta, sanguine fuso, mortem pro ipsa calcavit. Mater inquam Martyrij, fides est. Veneremur ergo in sanctorum Martyrum gloria, fidem nostram. *Hactenus Ambrosius, aut Maximus. Huius enim nomine citatur à Radulpho de Rino Propositione 6. & à Romano antiquo Breuiario, in communi plurimorum martyrum. Aduerte verò, quanto verborum ac rerum pondere inculcet veneradam esse in Sanctorum Martyrum gloria*
fidem

fidem nostram. Quantum autem hac in re ab hæreticis peccetur, satis superque notum est. Dominus Deus per viscera misericordiæ ipsorum misereatur: Et in nobis fidem nostram augeat, vt indies magis & magis in Sanctorum martyrum gloria fidem nostram veneremur. Habemus in hoc quantumcunque paruo Martyrologij opere, tot diuersorum temporum & locorum exemplis constabilitam Catholicam doctrinam, de sacrificio Missæ, de monachica religione, de virginitate, de Sanctorum inuocatione, de reliquiarum veneratione, & id genus pluribus articulis: vt non abs re dixerim in hoc opere parsum nobis proponi, de prædictis articulis, Catholica Apostolicaque Ecclesiæ vniuersitatem, Antiquitatem & Consensionem, contra partis corruptionem, nouitatis prophanitatem, & paucorum temeritatem.

CAPVT XIX.

De libro defunctorum.

Post Martyrologij lectionem, legitur etiam nonnullis locis ex libro obituum, seu defunctorum, seu anniuersariorum. Nonnulli eum dictione Latinogræca Mortilogium nominant, vt sit allusio ad Martyrologium, significetque librum mortuorum. Est enim liber, qui continet anniuersarios dies confratrum, & potissimum benefactorum. Exigit autem pietas, vt eorum salutem in anniuersario die aliqua fiat commemoratio.

Meminit huius lectionis Radulphus Riuus de Canonum obseruantia scribens. In officio, inquit, Capituli post primam, primò fit memoria Sanctorum in recitatione Martyrologij: secundò, memoria

N n defun-

Prop. 14

defunctorum in anniuersarijs recitandis, cum Me-
ferere mei Deus, & collectis. Porro non esse ne-
uitios huiusmodi anniuersariorum libros, testis est Beda
lib. 4. historiae Anglorum cap. 14. ubi refert Osu-
regis depositionis diem annotatam fuisse in colu-
functorum, quem etiam annalem vocat. Ab eo tamen
tempore, occasione apparitionis, quam Beda ibidem
refert, plerisque locis annuatim coepit eiusdem regis, et
militis Christi, natalitius dies, Missarum celebra-
tione venerari. Vnde tunc eum transferre oportuit
ex libro defunctorum, in librum Sanctorum. prout
Nonis Augusti in Martyrologijs translatus cernitur.

CAPVT XX.

Cur Vsuardo adiectum sit quinam San-
ctorum historias & gesta
conscripserint.

Diligenter autem in pastorum aliorumque vi-
tatem, annotare studui, quidnam apud pre-
tos auctores de Sanctorum vita & certamine scriptum
habeatur. Ad quod faciendum non tantum consulu-
sas Sanctorum vitas & passiones, sed etiam manuscrip-
aliquot Bibliothecarum & refectoriorum volumina.
In quibus multas deprehendi Sanctorum vitas, grauitate
conscriptas, quae nusquam excusae habebantur, ut in
octo quidem historiarum tomis R. Aloysij Lipomae
pleraque verò nunc imprimuntur magna Ecclesiae vti-
litate in historiarum tomis eruditissimi & piensissimi
patris D. Laurentij Suriij. Nec tantum bibliotheca-
cas consului. sed ex Gregorio Tironensi, ex sancti I-
dori, & Sigeberti beatae memoriae sacrista Gemblacensis
confisi.

ensis, catalogis de viris illustribus, nondum tamen excusis ꝑ. ex Tritthemio, & catalogo testium veritatis, quem Guilh. Eisengrein Spirensis castigauit & auxit, ac aliunde, notauit etiam historias Sanctorum, quas nusquam inuene, vt alijs occasionem darem eas quærendi & communicandi.

Imo dispensatione petita, legi quoque Gasparem Brusschium de monasterijs Germania, Gesneri Pandectas, bibliothecam à Lycosthene auctam, Centurias Magdeburgerenses, catalogum scriptorum Brytannicæ, auctore Ioanne Balæo, Anglia quem genuit, sed genuisse pudet.

In his annotationibus libenter ea tantum citassem quæ probatæ & irrefragabilis sunt auctoritatis, sed deterruerunt me varia, vt in alijs ita, hac quoque in re, hominum iudicia. quæ alijs probant alijs improbant: & fere tot sunt sententiæ, quot capita. Alij omnia volunt habere exactissima: alijs placent omnia, modo sint pia. Sic quomodocunque agatur, non desunt in quorum reprehensiones incuratur. Et, vt demus hominibus displicuisse, non magnopere curandum esse, potissimum me deterruit iudicij mei infirmitas, quodque sæpius tantæ molis impar succumberem. Quare, etsi rariùs, aliquando tamen egipaulo licentiùs, ea etiam citando, de quibus aliorum malim audire, quam mea scribere, iudicia.

Neque, volui, aut potui, omnes Sanctorum historias authenticas annotare: sed tantùm conatus sum aliquosque aliquid de Sæctorum historijs, quæ probatæ, aut saltè, quod sciam nondum reiectæ fidei sunt, indicare & annotare, vt alijs ad id aptioribus occasionè dare idè perficiendis atq; hoc nostro labore ijdem instigarentur ad euulgandas

Ms. Iouanij apud virosque Regulares, Gemblaci, & alibi.

DE MARTYROLOGIIS,

Sanctorum vitas, eorumque præclarissima gesta, quæ adhuc in Ms. bibliothecis latent, & varijs iniurijs obnoxia sunt. Quod ut melius fiat, duo mihi adhibenda restant.

CAPVT XXI.

Quod magna vtilitate excudantur gesta Martyrum olim per Romanæ Ecclesiæ notarios fidelissimè collecta.

Scribit Damasus Pontifex in pontificali, capite siue Pontifice quarto, de Clemente. Hic fecit septem regiones diuidi Notarijs fidelibus Ecclesiæ, qui gesta martyrum sollicitè & curiose vnusquisque per regionem suam perquirerent: & rursus cap. 20. Hic (Antherus) gesta martyrum diligenter à notarijs exquisiuit, & in Ecclesia recondidit: propter quod à quodam Maximo prefecto martyr effectus est: & iterum sequenti capite. Hic (Fabianus) regiones diuisit diaconis, & fecit septem subdiacones, qui septem notarijs imminebant ut gesta martyrum in integrum colligerent.

Epist. 1

Quod ipsum clariùs constat ex Fabiani decretali epistola ad dilectissimos vbique catholice ecclesie ministros, in qua ait: Septem similiter subdiacones ordinauimus, qui septem notarijs imminerent, & gesta martyrum veraciter in integro colligerent, nobisque rimanda manifestarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliquid qua ex his dubitatio fiat, quæstioq; oriatur, quoniam omnia quæ scripta sunt ad nostram doctrinam

Rom. 13

nam scripta sunt. Et quæ nostris temporibus veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illusio inueniatur, ex qua fidelibus scandalum, quod absit, oriatur.] *Et rursus Damasus de Iulio primo.* Hic constitutum fecit, ut notitia quæ omnibus fidem facit per Notarios colligeretur, & ut omnium monumentorum in ecclesia confectio per primicerium Notariorum celebraretur.

Atque ex his constare arbitror, non tantum parta ecclesie pace, & martyrio sublato, sed & in media persecutione tyrannorum, ipsorum Martyrum gesta diligentissimè & fidelissimè esse conscripta, & collecta, ad futurorum nostramque doctrinam. Et ubi ea sunt? an in octo Aloysij tomis? non, nisi quædam apud Metaphrastem, & extra eum in prioribus Aloysij tomis forte vnum & alterum: & quorundam fragmenta in Adonis martyrologio. An in Romana Ecclesia archibus? non puto: scribit enim Gregorius primus se ea non cognovisse in archiuo sue ecclesie, & Romana vrbis bibliothecis. Vbi igitur sunt? Respondet Onuphrius Panvinus Veronensis in præfatione libri de Romanis Pontificibus & Cardinalibus: Quot sanctissimorum martyrum agones: quot præclarissimorum & doctissimorum hominum gesta & monumenta ignoramus: Vbi enim sunt Hegesippi, Apostolicis temporibus vicini, quinque commentariorum libri, quos de rebus in primitiua Ecclesia gestis (eum) scripsisse referunt Eusebius & Hieronymus? Vbi Papiæ Hierapolitani episcopi, Ioannis Apostoli auditoris, vbi Quadrati Atheniensium

præfulis, & Aristidis Christiani philosophi, qui
 Apostolorum discipuli fuerunt, & aliorum veterum
 scriptorum, Ecclesiasticæ historiæ? Vbi septem il-
 lorum S. R. E. Notariorum continenter, omni-
 busque temporibus gesta martyrum sollicitè per-
 quirentium, accuratissimeque & diligentissimè
 perscribentium monumenta? Vbi demum Dama-
 si papæ liber, quem de Rom. Pontificum qui ante
 se fuerunt actibus rebusque gestis scripsit: quem-
 que egregium fuisse testatur D. Hieronymus?
 Omnia prorsus eorum hominum qui superiori-
 bus sæculis vixerunt negligentiam, vel etiam perse-
 cutionum immanitate interijisse, abolita atque ob-
 literata esse, summopere est ingemiscendum.
 Nam eum libellum qui Damasi papæ titulo vul-
 gatus in Conciliorum tomo primo excusus est,
 non est verisimile esse librum illum, de quo scri-
 pserit Hieronymus: qui vsque adeo non meretur
 egregius dici, vt ne libri quidem appellatione ob-
 paruitatem dignus sit, ex Damasi tamen libro il-
 lum esse ab Anastasio monacho & S. R. E. biblio-
 thecario, qui vitas Rom. Pontificum vsque ad
 Nicolaum papam primum scripsit, excerptum
 existimo. *Hactenus Onuphrius. Ego verò ex dili-
 genti lectione Martyrologiorum, Bedæ, Vsuarij &
 Adonis, & Lectionum Rom. Ecclesie secundum anti-
 quum usum, quæ per multis locis per omnia cum Aduer-
 conueniunt, animaduerti pleraque martyrum gesta à
 Rom. Ecclesie notarijs fidelissimè collecta, in varijs bi-
 bliothecis & refectorijs adhuc Ms. superesse. Quorum
 quædam vtcumque excusa sunt Colonia An. 1483. &
 Louanij An. 1485. Legendæ parte 2. siue in hystoria
 Sancto*

Sanctorum nouiter additis. Habentur itaque præclaris-
sima Sanctorum martyrum gesta magna diligentia con-
scripta, eaque in prædictis Martyrologijs sapissime no-
minatim citantur: fere semper autem nonnihil verbatim
ex ipsis transcriptum est: habentur inquam, sed in qui-
busdam bibliothecis, & sæpe inter obscuras & apocry-
phas vitas, pleraque hastenus latuerunt, vsque ad edi-
tionem eorum per Dominum Surium: nonnulla adhuc
latent.

Gratissimam ergo catholicis & ijs qui pietatem
curant, operam fecit SURIUS in cella sua Carthusiana
gratissimam facient & alij, qui eiusmodi nondum im-
pressa præclara gesta in bibliothecis inuestigare valent,
& prælo dare. Scribit Possidius episcopus in vita beati
Augustini, Ecclesiæ bibliothecam omnesque co-
dices diligenter posteris custodiendos semper iu-
bebat. Quæ autem melior potest esse ratio custodiendæ
bibliothecæ manuscriptæ, quam vt prælo dentur quæ
excusa non sunt, & à viris doctissimis, dignissima indi-
cuntur, quæ in publicum prodeant: præsertim cum
iamus Ms. libros incendijs, furtis, hostium direptioni-
bus, hæreticorum deuastationibus & exustionibus, squa-
rare & neglectu, ac per edacem vetustatem, aliasque in-
iurias, miserè nobis deperire. Fatetur Eusebius se ex
Hierosolymorum bibliotheca, quam construxerat vir
venerabilissimus Alexander loci ipsius episcopus, totius
operis sui & Ecclesiasticæ historiæ conscribendæ mate-
riam sumpsisse. Laudat Beda Accam episcopum Hagu-
staldensem, quod historiæ passionum beatorum Aposto-
lorum ac martyrum Christi, vna cum cæteris ecclesiasti-
cis voluminibus, summa industria cõgregans, amplissi-
mam ac nobilissimam bibliothecã fecerit: an non igitur

Cap. 30.

Lib. 6 hi-
stor. Eccle.
c. 14 / Ru-
fi. 16.Lib. 5. bi-
stor. Angl.
cap. 21.

laudandus erit, qui probatissimis martyrum gestis ornatus est varias per vniuersum Christianum orbem bibliothecas? Quanto affectu congratulatur sibi beatissimus ille Gregorius, audiens tantum ab vno quodam martyrum ab Eusebio collecta? Vtilis semper est, docti viri allocutio: quia aut discit audiens quod nescire se nouerat: aut cognoscit, quod etiam amplius, id quod se & nescisse nesciebat. Quam re ex audientium numero ego nunc factus sum, cui sanctissima vestra beatitudo scribere studuit, ut cunctorum martyrum gesta, quae pia memoriae Constantini temporibus ab Eusebio Caesariensi collecta sunt, transmittere debeamus. Sed haec neque si collecta sunt, neque si sint, ante vestrae beatitudinis scripta cognoui. Ago ergo gratias, quia sanctissimae vestrae doctrinae scriptis eruditus, coepi scire quod nesciebam. Et paulo inferius. Ea verò quae transmitti voluisti, quaerentes quidem non inuenimus, sed adhuc non inuenientes quaerimus, & si potuerint inueniri, transmittemus. E quibus Gregorij verbis patet, quantum congratulandum nobis sit, quando martyrum gesta acquirimus, & quae eis agenda sint gratiae per quod acquirimus. Hoc obiter addo, quod etiam in officio aliquo opus sit in edendis martyrum gestis: nam quantumuis diligentes fuerint Romanae Ecclesiae notarij in martyrum gestis fideliter conscribendis, aliqua in eis illusio inueniatur, ut Fabianus inquit, qua fidelibus scandalum oriatur: tamen diligens fuerit inimicus noster, qui nedum dormientibus hominibus, sed & vigilantibus, conatur zizania superferrere in medio tritici. Unde & eo tempore passiones quaedam

Lib. 7. epist. 29. Eusebio episcopo Alexandrino.

nam martyrum non satis grauer conſcriptæ ſunt, per hereticos, aut infideles, aut imperitos quosdam ſcriptores: quales ſunt, Gelafio teſte: Georgij & Iulianæ: & pauca alia. Huc etiam pertinet quod Gregorius papa dicat in emendationibus geſtis ſanctæ Felicitatis legi quæ de eâ refert. Vbi inſinuat quod ſedem martyris geſta alia non ſyncera extitiſſe.

Hom. 3.
cuang.

CAPVT XXII.

Quod vtiliter per Archiepiſcopatus colligerentur Martyrologia de proprijs ſanctis, eorumque vitæ.

Specialem etiam curam habere oportet de ijs Sanctis quorum reliquias habemus, qui que nobis conueniendo, bene viuendo, conuerſationis: tolerando fortiter, paſſionis reliquerunt exempla: quorum etiam ſpeciali patrocinio nos adiuuari dubitandum non eſt.

Sicut enim & nos experti ſumus, & noſtri probauere maiores, credimus atque confidimus inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei ſemper noſ ſpecialium patronum orationibus adiuuandos. Vnde ad Leonem ſcribunt epiſcopi aliquot, Dicimus tranquillitati veſtræ, quia ab initio, totius hæreticæ blaſphemie in experta eſt veſtra Creta, decem martyribus prouincialibus, paſſionis tempore precantibus ſaluatorem Deum, vt libera à tentationibus hæreticis, ſemper ab æſtu eorum prouincia ſeruetur. Pulchrè etiam Ambroſius: Cum omnium ſanctorum martyrum fratres deuotiſſimè nata-

Leo ſerm.
1. in nata-
li Petri &
Pauli.

Ambro.
ſerm. 77.

in natali
Taurico-
rum Mar-
tyrum.

lem celebrare debemus, cum præcipuè eorum
solennitas totâ nobis veneratione curanda est, quæ
in nostris domicilijs proprium sanguinem profu-
derunt. Nam licet vniuersi Sancti vbique sint, &
omnibus profint: specialiter illi tamen pro nobis
interueniunt, qui & supplicia pertulere pro nobis
Martyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur,
sed & ciuibus: sibi enim patitur ad requiè, ciuibus
ad salutem: exèplo enim eorû didicimus Christo
credere, didicimus cõtumelijs vitam æternâ que-
rere, mortem didicimus non timere. Videte ergo
quid martyribus debeamus, qui nec sibi vixerunt,
nec sibi mortui sunt. Exemplum enim nobis reli-
querunt, bene viuendo, conuersationis: tolerando
fortiter, passionis. Nam ideo Dominus per totum
mundum diuersis in locis martyres pati voluit, ut
tanquam idonei testes nos præfente quodam fidei
exèplo suæ confessionis vrgerent, ut humana fra-
gilitas quæ prædicationis Dominicæ aditu longi-
giore vix credit, vel præfente oculorû testimonio,
martyrio crederet beatorum. Cûcti igitur marty-
res deuotissimè percolèdi, sed specialiter ij vene-
randi sunt à nobis quorum reliquias possidemus.

Ut igitur Germaniæ nostræ inferioris Sanctos que-
rum corpora apud nos quiescunt, condigno honore
magis quam hactenus fecimus, veneremur: optarim per
Reuerendiss. Archiepiscopos nostros Mechliniensis,
Cameracensem et Ultraëctensem, constitui in eisdem
archiepiscopatu sacrae historiæ Notarium, qui faceret
proprium Martyrologium de omnibus & solis Sanctis
qui in ipsius archiepiscopatu, atq; subditis ei Episcopis
quiescunt, imitâdo ea in re breuitatè Vuardi ant.

cipue eorum
 aranda est, qu
 inem profu
 ique sint, et
 en pro nobis
 ere pro nobis
 atum patitur
 equie, ciuibus
 imus Christo
 aeterna que
 Videte ergo
 sibivixerunt
 m nobis cele
 nis: tolerando
 inus per totu
 pati voluit, et
 quodam fidei
 humana fra
 ce aditu lon
 u testimonio
 gitur marty
 aliter iuvene
 possidemus
 s Sanctos que
 digno honore
 ur: optarim
 dechlinien
 tui in cuiusq
 m, qui factu
 & solis sancti
 s ei Episcopi
 ardi aut Be
 deinde

deinde optarim ab eodem ad imitatione Adonis, ex ipsis
 Sanctorum nostratum gestis, aut ex propria Ecclesie
 Ecclesiastico officio, iustam aliquam Lectionem fieri,
 per quam instigaremur & vrgeremur ad ambulandum,
 illam fidei & honorum operum viam, qua ducit ad
 vitam. Optarim etiam diligenter & fideliter ab eo
 colligi, quicquid ad honorem sanctorum nostrorum di
 gnitas indicabitur annotatione. Si qua etiam fierent
 miracula, ab eodem fideliter colligi vellem: certa enim
 miracula ex laudanda non sunt. Iuxta illud Raphaelis ad
 Tobiam, Benedicite Deum celi: & coram
 Tob. 12
 omnibus viuentibus confitemini ei, qui fecit vo
 bicum misericordiam suam. etenim opera Dei
 reuelare & confiteri, honorificum est. Vnde
 Augustinus vehementer stomachabatur, cum audi
 Lib. 22. de
 Ciuit. Dei
 cap. 8.
 er in ciuitate Carthagine, atque in religiosa femina
 Innocentia de primarijs ipsius ciuitatis, ingens mira
 culum restituta mamilla cancro, sic latere, vt nec
 sciretur a matronis, quas forte tunc amicissimas habe
 bat. Hinc eam, ait, & admonendam, & poene ob
 turgandam putau. Quanta autem diligentia beatus
 Augustinus, alijque, libellos conscripserint de miraculis
 ciuitatum, ne ea multorum noticia deperirent, sed in
 populis recitarentur, satis superque constat ex eodem
 capite libri 22 de Ciuitate Dei. Hac igitur atque
 alia nonnulla fieri peroptarim, Non solum in Ger
 mania nostra inferiori, sed & per omnes Christiani
 orbis Archiepiscopatus per sacrae historiae notarios.
 quantum autem inde utilitatis nasceretur, nobis ta
 rentibus facile perspicuum est. hoc tantum dico: Per
 incertas historias, quia ea a certis non secernebantur,
 & eas quae certa & probatae erant auctoritatis, in
 negle

neglectum venisse. Quemadmodum igitur primitiva
Ecclesia notarios habuit atque archidiaconos, qui
oculi sunt Episcoporum, per quos Sanctorum gesta di-
ligenter & fideliter colligebantur: ita etiam hoc tem-
pore, quando charitas multum refrigit, & maxime
opus est ad pietatem calcaribus atque exemplis, valde
utiliter per archiepiscopatus assumeretur sacra histo-
ria primicerius notarius, qui in colligendis atque dis-
dicandis sanctorum historijs, tanquam oculus coo-
peraretur suae Ecclesiae Archiepiscopo: sicque observa-
retur illud sacrosanctae Synodi Tridentinae: Inceru-
item, vel quae specie falsi laborant, euulgari ac tra-
ctari non permittant.

Sessio. 25.
cap. 1

CAPVT XXIII.

Quod in reprehendendo oporteat esse
tardum & modestum.

HAEC videbantur mihi dicenda de Martyrologio.
Adjicerem nonnihil de sanctorum inscriptione
in numerum sanctorum, quam canonizationem visitate
nomine dicimus: & quomodo admonendi sint infir-
miores, qui turbantur dum audiunt festum Visitationis
Beatae Mariae, & alia quaedam, intra 300. aut 400.
annos esse instituta. Item quid in festis Sanctorum
sit agendum, & quid omittendum. Sed haec ut
similia prioribus addendo, nimium libri huius, cum
tantum appendix sit, metas excederem. Nunc igitur ad
finem facturus, precor te Candide Lector, ut in historijs
Sanctorum legendis atque alias semper, tardus velis esse
& modestus in reprehendendo. Procul absis ab haretici-
corum in-
quacunq;
Antichri-
sten Deo-
B. Augu-
stini magi-
sunt: ide-
Sebastiani
Roma qu-
non quod
si transla-
tum esse
rim ex-
ti corpus
Quam lo-
prehender
volens, j
num e
Tardit
lenitas
cent si qu
firmata s
ut possun
veritatis
sint, quae
mandi n
Quae mode
cipiuntur
etiam du
dicend
ni & im
fringunt

corum ingenio, qui testibus Petro & Iuda Apostolis, quicumque ignorant, blasphemant. Procul sis ab Antichristi spiritu, cuius nomen est blasphemare nomen Dei, & eos qui in caelo habitant: & quod olim B. Augustinus dixit de obiurgationibus, Rarò & in magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt: idem de reprehensionibus dictum puta. De B. Sebastiano dicit Vvandelbertus,

Româ quem vectum nunc Suesio læta frequentat: non quod totum corpus Sebastiani è Roma Suesionem sit translatum, sed de parte corporis hoc intelligendum esse constat ex Adone Viennensi: Per piam enim extensionem dicunt nonnulli se alicuius sancti corpus habere, quia eius bonam partem habent. Quam loquendi rationem non intelligens qui ad reprehendendum præceptus est, facile alium redarguere volens, seipsum redarguendum exhiberet. Sed hoc nimium è multis exempli gratia adiecisse suffecerit.

Tarditatem autem comitetur modestia, & animi lenitas. Boni catholici ait Augustinus, ita docent si quid docendum habent, vt vsitata & confirmata securissimè & fidentissimè & lenissimè, vt possunt, insinuant: Inusitata verò, etiam si veritatis manifestatione liquidissima percipiunt, quærendi potius quam præcipiendi aut affirmandi modo, propter audientis infirmitatem. Quæ modestè dicuntur, faciliùs illabuntur, faciliùs recipiuntur: modestia enim per se sic est amabilis, vt etiam dura pectora frangat. Qui hanc in scribendo & dicendo sectantur, procul absunt ab eo ardore animi & impetu, quo interdum acriùs aduersarij perstringuntur & mordentur: non mordent nec conuiciantur,

2. Pet. 2.
Iuda c.

Apoc. 13.

Lib. 2. de
serm. Do-
mini in
monte ca.
30.

Questio-
num ex
Matthæo
ca. 11.

DE MARTYROLOGIIS,

eiantur, nec facile ex impetu quodam animi aut leuiter
exaggerant, aut grauiora extenuant, sed sollicitè de
operam ne limites propositæ sibi veritatis transiliant.
Hanc ipsi alijs modestè tradere student & ab alijs ac-
cipere parati sunt, Placeat ergo in dicendo & scribendis
animi mansuetudo, modestia, & humilitas, quæ Deo
est gratior, Christo conformior, hominibus utilior et
* Ad in omnibus charior. * Ora impensissimè obsecro,
præfatione vt meritis illorum consociet, quorum triumphos
Martyro- et si minus quam debui, excolere optaui.
logij. Salutatus in Christo VALE.

Louanij, Anno 1573. ex ædibus parentum,
in Sacelli monte.

Ioannes Molanus Louaniensis.



LOVANIÏ,

ANNO LXXIII, MENSE

Maiò, apud Hieronymum VVellæum Ty-
pographum iuratum, Typis Iacobi
Heybergij, è regione Gym-
nasij Liliij.

IN

Al

Inde

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

Cum

Cum

Cum

Cum

Cum

Cum

Cum

Cum

Cum

Cum

ANNO

MDCLXXII

Die 15 Junii

1672

1672

1672

INDICVLVS SANCTORVM

BELGII,

*Auctore IOANNE MOLANO Loua-
niensi, Sacrarum literarum Louanij
Regio Professore.*



LOVANIJ,

Apud Hieronymum VVellæum,
M. D. LXXIII.

*Cum privilegio Regiæ Maiestatis, ad triennium.
Subsignavit Blijleuen.*

INDICIVS
SANCORVM
BIBLIA

IN OMNIBUS LIBRIS
SANCORVM BIBLIAE

Ecclesiastici cap. 44.

Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros,
in generatione sua.

Ambrosius sermone 77. in natalem Tauricorum.

Specialiter ij venerandi sunt à nobis, quorum
reliquias possidemus.

LOVANIÆ
Apud Hieronymum Velleum
M. D. LXXII
Compositum in Regia Bibliotheca à Johanne
Schoepfio Bibliopolo

R
CH
ad
m k
dit
sup
anni
V sua
gnitu
& tri
tiora
tum v
folati
Ordin
Hann
Regi
in Hi
tis Cl
non v
pater
Geren

REVERENDO IN
CHRISTO PATRI, AC

DOMINO, LAMBERTO HAN-
kart, Abbati Gemblacensis monasterij,
domino suo obseruando.

S. P.

BREVEM scripsi, reueren-
de Domine Prælate, anno
superiori libellum, de pa-
trij Belgij nostri Sanctis, at-
que patronis. Cum enim eius
anni initio typographi recudere statuissent
Vsuardi Martyrologium, meo labore reco-
gnitum, retardabant eos molestissima illa
& tristissima initia: quorum, eò quòd gra-
tiora totius Belgij mala portendebant, exi-
tum videre cupiebant. Nonnihil autem con-
solationis accepimus, quando amplissimi
Ordines & Status, Brabantix, Flandriæ,
Hannoniæ, & Artesiæ, vt Belgium Deo &
Regi conseruarent, legationes suscipiebant
in Hispanias, ad Regiæ Catholicæq. Maiesta-
tis Clementiam, vt quod in Belgio obtinere
non valebant, id consequerentur ab ipsius
paterna in Belgas Clementia. Sed, eheu,
serenitas illa paulo post multis nubibus fuit

A 2 obnu-

EPISTOLA

obnubilata. Occupati sunt enim à fidei nostræ hostibus præcipui portus, Brila, Vlis-
singa, Enchusia. Occupatæ sunt paucorum
proditione & aliæ vrbes, in religione florentis-
simæ: vt, Montes Hannoniæ, Geldrorum
Zutphania, & vicina nobis Mechlinia. Hinc
& inde colluies hostium inuolarunt. Ex qui-
bus tamen, quæ è Francia in Hannoniam ir-
ruebant, zelo potissimum & animositate ru-
sticorum, sunt deletæ. Verùm cum aliud
nihil dicerentur velle, quam assertionem pa-
triæ libertatis, contra tyrannides, & exactio-
num iniurias, specioso mendacio multas ci-
uitates à Regiæ Maiestatis obedientia ad se
retraxerunt; nonnullas etiam violentia oc-
cuparunt. Atq. Belgium, quod est Catho-
lici Regis patrimonium, vnico hoc anno
magis attritum est, quàm per omnia illa bel-
la, quæ Clementissimi nostri Principes, Ca-
rolus & Philippus, contra Francos, multis
annis sustinuerunt. Quæ vero perfidi ho-
mines contra religionem egerint, enarrari
non possent. Quot ecclesias, & monaste-
ria, exusserint, confregerint, profanarint, à
nullo, vt arbitror, scribetur. Scimus mul-
tas myriades hominum, in Belgio federe,
ab istis peccatoribus, oppressas, carentes
& sacerdotio, & sacramentis. Scimus
indies,

indies, multos contabescere ac mori destitutos viatico, & sacræ vñtionis remedio. Et vt ad martyria veniam, audacter dico, plures Pastores, & Ecclesiastici viri, vnico anno septuagesimo secundo, coronati sunt martyrijs in Belgio, quàm omnibus illis annis, qui vsque ad Natalem Domini nostri antecesserunt.

Inter has igitur miserias, dum à typographis Martyrologij editio seponitur, rogatus sum à nonnullis, vt de nostratibus Sanctis aliquantò fusius scriberem. Quorum postulationi statim acquieui; partim, vt tam sancta occupatione animi mei tristitias mitigarem: partim quia, quod alibi scripsi, specialem curam habere oportet de ijs Sanctis quorum reliquias habemus: quiq̃ue nobis conuiuendo, bene viuendo, conuersationis: tolerando fortiter, passionis reliquerunt exempla. quorum etiam nos speciali patrociniò adiuuari dubitandum non est. Ex ijs proinde quæ ad manum habere potui, scripsi Belgis nostris, vt eos ad ampliorem honorem & imitationem nostratium Sanctorum inflammarem, libellum succinctum, cui inscriptionem dedi, *Indiculum Sanctorum Belgij*: secutus ea in parte Petrum de Natalibus, episcopũ Equilinum, qui suum de Sanctis opus, Catalogum

*De Martyrologijs,
capite 22o.*

Sāctorum inscripsit. Etsi enim profusior, sim aliquando, non tamen tam historiam tracto, quam summarie tantū indicē præcipua historiarum Capita. Dabit autem hic breuis libellus fortassis alijs occasionem, vt similiter breui compendio illustrent suæ nationis Sanctos.

Forſitan animabit etiam quosdam, vt quod à me de nostratibus breuiter factum est, & aliquando minus plene, ipsi pleniori historia perficiant. Quare si quos Sanctos nostrates in hoc opere omisi, aut si quod addendum erat, per ignorantiam aut per negligentiam præterierim, nullus mihi irascatur: sed condoleat, precor, & instruat; quodque addendum est, ad me transmittat, vt quod à me prætermisum est, ab eo non prætereatur, qui & maiora, & digniora, de Sanctis Belgij meditabitur. Si quis enim laborem hunc, quod opto, aggredietur, is non dubito quin me conscio id faciet. Eidemque quicquid accepero, libens vtraque manu communicabo. Dum autem succincte historias contraho, plærunque iisdem vtor verbis, quibus ex antiquitus sunt conscriptæ. In annotandis vero annis, inueni aliquando chronographorum discrepantiam, vt hoc frequenter fieri solet. Sed mihi satis fuit in talibus simpliciter vnus probati scriptoris se-

ris sequi sententiam; eamque sic à Lectore accipi velim, vt intelligat eo anno id accidisse, aut circiter.

Tuæ autem R. tiæ obseruande Domine, hunc libellum dedicatum volui, ob multa dignitatis Vestræ in me beneficia. Nam, vt quædam eorum attingam, à Vobis ante annos aliquot accepi Catalogum Sanctorum Brabantia & Hannonia, à Regulari Rubæ vallis conscriptum, ad generosum equitem, Philippum Conterallum. qui Catalogus mihi occasionem dedit simile aliquid meditando de omnibus Belgij Sanctis. Quare cum R. da Va. P. as libro nostro initia dederit, æquissimum videbatur, vt sub Eiusdem protectione excusus distraheretur. Sæpius etiam vsus sum nuditissimæ vestræ Bibliothecæ Manuscriptis codicibus, è qua etiam modò triginta quatuor volumina penes me habeo: quorum triginta, operum sunt beatissimi Augustini. quibus, cum multis cooperarijs Theologis, vtor in laboriosa, sed multum utili castigatione, omnium ipsius tomorum.

Libens autem nonnihil subijcerem de R. tiæ V. æ laudibus, sed vocem Vestram esse agnosco, Qui me laudat, me flagellat. Parcas tamen mihi, si non propter te, sed propter alios, paucula subiecero. Gratias itaque ago

A 4 Domino

Domino Deo, quod eius dignatione in Gemblaco monasterio, quod primum & antiquissimum est inter Abbatias Brabantiae, rector & regula sis subditorum. Rursus, quod in Gemblaco oppido & adiacentibus locis, sic temporalem administras iurisdictionem, ut ab omnibus magis pater habearis, quam dominus: Denique quod inter nobiles Brabantiae, ubi primum locum obtines, sic valeas virtute irrumpere, ut nec potentis faciem extimescas, ponens scandalum in agilitate tua, nec pecces in multitudinem ciuitatum. Vnde etiam anno superiori, nomine Nobilium Brabantiae, legationem illam in Hispanias, etsi senex, subire non recusasti, cum alijs ex nostro Louanio Brabantiae legatis.

Ecclēstici 7

Deus autem benignissimus, qui te, aliosque nostros Legatos redeuntes, ex Maurorum periculis & infidijs eripuit, is etiam Catholicam nostram Vniuersitatem, pientissimam totius Belgij matrem, videre tum permisit grauisima pericula, sed inter ea, ut pupillam oculi sui, eandem conseruauit. Idem vero pater misericordiarum, qui & Vos protexit, & nos, toti Belgio, quod adhuc per loca plurima maximis premitur afflictionibus, & vastationibus, pacem nostris diebus dare dignetur.

DEDICATORIA.

5

gnetur. Sicque Regum, & omnium qui in
sublimitate sunt corda dirigit, vt quietam &
tranquillam vitam agamus, in omni pietate,
& castitate. Vestram quoq. Reuerentiam,
& Gemblacensibus, & nostræ Brabantia,
ad multos annos seruet incolumem.

Louanij, ex sacelli monte,

Anno 1573, Kalen-
dis Maij.

V. æ R. dæ P. ti

Deditissimus,

Ioan. Molanus Louaniensis.

A 5 IN



IN EXIMIVM D. IOAN. MO-
LANVM, PETRI BACHERII,
S. T. P.

Carmen.

Diuum reliquias, & Belgicanomina bustis
eruis, ingrato nomina pressa situ.
Est aliquid cineres, & frigida gramine saxa
spargere odorato, virgineisque rosis.
Sed plus est dotes animi, praeclearaque facta
scribere, & egregios tollere in astra viros.
At superi, (quorum virtus, & nomina crescunt,
& rutilant, calamo doctè Molane tuo.)
Munera pro meritis olim sat magna vicissim
reddent. Post cineres hunc reor esse diem.
Quin etiam cordati omnes, ac posthuma fama,
te referent Belgis consuluisse tuis.
Dum promissis Belgis Belgarum exempla priorum,
& struis admotà frigida corda face.
Quantum Hanones, Flandriq; tibi, ditesque Brabantii,
& debet quantum terra Batava tibi.
Quorum maiores, qui cedro digna locuti
quive suos vita commonuere pia,
Afferis à tenebris, & aperto lumine donas:
tæda sub obscuro ne lateat modio.
Te scribente pij rutilant in imagine Diui,
atque nouus pictis stat nitor in tabulis.
Te scribente pij surgunt de carcere, & umbris,
nec sinis inuiso tanta perire situ
Nomina. Sed quo te studijs pro talibus ornem
carmine, Smyrnaeis digne Molane modis?
Si votum accipiunt Superi, pete serius Olympum
ac umbras inter connumerère pias.

INDL

INDICVLVS SAN-
CTORVM BELGII.



NDICVLVM, Deo volente, conscripturus de omnibus Sanctis Belgij, qui ad meam notitiam deuenerunt, ordinem insequar literarum. Et quidem veteres scio aliter, ac latius, accepisse Belgarum vocabulum, quam à nobis acceptum sit in præsentis libri inscriptione: sed vsu iam & consuetudine receptum est, Germaniam inferiorem Belgium nuncupare. Itali, Flandriam nominant. Cuius præcipuæ & maiores partes sunt,

Brabantia } Ducatus,
Geldria }

Flandria } Comitatus,
Artesia }
Hannonia }
Hollandia }
Zelandia }
Namurcum }

Frisia.
Traiectensis patria.
Leodium.
Cameracum, cum Cameracesio.

Horum dominiorum duo postrema suis sub-
sunt Episcopis: reliqua, iure hæreditario, Phi-
lippo

INDICVLVS

lippo, Hispaniarum Regi Catholico. In quibus vsque ad nostra tempora quinque tantum fuerunt ecclesiae cathedrales, Atrebatim videlicet, Cameraci, Leodij, Tornaci, Ultraiecti. Neque enim initio multis opus fuit episcopatibus, quando haec regiones sparsim & infrequenter admodum habitabantur. Sed nunc ubique refertae sunt gentium & populorum frequentia. Vnde Paulus quartus, pio desiderio Philippi Regis satisfacere volens, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, & auxit, & commodius diuisit dioeceses Galliae Belgicae, quae ditionis est Philippi Hispaniarum Regis.

Erexit enim in ea tres Archiepiscopatus, suae metropoles, Mechliniam, Cameracum, Ultraiectum: & tredecim Cathedrales sedes, quarum trium Metropolitanarum suffraganeas esse voluit.

Mechliniensem, nouam Metropolitanam, nouis Episcopatibus praesse voluit, Antuerpiensi, Gandauensi, Brugensi, Iprensi, Bulcoducensi, Ruremundensi.

Cameracensi metropolitanae subiecit Atrebatum, Tornacum, antiquas Episcopales sedes: ex nouis vero, Audomarum, & Namurcum.

Traiectensi Archiepiscopali nouas attribuit sedes Episcopales, Harlemaensem, Dauentriensem, Leouardiensem, Gruningensem, & Midelburgensem.

Porro Leodiensem ecclesiam, detractis ijs quae ditionis

ditionis erāt Philippi, reliquit subiectam Agripinæ Coloniae Archiepiscopo.

Complectar igitur subsequenti Indice horum nouemdecim Episcopatum patrios Sanctos, parum anxius an quicquid horum limitibus comprehensum est, Germaniæ sit inferioris: & num nusquam sese extra dictos limites extendat. Sed his præfatis à sancto Abel sumamus exordium, qui literarum ordine primus est.

A.

SANCTUS ABEL, ex primis Lobienſis ecclesiæ abbatibus, ordinatus est episcopus pro ordinatione, & plantatione ecclesiarum Dei: eamque ob causam etiam pallium accepit à Zacharia papa, ad suggestionem sancti Bonifacii Germanorum Apostoli, & Carolomanni ac Pipini Auſtrasiæ principum, vt habet Zachariæ epistola ad sanctum Bonifacium episcopum directa. Claruit igitur in confinio Leodiensium, & Hannoniensium, Lobij videlicet, siue Laubijs, abbas & archiepiscopus, circa annum Domini septingentesimum quinquagesimum. Inde, anno millesimo quadringentesimo nono, cum alijs Sanctorum corporibus, translatus est Binchium, quod est Hannoniæ oppidum, diœcesis Cameracensis. Vtroque loco natalis eius celebratur, quinto die mensis Augusti. Vocatur autem archiepiscopus Remensis à quibusdam, non quod Remensem ecclesiam gubernauit: sed quia in ea metro-

*Epistola ab
excusa.*

metro-

metropoli archiepiscopus fuit titularis ad infidelium conuersionem.

† *Cameracensis* Sāctus ABLEBERTVS, qui Emebertus dictus est ab incolis, & vicinis, episcopus fuit Cameracensis, secundus post sanctum Gaugericu, & proximus prædecessor sanctorum Autberti & Vindiciani: frater sanctarum virginum, Reineldis, Gudilæ & Pharaildis, tempore regis Dagoberti: qui vita existens admirabilis, & meritis insignis, quieuit circa annum sexcentessimum quadragessimum. De ipso sic scriptum est in Chronico Cameracensi, ad Gerardum secundum. Fuit huic, ut aiunt, prædium, quod * Martinas dicitur, familiaribus quidem & rebus circumfluis locupletissimum, de quo Dei genitricis ecclesiam hæredem fecerat. Sed nescimus qua causa, nisi infestatione paganorum, amiserit. Superueniente die suæ vocationis, in Brachbantenfi pago, villa videlicet Ham, defunctus migravit à mundo, illicque est sepultus: deinde ad Martinas deportatus, postea verò ad Malbodium: ibique resurrectionis diem expectat. Hæc ibi. Malbodium autem est Hannoniæ oppidum. vbi in Canonicarum ecclesia festum eius peragitur die decima quinta Ianuarij, nouen lectionibus: sed tres mediæ, leguntur de Mauro abbate. Rursus in die sancti Lucæ Euangelistæ, habet commemorationem.

Accapresbyter, tertius nominatur inter Apostolicos viros, qui ex Anglia Traiectum appulerunt, ad Frisonum & Saxonum conuersionem. Sed in Angliam rediens ad cōsecrationem Suintberti, quem fratres Frisiæ in episcopum elegerant,

rant, ibidem est retentus, & in episcopum Lindisfarnensem assumptus. An Angli natalem celebrent ignoro. multa tamen in eius laudem scribit Beda libro quinto historiæ Ecclesiasticæ, capite 21.

Sanctus ADALBERTVS, eximius confessor, & leuita, filius regis Deirorum, pro Christo dimisit regale patrimonium: & cum sanctus Egbertus, instar duodecim Apostolorum, duodecim congregaret Apostolicos viros, quos missurus esset ad prædicandum fidem Christi paganis & barbaris Frisonibus, hunc leuitam vndecim presbyteris duodecimum adiunxit: qui anno Domini sexcentesimo nonagesimo, velut duodecim Dominici gregis arietes, prospero vento appulerunt in **Wiltenburg** siue Traiectum. Adalbertus igitur primus Traiectensis ecclesiæ archidiaconus, post multorum paganorum conuersionem, & laudabilem sanctæ vitæ cōsummationem, multis miraculis clarus, sepultus est Egmondæ in Kenemaria, quæ etiā Hæcmunda nominatur. Vbi sub Theodorico primo Hollandiæ Comite, corpus eius de tumulo leuatum est. Theodoricus autem iunior, paternæ deuotionis feruentissimus æmulator, ibidem monasterium construxit Ordinis sancti Benedicti, in honorem sancti confessoris Adalberti, quod etiam **Egmond** dicitur; & est totius Hollandiæ longè celeberrimum, in diœcesi Harlemensi. Huius filius Egbertus Treuerensis præsul, per merita Adalberti à valida febre absolutus, eius vitam curauit describi per Medelocenses cœnobitas. quæ extat inter historias Sanctorum mensis Iunij. Natalis enim

enim incidit in diē vigesimū quintū dicti mensis

Adalsendis virgo, cū sancta Rictrude ponitur.

Adela, mater sancti Trudonis, cum filio ponitur, litera T.

Sanctus ADELINVS confessor, discipulus sancti Landelini, quiescit cum eo in villa Hannoniae, & abbatia Ordinis sancti Benedicti, quibus nomen est Crispinium, in episcopatu Cameracensi. Vbi natalis eius celebratur quinto Calendas Iulij. Fuit collega sancti Landelini, cum tertio Romam pereret, eiusque in verbi Dei praedicatione insignis cooperatore.

Sancta Adeltrudis virgo, ex Hasbanio Gandavum translata, coniungitur sancto Landoaldo archipresbytero.

Sancta ADILIA, virgo sanctimonialis, quiescit Orpij, in diocesi Namurcensi, hanc ita procul à Thenis & Geldonia. vbi festum habet novem lectionum, postridie Petri & Pauli. Ibi temporibus Childerici, in mōte multis sanctimonialibus praefuit. Sed cum esset hospitalitate praecipua, videretque pauciores propter montis molestias eò conuenire, in inferiori loco aedificauit ecclesiam sancti Martini, & ad eam monasterium transtulit, cum hospitalitate, ad recipiendum Christianos. Singulari autem pietate recipiebat viros ecclesiasticos de Scotia. Quieuit in dicta sancti Martini ecclesia, in crypta, ante altare sancti Ioannis Baptistae, sed inde eleuata, est in feretrum. Monasterium autem, & hospitalitas, quorum historia meminit, per bella omnino interierunt. Insigne autem eius loci monumentum, est fons sanctae

Adiliae

Adiliæ: cuius aqua, ut à venerando & docto eius loci Pastore intellexi, omnes ædes Orpienses alluit. Idem assererat se, consensu Episcopi, visitasse sacras corporis reliquias, in die Nicolai, anno septuagesimo primo, præsentibus venerabilibus viris, indeque odorem fragrantissimum, & longe gratissimum se percepisse. Sed & miracula nonnulla sese vidisse, ad inuocationem sanctæ Adiliæ; quæ sub idoneis testibus consignauit.

Sanctus Adolphus monachus, martyrio cum Bonifacio coronatur in Frisia, quinta die Iunij, ut dicitur in Athalaro.

Sancti Adriani martyris Nicomediensis reliquiae, ex Roma translatae sunt ad montem sancti Audardi. Exinde Raulicuriam in Hannoniam, nouissimè anno millesimo centesimo decimo, ad Gerardi montem, Flandriæ ciuitatem, diocesis Mechliniensis; in qua est abbatia ordinis sancti Benedicti, valde celebris, propter præsentiam & beneficia tanti martyris. Multis autem signis & miraculis, Seuclardus abbas tunc experiebatur, veras esse eius reliquias. Ad eius memoriam frequens est populorum concursus: immo ob illustra martyris beneficia, multi urbem non aliter nominant, quàm ad sanctum Adrianum in Flandria. Allatio Adriani celebratur per totam ciuitatem die vigesimo septimo Maij; eleuatio verò per Decanatum die quarto Martij: nisi post Synodum Mechliniensem aliquid sit immutatum.

Sanctus A D R I A N V S, internuncius sancti Landoaldi, pingitur cum baculo rurali, & literis in manibus, tanquam nuncius, & inter martyres

B Christi

In historia
S. Landoaldi.

INDICVLVS
Christi honoratur. Scribit enim Nodgerus episcopus Chilpericum regem, qui tunc sedem habebat apud Traiectum, sumptus necessarios misisse quotidie Landoaldo: Sed quadam vice Adrianum eiusdem beati viri internuncium, nimia auri & argenti pondera deportare creditum, à latronibus esse interceptum, & in mediæ viæ loco villari martyrium indeptum. Quieuit, cum Landoaldo archipresbytero, in *Winters houē* apud Tungros, cū quo est eleuatus, & Gandauū translatus, ad ecclesiam sancti Bauonis. Natalis eius notatur decimo nono Martij, in die Landoaldi.

Sanctę Agnetis, celeberrimę martyris reliquię, in tumba honorificę quiescunt Ultraiecti, in cathedrali ecclesia. Eas ex Italia trāstulit Baldricus, decimus quintus episcopus Traiectensis, anno nongentesimo sexagesimo sexto, sub Othone. Vnde festiuitas Agnetis, die vigesimo primo Ianuarij, per totam diocesim est celeberrima. Dies translationis, est quarto Nonas Septembris.

Sanctus AIBERTVS monachus, & presbyter Crispiniensis, consentiente abbate suo vitam sanctissimam egit, reclusus in cella prope Crispinium, tempore Burchardi episcopi Cameracensis. Obijt in die Paschæ, septima die Aprilis. Non est quidem à Romana Sede canonizatus: Crispinium tamen monasterium eum inuocat in licanijs monasterij: & auctoritate episcopi Cameracensis, in vicini loci oratorio, quod Capella dicitur (in quo requiescit) festū eius celebrat, post die dedicacionis, quod est secunda die Maij. Vitę historię, quę excusa est mēse Aprili, scripsit Robertus archidiaconus.

diaconus Austrouandēsis, ad Algisum episcopum.
 Sanctus AICADRV S, fuit post sanctū Philibertum abbas Gemeticēsis, in Nortmānia, prope Rothomagum: vbi nongētis monachis præfuisse scribitur. Translatus est, cum sancto Hugone, ob Nortmannorū persecutionē, ad Haspras, præpositurā Cameracēsis episcopatus. Quæ cum multum deficeret in disciplina monastica propter longinquā abbatis sui absentia, effecit Gerardus episcopus, quod facta per Gemeticēses commutatione, subiecta sit sancti Vedasti monasterio. Vnde Leoduinus abbas, in honorē Sanctorū ibi quiescentiū, locū nouis edificijs, & claustro regulari insigniuit.

Albertus episcopus Leodiēsis, vir miræ sanctitatis, frater Heinrici, magni Lotharingiæ ac Brabantiae Ducis, ob custodiam ecclesiasticæ libertatis, de mandato Heinrici imperatoris, apud ciuitatem Remensem occubuit.

Legia quem legit, electum Roma probauit,

Remis sacrauit, sacratum martyrizauit.

Hæc Martyrologium ecclesiæ Bruxellensis, vndecimo Calendas decembris.

Aldebertus Comes Austrouandiæ, in altare subleuatus est. Quod repetetur, cum ventum erit ad sanctam Reginam, eius coniugem.

Sancta ALDEGVNDIS virgo, soror beatissimæ Vualdetrudis fundauit Malbodium monasterium. Quod hodie est oppidum Hannoniæ & in eo celebre canonicarum nobilium, siue Dominarum, collegium, quarum dominio ipsum oppidum subiicitur. De hac Vsuardus ait, Tercio Calendas Februarij, Malbodio monasterio,

B 2 sanctæ

sanctæ Aldegundis virginis. Ex quo constat memoriam eius in ecclesia esse peruetustam.

Sancta ALDEGVNDIS virgo, filia sancti Baldini, regis & martyris, Deo seruit in Truncinio, extra Gandauum, vbi etiam cum patre quiescit in abbatiâ ecclesiâ beatæ Mariæ, Ordinis Premonstratensis. Festum habet vigesimo die Iunij.

Sancta ALDETRVDIS, virgo filia sanctorum Vincentij & Vualdetrudis, beatæ Aldegundi materteræ suæ successit in regimine Malbodienfis monasterij. Vbi natalis eius celebratur post die sancti Matthiæ, nouem lectionibus.

Sancta ALENA virgo & martyr, quiescit in Foresto, iuxta Sennam, opulētissimo sanctimonialium Ordinis sancti Benedicti monasterio, prope Bruxellam. Floruit tempore Amandi episcopi, filia Leoldi regis, siue reguli, aut domini in Dielebeka. Vnde cum noctu Forestū clanculum ex more iret ad ecclesiam, furtiuas preces Deo fusura, iussu patris gentilis deprehensa, in via violēta brachij extractione palmam martyrij est consecuta. Eleuauit eius membra Godscalcus, abbas Affligniensis, anno millesimo centesimo nonagesimo tertio, festum eius instituens Dominico die ante natiuitatem Ioannis Baptistæ. est diocesis Mechlinensis, in Brabantia.

Sancta AMALBERGA virgo ex Ardenna, cōsilio sancti Vuillibrordi, Belisîa venit instruenda; vbi sanctissima Landrada præerat monasterio, quod extruxerat. Brachij eius os confregit Carolus Martellus princeps, vt eam sibi raperet sponsam. Quam etiam planè cepisset, vxorem, nisi

pudicitia

pudicitia virginalis, de eo triumphans, penitus
 obtitisset. migravit ad Dominum anno septingē-
 tesimo septuagesimo secundo aut circiter, sexto
 Idus Iulij, sepulta in Tempseca iuris sui villa ad
 Scaldam: vbi in sui nominis ecclesia ostenditur
 eius sepulcrum: sed corpus virgineum Balduinus
 Ferreus Gandavum trāstulit, ad Blandiniense san-
 cti Petri monasterium. vbi † coniunctum est re-
 liquijs sancti Bertulphi. Massæus scribit ciues
 Gandauenses, vna cum Vilhelmo episcopo Tor-
 nacensi, diem festum eius sibi instituisse anno mil-
 lesimo trecentesimo trigesimo primo.

*Vita Ber-
 tulphi cap.
 35. to. 3
 Surijs.*

Sancta A M A L B E R G A vidua, mater sanctæ
 Pharaildis, & ex secundo coniugio sancti Eme-
 berti episcopi, Reineldis & Gudilæ, virginum,
 sepulta fuit Lobijs, vbi sepulcrum eius visitatur in
 hodiernum diem: sed trāslata est Binchium. Vtro-
 que loco festiuitas eius agitur decimo die Iunij.

Sanctus A M A N D V S, filius Sereni Aquita-
 norum ducis, ex Amantia matrona cum primis
 nobili, annos vix dum pubertatis ingressus, mo-
 nasticæ vitæ institutū elegit in Ogia insula, quam
 etiam à serpēte signo crucis liberavit. Cum autem
 peter eum multis verbis à sancto instituto amoue-
 re laboraret, hanc illi tandem grauissimam senten-
 tiam retulit. Terrena non appeto; tantum mihi
 per mitte vt Christo militem. multos igitur annos
 illa viuendi ratione exercitatus, postea Turonis
 sacris initiatus est: ac deinde Bituricæ monaste-
 rium rursus ingressus, annis ibi quindecim corpus
 solum mira abstinentia maceravit. Tandem reli-
 gionis amore tactus, Romam se contulit, diuo-
 rumque

rumq; Petri & Pauli Apostolorū limina visitauit. Vbi à beato Petro nocte admonetur, vt in Galliam protinus prædicandi Euangelij causa remearet. Reuersum Gallia obuijs vlnis accepit, & vt verbum Domini gentibus euangelizaret, coactus à rege Lotario & sacerdotibus, episcopus est ordinatus. Moriente deinde Ioanne Tungrorum episcopo, Dagoberto rege urgente, Tungrensem ecclesiam gubernandam suscepit. Quam functionem cum summa, vt decebat, authoritate administraret, vitiaq; omnis status acriter reprehederet, ingens odium Dagoberti regis, & clericorum, in se concitauit. Miraculis adhuc viuus egregijs claruit. Sed cunctis pœne miraculis est maius quod vitæ sanctimonia, & prædicatione verbi Dei infideles innumeros conuerterit, multosque habuerit sanctissimos discipulos. In multis Brabantia locis fidem Christi prædicauit, potissimum iuxta Niellam & Bruxellam. Ipsius admonitione Iduberga, relicta Pipini Ducis Brabantia, sibi & filia suæ Gertrudi, Christi q; familie, cenobium construxit Niuellanū, in quo vtramq; sacro velamine consecrauit. Neque contentus fuit terminis suæ diocesis, sed inibi ponens vicarium, sanctissimum Landoaldum archipresbyterū, alibi etiam gentibus Christum prædicauit: vt, Sclauis circa Danubiū, Vasconibus, circa Pirenæos saltus & in Flandria, Gandensibus potissimū, & Pabulenensibus. Gandenses à Mercurij, & aliorū idolorū cultu, auocauit. Ibiq; duo celeberrima cōstruxit monasteria, diui Petri Bladiniense & diui Bauonis Gandense, ipsiq; diuo Bauoni Hasbania principis

Deum
Lifam
insti
stituti
stolica
naster
propr
sexcer
bruari
sui par
annos
nudu
fuisse
inter
nem, d
mona
Histor
San
doald
tioner
houer
talis n
San
fessor,
exiliū
accusa
dolēs
lavit v
Broyl
prus,
simur
giones
Deum

Deum sincere colendi leges dedit. Truncinij ad
Lisam fluuiū, clericorū siue canonicorū societate
instituit, quæ multis post annis in cœnobium in-
stituti Præmonstratenſis est cōuerſa. Tandē Apo-
ſtolica virtute apud Pabulenses in Elnonenſi mo-
naſterio, quod hodie ab authore ſancti Amandi
proprie dicitur, mortē obiit anno incarnati Verbi
ſexcentefimo ſexageſimo primo, octauo Idus Fe-
bruarij. Cuius corpus, etiā in capillis & omnibus
ſui partibus, ſic integrum & venuſtū poſt multos
annos inuentum eſt, quaſi ſi non modo heri aut
nudiuſtertius mortuus, verum etiā adhuc in viuſ
ſuiſſet. Eſt autē ſancti Amandi abbatia in Flādria,
inter Tornacum & Valécenas, ad riuulum Elno-
nem, diœceſis Tornaceniſis. Vbi Amādi merita, &
monachorum pietas, multas pepererunt diuitias.
Hiſtoriæ ſcriptores ad Vſuardum ſunt annotati.

Sanctus AMANTIVS diaconus, cum Lan-
doaldo archipreſbytero Romā venit, ad poſtula-
tionem ſancti Amandi; cum quo & in ~~W~~interſ-
houen quieuit, & Gandauum eſt tranſlatus. Na-
talis notatur decimo nono die Martij.

Sanctus AMATVS, Senonēſis epiſcopus, & cō-
feſſor, per Theodorici regis execrabiles, iuſſus in
exiliū ablegatus eſt, cauſa non diſcuſſa, neq; ſuper
accuſationibus interrogatus. Quare gregi ſuo con-
dolēs, epiſcopatū reliquit, & primū Peronę exu-
lauit uſq; ad mortē ſancti Furſei abbatis: deinde in
Broylo monaſterio, vbi à S. Maurōto abbate rece-
ptus, ſanctiſſimē vitā finiuit, circa annū ſexcente-
ſimum ſeptuageſimū. Inde Duacū, propter incur-
ſiones Nortmānorū, trāſlatus eſt, ad collegiatā &

primariam vr̄bis ecclesiam, quæ sancti Amati dicitur. Vbi totius vr̄bis patronus, natalem habet pridie Idus Septembris. Eleuatio & translatio recoluntur, quarto Calendas Maij, & decimoquarto Calendas Nouembris. Est autem Duacum, vr̄bs diocesis Atrebatensis, iuxta Flandriam, Hannoniã, & Artesiam, nuperrimè ex Louanio multum decorata generali vniuersitate omnium studiorum.

Sanctus AMOLVVINVS, siue Amulbuius, Lobijs fuit & abbas, & episcopus. Siquidem Lobium locus regius, regia munificentia extructus, nulli committebatur, nisi primum esset ordinatus episcopus, sicut hoc competebat nouellæ fidei rudimentis. Quæ dignitas perdurauit etiam in aliquot sancti Vr̄smari successores. Vnde in dicta abbatiali dignitate nonnullæ supersunt reliquæ. Festum est Lobijs, vbi resedit, & quieuit; item Binchij, quo trãslatus est, septimo Idus Februarij.

Sanctus AMOR, diaconus & confessor, natione Aquitanus, fines Brabantia, quæ nuper Lotharingia vocata cognoscitur, sua sanctissima conuersatione & prædicatione fecundauit: multo tempore ad sepulcrum sancti Seruatij Domino seruiuit, & tandem post laudabilem & miraculis clarã vitam, quieuit Belisæ: vbi extra muros in Canonicarum collegio, quod dicitur *Monster Bilsen* præcipuo colitur honore: potissimum in natalitio die, octauo Octobris. Est autem Belisæ sub episcopo Leodiensi, oppidum Hasbania, quæ antiquitus fuit comitatus in Brabantia, & nunc adhuc ex parte eidem subiacet.

De An-

De Andoletio martyre Leodiensi, vidè in Lamberto & Floriberto, episcopis eiusdè vrbs.

Andreas abbas Elnonensis, discipulus sancti Amandi, habetur inter sanctos Elnonéses, etsi eius natalis nō celebretur. Extat de eo tale epitaphiū:

Hunc tumulum quiq̄ue non irreuerenter adite,

Andree sancti loculum quia claudit & artus.

Qui pius & prudens, humilis fuit, & venerandi

Discipulus patris, simul & successor, Amandi.

Hunc pastor caulæ, præsentis conditor aulæ,

Hugo leuans, lymphaq̄ue luens, thecaq̄ue recondens,

Mundato tumulo solenniter hîc relocauit.

Febri fatiscentes ibi conualuere frequenter.

Sanctus ANSBERTVS, ex Fontanella monasterio quod situm est in territorio Rothomagensi ad Sequanam, assumptus est post sanctum Audoënum in episcopum Rothomagensem, sub quo dicta ecclesia floruit, sicut monasterium ante floruerat. Creuit gratijs, decreuit metallis. Delatus apud Pipinum principem, humiliter subiit exilij ærumnam, in Altomonte Hannoniæ monasterio. Vbi etiam mortis quiete dormiens, transijt ex hoc sæculo. Post mortem petijt referri Fontanellam, vbi dudum regulari ordine Domino militauerat. Vnde Halidulphus, abbas Altimontis, summo honore corpus eo detulit, ita indutum, sicut sanctis altaribus assistere consueuerat. Quod factum est anno sexcentesimo nonagesimo quinto. Historiam vitæ grauer sub idem tempus conscripsit Angradus monachus ad Hiltbertum quartum abbatem Fontanellæ, hoc est, ad proximū Ansberti successorem. Quæ apud Dominum Surium extat

In natali eius, die nono Februarij. Corpus eius, cum corporibus Vuandregisili & Vulfranni, ex Bononia, siue Bolonia, maritima vrbe, translatum est Gandauum ad Blandiniense cœnobium anno nongentesimo quadragesimo quarto, tertio nonas Septembris. Boloniã enim corpora translata erant propter persecutionem Nortmannicam.

Sãctus Arnoldus, è Græciæ partibus, arte lyricus, ob artis gratiã in regiam Caroli Magni aulam est susceptus, habitauitq; in *Genes Witte*, quod hodie sancti Arnoldi villa dicitur. Ab imperatore syluam accepit, quã adiacentibus villis distribuit. Cuius anniuersarius dies ab incolis loci illius decimoquinto Calēdas Augusti, summa recolitur cū veneratione, offerūtque ei quatuordecim candelas, corã reliquijs in argentea capsã reconditis. Hęc ex historia sancti Arnoldi. Locus est apud Falkenburgũ inter Traiectũ & Aquisgranũ, diocesis Leodiēsis, vt colligo, ex charta dicti episcopatus, in qua *Wittr* est comprehensum. Quo tamē in honore ibi nũc habeatur, nõdum rescivi.

Sanctus ARNVLPHVS, episcopus Sueffionensis, & confessor, patrem habuit Fulbertum in pago Brabantino, circa Scaldim, in villa *Tidinghem. Cumque militiæ cingulum & insignia accepisset, multas Brabantinas atque Flandrenses lites, sua prudentia sæpe diremit. Sed miles præpotens ac nominatus, quem tota sæculi gloria sequebatur, pertæsus sæcularis militiæ, migravit ad sancti Medardi ecclesiã, iuxta muros Sueffonicae ciuitatis; vbi præclara monachorũ cõgregatio sub Reinaldo refulgebat. Sed defuncto Reinaldo,

Pontius

Pōtius quidā pseudomonach⁹, secundū Simoniā à Philippo rege nomē & sedē abbatis adipiscitur. Qui cū omnia destrueret, nec corpora martyrum & confessorū ibi consistentia reuereretur, electus est Arnulphus vt nolens extrudēdo succedat. Super quo intercedentibus primarijs loci, & inter eos episcopo Suefionum, maiestatis Regiæ clementiam obtinuerūt. Similiter etiam nolens, Vrsioni pseudoepiscopo Suefionis successit, per canonicam electionem, & cogente eum Romani pontificis Apostolica auctoritate, reuente interim curiæ Francorū publica sentētia. Cū que sedē alius occupasset, nō ecclesię iure, sed palatij fauore, sciēs quod nō sedes episcopū, sed episcopus sedē faciat, resedit in castello Vlciacensi, eiusdē diœcesis. Ad hunc Pontificatum promotus, pacis minister, pro pacis redintegratione Apostolica auctoritate in Flandriā redijt. Vbi quoq;, consilio & auctoritate Radbodi episcopi Tornacēsis, in Aldenburg, qui locus oppidū est diœcesis Brugarū, sancti Petri & omniū Apostolorū Ecclesiā, vsibus Abbatie aptādam suscepit, tandē que in eodē monasterio & finē vitæ accepit, decimo octauo Calendas Septēbris, & sepulturā anno Domini millesimo octuagesimo septimo. Multum claruit prophetiæ dono, & miraculis. Quæ tot fuerunt post mortem, quod ijs motus Lābertus episcopus cū aliquot abbatibus, corpus sacrū seu reuera sanctū, iuxta morem Gallicanæ ecclesiæ de terra leuauerit, & reposuerit, Calēdis Maij, anno millesimo cētesimo vigesimo primo, præhabita tamē auctoritate, tam Concilij Beluacensis, quod miracula examinauerat, quam reuerendi

reuerendi domini Cononis, qui erat legatus Apostolicæ sedis.

Arnulphus miles & martyr Cisoniensis, in defensione domini ac magistri sui innocens laqueo peremptus fuit. de quo extat rhythmus, cuius paucos versus subiungam.

Omnis plebs Cisonij,

Martyris egregij

Gaudet de præsentia.

Nam si quis cum febris

Huc venit, & precibus,

Sentit beneficia.

Concurrente populo,

Multa Dei famulo

Donantur beneficia.

Item:

Ibi nunc repositus

Iacet martyr inclytus

In altaris margine.

Ibi Gisla posita est,

Et eius inclyta proles,

Alars nomine.

Horum trium meritis,

Et Eurardi militis,

Præsta pater omnium

Sic ad præsens viuere,

Horum vt in æthere

Consequamur gaudium.

Natalem notatum vidi quinto Calendas Februarij. quem tamen puto à Cisoniensibus non celebrari. sed tertio Idus Iulij faciunt commemorationem sanctorum suæ ecclesiæ. Eorumq; eleua-

tio facta

tio facta est pridie Idus Decembris. Verum Arnulphi ossa per iconomachos nostri temporis multum sunt dispersa.

Sanctus **A T H A L A R I V S** martyr, fuit vnus ex præcipuis quos sanctus Bonifacius secum in Frisia habuit, & prædicationis, & martyrij, collegas. Vnde nomen eius & in litanijs Traiectensis ecclesiæ exprimitur, & in collecta diei, quinto Iunii, *Deus qui multitudinem populorum deuota sanctorum tuorum, Bonifacij, Eobani, atque Athalarij, & sociorum eorum, instantia, ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es, concede propitius, vt quorum solennia colimus, eorum apud te patrocinia sentiamus.* Ab anonymo, qui iussu Fuldensium, post sanctum Vuilibaldum, Bonifacij historiam libris duobus conscripsit, nominatur, vt arbitror, Adalherus. Scribit enim Bonifacio præter Eobanum episcopum, in prædicatione Euangelij, & in merito martyrij, adfuisse, presbyteros tres, & totidè diaconos; puta, Vintrugium, Vualterum, & Adalherum: Stircbaldum, Hamuntium, & Bosonem: itè professione monachos, Vuaccarum, Gûderharû, Villeherû & Adolphû. Porro corpus Athalarij in tumba portatili quiescit Traiecti in antiquo, vel potius in antiquato monasterio sancti Saluatoris. Hodie enim est Canoniorum collegium, vix vllas habens monasterij reliquias, præter nomen, & multas diuitias: quas peperit quidem monastica pietas: sed plerisque locis filia matrem suffocauit.

Auæ abbatissæ mentio est in sancta Regina.

Sanctus **A V D O M A R V S**, episcopus & confessor, natione Germanus, non longè à Constantia na-

tia na-

tia natus, in Luxouio Burgundiæ monasterio, sub
 abbate sancto Eustathio, magna vixit sanctimo-
 nia. monachus cū patre factus & cū alijs nobilium
 filijs. Impulsu autem Francorū regis, & episcopi
 Nouiomēsis, datur Morinis episcopus: quos prius
 cōuersos per Victoricū & Fuscianum, sed magna
 ex parte relapsos in veterē idololatriam, maximis
 laboribus ad verā reduxit pietatem. Obijt in villa
 Vuarantis suę diocesis, anno sexcentesimo nona-
 gesimo quinto, à Reuerēdissimo abbate Bertino,
 & choro monachorum, sepultus in monasterio
 Sithiu. Fuit autem Sithiu olim vicus celebris, &
 lutosus portus, ac in eo sanctissimū monasterium.
 Hodie est percelebre oppidum sancti Audomari
 in Artesia, vbi corpus sancti Audomari quiescit, ex
 monasterio translatum in primariam ecclesiam,
 quæ Morinensi detracta, anno quinquagesimo
 nono erecta est in cathedralem. Natalem habet,
 etiam ab Vluardo notatum, die nona Septembris.

Sanctus AVTBERTVS episcopus Came-
 racensis, & confessor, refulsit temporibus Dago-
 berti inclyti Francorū regis, sacerdos Christi pro-
 batissimus, sub quo & per quem Hannonia mira-
 biliter in Christiana religione cœpit florere, & vi-
 gere. Habuit enim in ea discipulos, Landelinum,
 abbatem Crispinij; Vincentium Madelgarium,
 Comitem; & cōiugem eius sanctissimam Vualde-
 trudem. Horum sanctitati adiunxerunt se etiam
 multi Apostolici prædicatores ex Scotia & Gal-
 lia: & ex ipsa Græcia sanctissimus Gislenuus. Per
 quas columnas felix Hannonia Christo Domino
 est incorporata, ac fidei Christianæ initijs imbuta.

Dolen-

Dolendū est tanti pontificis vitā magna ex parte
nesciri. Quod nescio vtrū scriptorū ignavię debeat
imputari, an iusto Deo iudicio, qui stellas claudit ^{Iob 9}
quasi sub signaculo, dū videlicet exigentibus pec-
catis malorū, vita absconditur bonorum. Sepultus
est Cameraci extra muros in sancti Petri ecclesia,
quę ampliatis mœnibus nūc est intra muros, sancti
Auberti abbatia. Natalē habet Idibus Decēbris.
Aya coniungitur marito suo, sancto Hidulpho.

B.

SANCTUS Babolenus, abbas & confessor, succes-
sit in Stabuleto sancto Remaclo, immediatē
per resignationem abbatie. Ibidem quiescunt eius
reliquiæ & altare habet in sui honorem consecra-
tum, atque festum Duplex maius, sexto Calēdas
Iulij. Est in patria, & diœcesi Leodiēsi. Fuit etiam
abbas Luxouiensis in Burgundia, & abbas atque
fundator Fossatensis monasterij. Libenter enim
vir sanctus se ex loco vno in alia transportari
permisit, quò in monasticæ vitæ disciplina plu-
ribus præesset, & prodesset.

SANCTUS BAIDILO confessor, quiescit Lutosa
in Canonicorū collegiata ecclesia, quæ maiorum
temporibus fuit abbatia Canonicorū regulariter
viuentium. Vnde de eo sic scriptum reperio in
Chronico Cameracensi: Est monasterium quoque
Canonicorum in honore Apostolorum Petri &
Pauli, in vico qui dicitur Lutosa, quod cōstruxit
beatus Amandus. & est diues abbatia. Vbi vir
Dei venerabilis Baidilo requiescit, qui corpus
sanctæ Mariæ Magdalenæ de Hierusalem in
Burgundiam in loco Vercelliaco, attulisse fertur.
Scio

Scio

Scio Lutofanos eum in Litanij inuocare, sed natalem quo die celebrent adhuc ignoro. Distat locus ab Atho in Hannonia duobus miliaribus: fuitque ciuitas: sed conflagratione fere in pagum est redactus.

Sanctus BASINVS martyr, regia, vt scribitur, stirpe natus, tres aedificauit ecclesias iuxta decursum Lysae: quarum vnā, Deiparae videlicet, defendens contra gentilium vastationem, grauius in campo Meldes veld vulneratus, martyr migravit ad Christum. Quiescit cum filia sancta Aldegunde Truncinij iuxta Gandauum, in abbacia Ordinis Praemonstratensis. vbi festum eius agitur decimoquarto Iunij.

Sanctus BAUO, siue Alloynus, cognomento Bauo, sanctissimus & celeberrimus confessor, patrem habuit Agilulfum, Hasbaniae Comitem, fratrem patruelē Carolomanni; cuius filius fuit Pipinus à Landa, quem primū vocāt Brabantiae Ducē. Primū militauit sub imperatore Mauricio, & sub regibus Fraciae, ac Austrasiae. Deinde contemptis opibus & honoribus, atq; à beato Amando Tungrorum episcopo Christi gloriā plenius edoctus, soli Christo crucifixo militare statuit. Et licet Mauricius, lege lata prohibuisset, ne quis ex saeculari militia ad monasticam vitam transfiret, in proposito tamen constanter perstitit, suffultus fauore Clotarij & Dagoberti regum: animatus quo-

que à Gregorio magno, qui militum pium studium aduersus Mauricij edictum defendebat. Pecuniam & thesauros in pauperes distribuit: terras ac praedia, quae in Brabantinorum agro, alibi-

Lib. 2 ve
gistri, epist.
61.

bique
Gand
diuc
tri m
quod
naster
Deo i
temp
Oetol
Cuius
pini fi
princi
cuti, f
runt.
non fo
tae ecc
uocati
quod
rint. A
lus, no
linus r
gelico
sacrae
archie
trigint
rum fo
fidelib
uonis
Sed &
quias v
rificè e
sed ann

bique plurima possidebat, in pios vsus contulit. Gandę ad Scaldis & Legiæ confluentiam, eodem diuo Amando promotore, in honorem sancti Petri monasterium extruxit, egregieque dotauit, quod ab eo postea denominatum est. In eo monasterio aliquot annis agens pœnitentiam, soli que Deo inferuiens, cum omni sanctitate, vitam hanc temporalem cum æterna commutauit, Calendis Octobris, anno sexcentesimo trigesimo primo. Cuius etiam imitatione Gertrudis & Beggha, Pipini filiæ, sese puriori vitæ addixerunt. multi que principes, viri fœminæque, ipsius exemplum secuti, sanctimonix laudem apud posteros meruerunt. Quantus, quamque magni nominis fuerit, non solum miracula patefecerunt: quod que multæ ecclesiæ, inter quas Harlemensis, sub eius inuocatione & patrocinio sint extructæ: sed etiam quod viri celeberrimi eum religiosissimè visitarint. Amandus, magnus ille Flandrorum Apostolus, noluit abesse cum ex hac vita migraret. Dominus religiosissimus presbyter, ex Turoolto Angelico ducatu aduenit, vt ante mortem Bauoni sacre Eucharistiæ viaticum traderet. Liuinus archiepiscopus & martyr, in Flandriam veniens, triginta diebus super Bauonis sepulcrum Missarum solennia celebravit: & cum conuertendis infidelibus operam dabat, Floriberto abbati in Bauonis memoriam elegiacum carmen transmisit. Sed & Eligius præsul, non modo Bauonis reliquias visitauit, verum etiam eandem è terra honorificè eleuauit, Calendis Augusti. Eodem die, sed anno millesimo decimo, cum per calumniam

C sparsum

sparsum fuisset Bauonis reliquias nūquam è Lau-
duno clauato repōrtatas esse, aut saltē furto subla-
tas esse, Eremboldus abbas huius mendacij con-
futandi causa, omni populo præsente, sacros cine-
res & ossa, in præstantiorem thecam transposuit,
atque paralytica Mensuindis, puella Antuer-
piensis, mox perfectam sanitatem recepit. Quies-
cit cum Liuino, Landoaldo, Macario, alijsque
sanctis, Gandau; quæ prima est & maxima Flan-
driæ ciuitas, in cathedrali sanctorum Bauonis
& Ioannis Baptistæ ecclesia: estque totius dicece-
sis patronus.

Verum non incongruè fecero, si paucis Gāden-
sis ecclesiæ progressum subiecero. Hanc cum opi-
bus præcipuè sancti Bauonis fundauerat sanctus
Amādus, non monachos initio, sed clericos simul
viuentes instituit, quibus amotis, quod licentius
viuerent, monachos sancti Benedicti collocauit,
sub abbate sancto Florberto. Qui cum multum
sanctimonia & doctrina clarerent, multis bonis
& priuilegijs dotati sunt, etiam ab imperatori-
bus, Carolo magno, Ludouico pio, Othone se-
cundo. Inter hos Hildebertus, octauus fuit abbas
Gandensis, qui contra fautores imperatoris Con-
stantini Copronymi, non modo verbis, sed etiam
sanguinis ac vitæ profusione, confirmauit pium
imaginum cultum. Rursus, inter hos Einarus,
Caroli magni Cancellarius doctissimus; qui fama
monasterij clarissima inuitatus, habitum in eo
religionis suscipere non dubitauit, factusque est
abbas decimus quintus; idem qui præclarissimas
reliquias Petri & Marcellini Româ Gandensi
suæ ec-

suæ ecclesiæ procuravit. At post felicia Einardi
 tempora, Nortmanni barbara crudelitate Gan-
 dense monasterium cum alijs concremarunt, to-
 tamq; Flandriam vastarunt. Tunc monachi sancti
 Bauonis, cum sancti Bauonis corpore, & ecclesiæ
 munimentis, confugerunt ad sanctum Audoma-
 rum, inde Laudunum, & aliò. Centum propemo-
 dum annos exularunt. semper tamen, quantum
 licebat, in communi viuebant sub vnus capituli
 obedientia: & corpus sancti Bauonis, ceu pretio-
 sissimum thesaurum, semper secum ferebant,
 & eo in tantis miserijs vtcunque se consolaban-
 tur. Tandem circa annum nonagesimum qua-
 dragesimum relato corpore, facta est coenobij re-
 stauratio, per Arnulphum Comitem, & sanctum
 Gerardum Broniensem, virum eximium, qualem
 omnino illa tempora postulabant. Qui vigesimus
 abbas coenobio præfuit, annis plus minus quindecim.
 Etsi verò hoc monasterium multis bonis
 exutum sit, Nortmannorum direptione, mona-
 chorum exilio, maris inundatione, principum quo-
 rundam iniuria ac violentia, alijsque tristissimis
 occasionibus, Dei tamen fauore, & presentium san-
 ctorum suffragijs, ac intercessione, non penitus
 exhaustum est. Nam ex eius prouentibus clerus
 Cathedralis ecclesiæ sancti Bauonis Gandensis in
 hodiernum diem honestè sustentatur. Est enim mo-
 nasterium anno trigesimo quinto per Paulum tertium
 procurante id Carolo quinto Gandauensi, redu-
 ctum ad Canonicorum statum, quem primitus habuit.
 Qui paulo post, cum monasterialis locus alijs vsi-
 bus deputabatur, transinigrarunt ad parochialem

ecclesiam sancti Ioannis, quæ nunc est cathedra-
lis sancti Bauonis.

Sancta BEGGA matrona, patrem habuit Pi-
pinum primum, Ducem Brabantia, & maiorem
domus in Aufrasia: germanã verò sororem, bea-
tissimam Gertrudem. Hæc Ansigiso, siue Anchi-
se, viro suo perempto, Romam adijt, dominam
mundi, & Ecclesiæ caput. Vnde cum benedictio-
ne Adriani papæ, & donatis reliquijs reuersa, in
honorem septem ecclesiarum Romanarum, An-
danæ ad Molam, cœnobium septem ecclesiarum
fundauit, vbi fœminas sub religione cōgregauit,
& secundum sanctorum canonum præcepta clau-
stris regularibus muniuit. Expetiuit etiam ex
monasterio germanæ suæ Gertrudis, Deo dilectæ
virginis, personas probatas, quas claustro & vitæ
puellarum præfecit. Obijt, ibidem velata, decimo
sexto Calendas Ianuarij, quo die festum eius cele-
bratur Andanæ in loco quietis, qui est inter Na-
murcum & Huium. Sed quæ olim erant regula-
res, nunc nominantur dominæ Andanenses, &
Canonicæ sæculares, vt compluribus alijs locis.
Sunt qui scribant ab hæc Beggha Beghinas no-
men suum habere, sed id aut parum, aut potius
nihil probabilitatis habet.

Sanctus BERECISVS cōfessor, ex Condustro
Aufrasiæ, Hasbanij intra monasteriũ sancti Tru-
donis, parentum traditione sub religionis habitu
educatus est, & literis eruditus. Postmodum sa-
cerdos, in comitatu Pipini iunioris, charus omni-
bus erat, sed solitariam desiderans vitam, in Ar-
duenna fundauit & construxit monasteriũ, quod
Andai-

Andainum vetustas nominauit, à contiguo fonte Andaina; vbi multos suo exemplo ad bene viuendum collegit. Eo Vulcandus episcopus transtulit corpus sancti Huberti. Vnde posteritas sancti Huberti monasterium appellat. Est diœcesis Leodiensis. Porro festum Berégisi, sexto Nonas Octobris celebratur, Andaini, vbi quiescit loci fundator, & Sarchinij ad sanctum Trudonem, vbi pietatis ac eruditionis fundamenta iecit.

Sancta BERLENDIS virgo, temporibus Dagoberti parentes habuit, Odelardum, & Nonam, sancti Amandi sororem. A patre viduo exhæredata, patienter id tulit, & Morfellæ sacri velaminis habitum suscepit. Ex eo pauperrimo monasterio propter Hunnorum vastationem, cum licentia Merbecam redijt patre mortuo, quem in ecclesiola sancti Petri, quam ipse ædificauerat, iuxta uxorem sepeliuit, ipsa que in eadem ecclesia permansit, Domini seruitio mâcipata: post mortem sepulta iuxta tumulum parentum in vase exciso ex quercu. Trigésimo autem anno depositionis eleuata est per Autbertum episcopum Cameracensem. Cum eadē quiescunt eleuatę Nona & Celsa virgines. Est autem Merbeca iuxta Ninoué Flâdriæ ciuitatem: sed in Brabatia & diœcesi Mechliniensi, vbi quiescunt in collegiata ecclesia. Natalis tertio Februarij.

Sanctus Berlerius coniungitur sancto Lambertio presbytero.

Sancti Bernardi abbatis Clarævallensis, obiter ingerenda est hic mētio, eo quod Belgium nostrum singulariter exornarit, miraculis, prædicatione, & monasterijs. Fōtanis intra Leodiensium fines, cæco

Vitalib. 4 claritatem præstitit, cuius palpebrę clausę erāt, & *cap. 4* emortuę. Cameraci celebrans Missarum solęnia, furdo & muto, & auditum restituit, & loquelam.

Cum autem in Brabantia, & alijs locis, ex præcepto Eugenij tertij, Crucę prædicaret contra Saracenos & Turcas, Brabantis religiosos aliquot petentibus ex Claravalle, quibus monasteriũ construerent, dedit duodecim monachos, cum abbate Laurętio, viro religioso. Qui cõstructo oratorio & monasterio, quicuerũt in Villario, anno millesimo cętesimo quadragesimo sexto. Creuitq. dicta abbatia multũ in religione & possessionib⁹. Genuit etiã de se duas alias, Grãde pratũ in Comitatu Namurcęsi, & S. Bernardi apud Antuerpiã. Sed &

Vitalib. 4 in Flandria cũ prædicaret † multi nobiles, multi *cap. 3* sapiętes, & literari viri, sub ipsius magisterio sacrę professi sunt seruitutę. In Claro Marisco Cistercienses instituit, quibus abbatem præfecit Hunfridum. Dunęsibus vero apud Furnas, abbatę primũ dedit dominum Robertũ Brugensem †, virũ tam celebris sanctitatis, quod eũ moriens successorem suum in Claravalle habere voluerit. Obijt sanctissimus & mellifluus Doctor decimo tertio Caledas Septębris, anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio, abbas Claręuallęsis, pater verõ amplius quã cętũm & sexaginta monasteriorum.

*cui scribit
epistolas
336, 337.*

Sancta BERTHA prima abbatissa præfuit Blanciaci, quo loco pijsimę vitam finiuit in pace, & multis virtutum signis refulsit. Natalem habet die quarta Iulij: Est autem abbatia sanctę Berthę in Blanciaco, postmodum conuersa in abbatiam monachorum Ordinis sancti Benedicti.

Qui

Qui etsi in Artesia & Belgio nostro habitent, subsunt tamen episcopo Bononiensi in Francia.

Sancta BERTILIA virgo, eleuata est in Martelo iuxta Atrebatum decimo octauo Calendas Octobris, iubente Gerardo secundo huius nominis episcopo Atrebatensi, circa annum millesimum nonagesimum sextum. De hac sic scribitur libro secundo Chronici Cameracensis ad Gerardum secundum. Est etiam in vico Maraculo, alias Martelo, monasterium Canonorum, vbi sancta Bertilia quiescit, quæ hoc ipsum suum prædium S. Mariæ tradidit. Depositionis dies est, tertia Ianuarij. Fuit & alia Bertilia, coniunx beati Vualberti, quorum mentio erit in narratione de sancta Vualdetrude.

Sanctus BERTINVS abbas & confessor. patria Constantiësis, cum Mômoleno & Bertramo ex Luxouïsi cœnobio egressus est, ad Trinitatis fidem prædicandâ. Qui tres à B. Audomaro suscepti, officium legationis suæ labore cõtinuæ prædicationis subibat. Ipse Bertinus plen^o dierum, obiit anno sexcentesimo nonagesimo octauo, sepultus in Sithiu monasterio, quod ipse cõstruxerat, sumptibus potissimum viri nobilis Adroaldi. Ipsum S. Bertini nunc dicitur, in oppido S. Audomari, in quo annis quinquaginta octo habitauit, cum multis religiosis. Natalis celebratur quinto Septembris. Claruit autem S. Bertini monasterium multis sanctis. quorum cõplures tamè non sunt sanctis ascripti, vt sanctus Ioscio: & Fulco Rhemensis archiepiscopus, martyr pro defensione ecclesiasticæ libertatis. Ioannes sane Iprësis, quinquagesimo octauo abbas ad S. Bertinum, scribit ecclesiâ Dei solènzare viginti duos sanctos

*In Prologo
de abbatibus
ad S.
Bertinum.*

monachos sui monasterij. Suntq̄. ab hoc monasterio deriuata quatuordecim alia.

Sanctus BERTVINVS episcopus, cum alijs ex Anglia ad nostrates venit, Christum prædicaturus, circa annum sexcentimum quinquagesimum. Quiescit prope Namurcum, in patria tamē & diœcesi Leodiensi, in monasterio canonicorum siue clericorum veteris instituti sancti Augustini, quod Malonia dicitur: vbi diu Domino militauit, & fœliciter quieuit. Festum eius coincidit cum die sancti Martini, ideoque Malonia Martinum transfert in diem sequentem. Meminit eius Sigebertus anno sexcentesimo quinquagesimo primo. Multi ait de Anglia vel Scotia, in Gallijs peregrinantes, verbum Dei seminabant, multumque fructum Deo faciebant, scilicet, Etto, Bertuinus, Eloquius.

Sanctus BERTVLPHVS abbas, patria Alemannus, temporibus Sigeberti regis relictis parentibus gentilibus, venit Renticam, siue Rentiacum, qui locus est in Artesia, Morinensis, siue Boloniensis diœcesis, vbi consecutus est baptismatis sacramentum, spiritus sancti templum est factus, & clericatus signaculo ecclesiæ arctius coniunctus. Erant tunc temporis Renticæ Vuambertus, pius Comes & coniunx eius Homburga; qui eo loci ex proprijs facultatibus in argumentum religionis cœnobium construxerāt in honorem martyris Dionysij, & tres ecclesias, quæ dedicatæ sunt principi Apostolorum, beatissimo Martino, & sancto Vedasto. In horum famulitium libenter intrauit Bertulphus: ipsique eius sagacitate &

vita

vitæ probitate cognita eum vniuersæ domui præ-
 posuerunt. Memorabile verò est quod tam fidelis
 famulus benignitate in pauperes, opes sibi à do-
 mino creditas, non solum in cælo, sed etiam domi
 forisque multiplicauerit. Cum eodem Romam
 inierunt ad limina Apostolorum. Denique Bertul-
 phum, quem non vt famulum, sed vt filium cha-
 rissimum amplectebantur, Rentiaci prædij sui
 vnà cum ecclesijs in illo constructis donatione so-
 lenniter facta hæredem fecerunt: ipsumq; vir Dei
 non sibi, sed Deo, & Dei pauperibus, suscepit: &
 inibi cum multis fratribus Deo seruiens, præsen-
 tem vitam cõsummauit. Sancti autem sepulcrum,
 sicut miraculorum gloria, sic & rerum creuit opu-
 lentia. Sed cum sæuissimi piratæ maritima Gallie
 loca gladio, igne & rapinis infestarent, Erkenga-
 rius Comes corpus sanctum per Ecclesiastici or-
 dinis conuentum de Rentica Bononiam transtu-
 lit, munitam tunc temporis ciuitatem, mari Mori-
 norum propinquam. Successu verò temporum
 Brito quidam corpus sancti furtim abstulit, sed in-
 tercepit Arnulphus Flandriæ Marchio, cuius di-
 tioni etiam Bononia cesserat. Qui Harlebecam
 sanctum Bertulphum transferri iussit, translaturus
 mox Blandinium, quod est Gandau sancti Petri
 monasterium. Interim impetrarunt Harlebecenses
 partē aliquam sanctarū reliquiarū pro sua ecclesia.
 Quæ ibidē honorificè conseruatae sunt, vsq; ad ec-
 clesie conflagrationem. Tunc enim diuinitus de
 incēdio sunt extractæ, & reliquis ipsius membris
 in Blandinio restitutæ. Natalis est nonis Februa-
 rij, quo die historiam habet Surius, tomo primo.

INDICVLVS

Sāctus BONIFACIUS, archiepiscopus & martyr, natione Anglus, carnalem parentem deserens, Vuolfhardi ac postea Vuigeberti, abbatum, disciplinæ se subdidit. Trigesimo vitæ anno Sacerdotij gradum suscepit, & Traiectū commigrans, per annos tredecim Frisonum Francorumq; gentem in fide catholica diligenter instruxit. Quibus virtutibus illustris, à Gregorio secūdo Pontifice Romano accersitus, ab eo Pontifex cōsecratur, secundo Calendas Decembris, & Bonificiū dici voluit, cum antea diceretur Vuinfridus: præstitoq; iuramento de fidei puritate conseruanda, Moguntinæ ciuitatis primus episcopus designatus, ad illuminationē totius Germaniæ destinatur. Vnde Germanorū Apostolus dici meruit. Breui enim tēpore Fræconiæ, Bauariæ, Thuringiæ ac Saxonæ populos, Deo acquisiuit: vbiq; vitia extirpans, virtutes inferens, templa ac monasteria plurima erigens, quibus ministros probatissimos præficiebat. Mortuo autem sanctissimo Vuillibrordo, Moguntinæ successorem suum constituit sanctum Lullum: & Traiectesem ad Rhenū archiepiscopatum secundus suscepit. Qui postquā decem & sex annis per Frisiā prædicasset, in **Doctum** oppido nūc Leuardiēsis diœcesis, anno septingentesimo quinquagesimo quinto, die quinto Iunii, ab infidelibus est oppressus, & martyriō redimitus, cum suis, quos plures quā quinquaginta in fidei prædicatione cooperatores habebat. E quibus vndecim tantum suis nominibus exprimuntur †, velut celebriores Eobanus, episcopus: tres presbyteri, Vuintrugius, Vualterus, Adalherus: tres diaconi, Stircbaldus, Hamun.

*In historia
per Fulde
ses, 5 Iunii
apud Su-
tium.*

Hamūtius & Boso: quatuor monachi, Vuaccarus, Gūderherus, Vuilliherus & Adolphus. Traiectēses tulerunt martyrum beatorū corpora, ac honorificē sepulturæ tradiderunt: è quibus, Eobani, Athalarij, & aliquot aliorū, in pheretris ad sanctum Saluatorem sunt eleuata. Sanctum tamen Bonifacium, victi precibus Lulli, Moguntia remiserunt; quem ille in Fuldēsi cœnobio, miraculis plurimis insignem, tumulauit. Est autē Fulda monasterium (cuius abbas primas est inter abbates Gallia & Germaniæ) in Buchonia Germaniæ tractu situm, ad eiusdem nominis fluiū, & intra eiusdem nominis ciuitatem. Quod sumptibus Carolomanni ac Pipini Bonifacius prius extruxerat. Habet etiā extra mœnia quatuor alia monasteria, in quatuor angulis, ab abbatibus Fuldensibus fundata.

Sanctus Boso diaconus & fidei prædicator, in **Dochum** Frisiæ oppido, passus est quinto die Iunij, cum Bonifacio, vt modò dictum est.

Sanctus **BRICTIUS** martyr, de sacro fonte leuatus est à sancto Liuino, qui apud matrē eius, nobilem & religiosam matronam Craphaildem, hospitabatur. Cum qua etiam immaniter est trucidatus, eodem die quo beatissimus Liuinus, eo quod palam querebatur sanctum episcopum immerito interfectum esse. Plura de his martyribus dicentur, cum ventum erit ad martyrem Liuinum. Bricij natalis non celebratur. In festo tamen translationis reliquiarum ecclesiæ sancti Bauonis, in Missæ sacrificio commemorationem habet, per sequentem Collectam. *Propitiare, quæsumus Domine, nobis famulis tuis, per sanctorum confesso-*

confesso-

confessorum tuorum, Bauonis, Landoaldi, Macarii, atque Amantij: & beatorum martyrum tuorum, Liuini, Adriani, Britij; & sanctarum virginum, Barbara, Vinciana, Landrada, Pharaildis; & ceterorum, quorum, reliquia in praesenti ecclesia requiescunt, merita gloriosa, vt eorum pia intercessione ab omnibus semper muniamur aduersis.

C.

Sancti Calisti papae reliquiae, Cisonium ad abbatialem ecclesiam sancti Calisti sunt allatae, per sanctum Euerardum, loci fundatorem. Quod factum scribit Meierus anno octingentesimo quinquagesimo quarto, sed nunc Remis habentur ad sanctam Mariam.

Sanctus **CANDIDVS** episcopus, claruisse scribitur Traiecti ad Mosam, post mortem sancti Seruatij, cum Sedes vacauit annis cetum & octo. Reliquiae ibidem in altari asseruantur. Natalis autem eius, & Valentini, episcoporum, & translatio sancti Seruatij, concurrunt die septima Iunii.

Sanctus **CAROLVS**, cognomento magnus, quiescit Aquisgrani, in rotunda quam extruxit basilica, quae ciuitas est imperialis, dioecesis Leodiensis. Primus fuit diuina ordinatione in Occidente Romanorum Augustus. Saxones, Vascones, & alios paganos, conuertit, per sacerdotum Dei praedicationes, per imperialis potentiae gladium, & per vitae salutaris exempla. Fide studiosissime ampliata, statu ecclesiae religiosè ordinato, regno etiam suo dilatato, ac pacato, obiit anno octingentesimo decimo quarto; die vigesimo octauo Ianuarij, & à Paschali papa in Sactorum catalogum est in-

est inscriptus, anno millesimo centesimo nonagesimo sexto. Cuius inscriptionis litera excusa, passim extat Aquisgrani.

Carolus inclytus Flandriæ Marchio, siue Comes, & patrem habuit martyrem, sanctum Canutum, regem Danorum: & ipse non minori gloria martyr occubuit. Cum enim in maxima Galliarum fame, liberali eniteret munificentia, ac innumeris pauperibus quotidiana victus stipèdia ministrabat, coëgit etiam præpotentem Stratensium familiam, vt frumentum in horrea congestum, partim iusto pretio venderet, partim gratis emitteretur. Vnde in eum exorta est foedissima Stratensium coniuratio, quæ postmodum lite inter Stratenses & Tamargum equitem exorta, maiores vires accepit, Carolo de iustitiæ regula cedere nolente. Itaq; dum Carolus Ipris conuentum nobilitatis indixit, ad sanadam Stratensium amentiam, illi magis conspirarunt in religiosissimi principis necem. Eandemq; paulo post sacrilege perfecerunt. Anno enim millesimo centesimo vigesimo sexto, secunda die mensis Martij, Carolus Brugis existens prima luce, (quod quotidie faciebat) quinq; egenos nouis indumentis vestiebat: deinde religione plenus, ad tēplum sancti Donatiani procedebat: admonitusq; vt sibi ab inimicis caueret, fortiter respondit, Difficile est vbiq; cauere: Deo protegēte securi agemus. Quodd si pro iustitia ac veritate occubere cōtingat, quid ea morte gloriosius? Statim autē pro iustitia occubuit. Ante altare enim Deiparæ Virginis precibus incumbēs, trucidatus est à Burchardo Stratensi, & reliquis parricidis. Quos omnes

omnes supplicium & ultio diuina: illum autem gloria immortalis est consecuta, & memoria consecrata. Nam & ad exanime corpus statim sanitatem consequebatur Rogerius adolescens, omnibus mēbris contractus. Ciues autē Brugēses, non passi aliò euehi corpus, sepelierūt illud in aede diui Christophori. Vitā & mortē scripserūt Vualterus monachus, ad Ioannē episcopū Morinorū, & Vualbertus Brugēsis: itē ex eis, Meierus in Flandrię annalib⁹. apud quē extāt etiā sequētes versus,
*Templa, Deum, viduas, reparando, colendo, cibando,
 Martha, Maria, pius Samaritanus, eras.
 Seruus, iustitia, templum, Martisque secunda,
 Cæsar, causa, locus, lux tibi mortis erant.*

Sancta Celsa, cum sancta Berlende ponitur.

Sanctus Chilianus episcopus & cōfessor, quiescit Albinaci in territorio Atrebatēsi. Festum eius est Idibus Nouembris. Chronicon autē Cameracēse & Atrebatense, eius meminit hunc in modum. In vico Albinaco est monasteriū Canonorum, sancti videlicet Chiliani, qui Scotus fuisse traditur.

Sancta CHRISTIANA virgo, filia regis Anglorum Migramini, in Diciuēno apud Flādros, sanctissimam vitam exegit. Vnde ad vicinam ciuitatem, Tenremondam, translata est; quæ olim fuit Brabantia, diocesis Cameracensis, sed nunc est Flandriæ, episcopatus Gandensis. Festum eius est die septimo Septembris.

Sanctus CHRYSOLIVS Armenus, episcopus, cum Quintino, Crispino, Piato, & alijs, ab vrbe Roma Gallias causa prædicationis expetijt, tempore Dioclitiani. Ipseque Chrysolius Tornaco, &
 alijs

alijs Flandriæ locis, Christi nomen attulit. Ob
quod etiam septimo Idus Februarij martyrio co-
ronatur, Cominij ad Lisam, vbi quiescit in colle-
giata ecclesia.

Clotsendis, cum sancta Rictrude ponitur.

Sanctorū Cornelij & Cypriani reliquię aliquę,
habētur Rothnaci in Tornacēsi territorio, in fere-
tro deaurato. Quę reliquię eo allatę sunt ex Inda,
siue sancti Cornelij monasterio, quod est prope A-
quisgranum; quo loci celebrior est sancti Cornelij
memoria, & maior remansit reliquiarum portio.
Interim nonnullę reliquię inde Rothnacum
translatę sunt, quando Rothnacense territorium
dominum temporalem habebat abbatem Inden-
sem: sed postea venditum est Guidoni Comiti
Fládriz. Natalis, decimo quarto Septembris, sed
Romana ecclesia transfert in decimum sextum.

Craphaildis hospita sancti Liuini, & martyr,
cum Liuino ponitur.

Sancta CVNERA quiescit in oppido Rhenensi,
quod est territorij Traiectensis. Ipsa de numero
vndecim millium virginum, legitur superstes
fuisse: sed postmodum per reginā Rheni, eiusque
pedisequā, strangulata manu tergio, quod in Rhe-
nensi ecclesia est conseruatum. Eam multis mira-
culis gloriosam, Rhenenses per Vuillibrordum
transferri petiuerūt. Quod præmissis fide digno-
rum testimonijs cum gaudio perfecit, die duo-
decimo Iunij. Natalis verò eius notatur in Mar-
tyrologio Vltraiectensi in die Simonis & Iudæ.

Sāctus Cyricus, Iulittæ filius, paruus fuit puer,
sed magnus martyr. Cuius corpus Hucbaldus
Elno-

Elno-

INDICVLVS

Elnonensis sibi à Niuernensi episcopo donatum, Elnonem attulit, ad sancti Amandi oratorium, anno nongentesimo trigesimo. In ipsa autem alatione clinicus monachus, cui paralysis membra dissoluerat, restitutus est, fratresque conuocauit, vt obuiarent Hucbaldo, cum crucibus, & cereis, afferenti corpus sancti Cyrici, ipseque processioni interfuit, cum magno cernentium stupore: Natalis est die decimo sexto Iunij.

D.

Dentelinus in albis mortuus, matri suæ sanctæ Vualdetrudi coniungitur.

Sanctus **D O D O**, discipulus sanctorum Landelini & Vrsinari Lobienfis, in villa Vuassero, monasterio præfuit, quod sanctus Landelinus cõdidit, sed hodie non subsistit: vbi bonæ memoriæ, & vita innocens, deposito onere fragilitatis, feliciter in pace quieuit. Modo quiescit in pago Hannoniæ, qui Fania dicitur. Obijt in die Simonis & Iudæ Apostolorum, sed Lobium transfert eum in diem sequentem, celebrans festum duplum minus. Est autem Fania sylua haud procul à Malbodio, in episcopatu Cameracensi.

Sanctus **D O M I T I A N V S**, episcopus fuit diœcesis Leodiensis, cum sedes ex Tungris Traiectum erat translata. Vnde in subscriptionibus Aruernensis synodi legitur, *Domitianus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Tungrorum, quod est Traiectum, subscripsi.* Sub Childeberto interfuit Concilio Aurelianensi. In propria parochia multas consecrauit ecclesias, & hospitalia in vrbibus fieri procurabat. Huij, quod est oppidum Leodiense, post

post varia collata beneficia, sepultus est in ecclesia beatæ Mariæ. Ad cuius tumulum tanta consecuta sunt miracula, quod iubente Carolo Magno, corpus eius, adhuc fragrantissimum, de terra leuauerit, Vuilligifus præful Coloniensis, decimo septimo Calendas Iulij. Post hæc, anno millesimo centesimo septuagesimo secundo, Radulphus episcopus corpus transposuit in nouum feretrum, argento & auro decoratum, sexto Idus Iunij, sed tantum prima translatio Huij celebratur: natalem habet die septimo Maij.

Sanctus Domitianus confessor, discipulus sancti Landelini, & eius in peregrinatione Romana comes, & in verbi Dei prædicatione strenuus adiutor, cum suo magistro felix requiescit Crispinij, in Hannonia, vbi natalis eius celebratur vigesimo secundo Iunij.

Domlini mentio facta est in Bauone.

Sanctus DONATIANS, septimus archiepiscopus Remensis, & confessor, Brugis secunda Flandriæ ciuitate, quiescit, patronus diœcesis, cuius festum incidit in decimum quartum Octobris diem. Translationes recoluntur 30 Augusti & ipso die Epiphaniæ. Primò è Gallijs reliquiæ eius delatæ sunt, anno octingentesimo sexagesimo tertio, ad Turholtum monasterium, deinde cum magna celebritate ad Brugas portum, iussu Balduini Florei, Flandriæ Marchionis. Postea Brugis sacra eius pignora translata sunt ex veteri scrinio in aliud, & subscriptæ literæ sunt inuentæ in priori scrinio, cum corpore: *Ego Ebo, indignus Remorū archiepiscopus, hunc thesaurum super gemmas*

D G A U R U M

& aurum pretiosum, tibi, gloriose Marchio Balduino, nostrorum cōsilio clericorum, transmitto. Donatianum scilicet, septimum nostrae sedis episcopum, mira sanctitatis virum, pium ex auditorem, & promptissimum apud Deum intercessorem, tam secularibus angustijs occupatis, quàm peccatorum sceleribus detentis. Quod nostris & antecessorum nostrorum temporibus, satis evidenter comprobatum est. Eius, sanctique Remigij, ac innumerabilium sanctorum vitae scripta, Vuandalorum vastatione scias esse deleta. Hunc attestatione diuina tuae fidei committo, quatenus eum diuino seruitio, in quantum vales, honorifices, & secularibus dites. Vale dilectissime in Domino. Has ipsas Ebonis literas nonnulli & inspexerunt, & attrectauerunt, in tertia translatione quam fecit Petrus Curtius, primus Brugarum praesul, anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto.

Sanctus DR O G O, confessor inclytus, qui miro modo calculosis & ruptis subuenit, quiescit in pago *Sebourch*, spatio duarum horarum à Valencenis, in diocesi Cameracensi. Obijt anno millesimo centesimo octuagesimo sexto, die decimo sexto Aprilis. Sed festum celebratur feria tertia Pētecostes, & per Octauas. Singulis etiā hebdomadibus feria tertia, & ferme quotidie ad deuotionem peregrinantium, fit missae sacrificium de sancto Drogone.

Sancta D Y M P N A, virgo & martyr, filia fuit regis Hyberniae gentilis, qui mortua vxore sua ipsam voluit habere vxorem. Sed ipsa propter fidem, & castitatis amorem, clam fugit per Antuerpiam, in villam *Shele*, vbi tandem inuenta, à proprio genitore decollata est, cum Gereberno presby-

presbytero, circa annum sexcentefimum. Festum eius celebrant Canonici Ghelenses die decimo quinto Maij. Locus est diœcesis Buscoducensis, in Kempinia Brabantiae: vbi obsessi à dæmonibus per eius merita liberantur. Qua etiam de causa pingitur tenens dæmonem alligatum. Vulgò Digna dicitur, vt vitetur durior pronuntiatio. Historiam habet Surius, tomo tertio.

E.

SANCTUS ECGBERTVS presbyter & cōfessor, Seti Belgium nostrū nunquam intrauerit, præsenti tamen loco cōmemorandus est, propter maxima beneficia, quæ Frisijs & Hollandis præsstitit. Deo igitur amabilis, & cum omni honorificentia nominandus, pater ac sacerdos Ecgbertus, doctor suauissimus, & eorum quæ agēda docebat, executor deuotissimus, sitiebat omnium hominum salutē, & præcipuè paganorum Frisonum & Saxonum, eo quod Angli ab eis propagati sint. Electis proinde socijs strenuissimis, & ad prædicandum verbū Dei idoneis, nauim ingressus est, quantumuis diuino oraculo prohibitus. Faciebat hoc zelus ille animarum, quo cōtra Dei dispositionē suauiter obluçtabatur. Verū suborta, dū in naui essent, sæua tempestate, omnimodā intellexit Dei voluntatē vt se professioni subtraheret, domiq; remaneret, ad corrigēda monasteria Colubæ, quorum aratra in Paschæ obseruatione non rectè incedebant. At verò vnus de socijs, Vuigbertus, contēptu mundi, & doctrinæ scientia, insignis, in Frisiā peruēnit, & duobus annis cōtinuis gēti illi, ac regi Radbodo, verbum salutis prædicabat: sed sine fructu. Vt autē vidit vir

*Beda lib. 3
hist. cap. 10
cap. 11 / lib. 3
cap. 27*

D 2 Domini

Domini Ecgbertus se ob aliam ecclesię vtilitatem retineri, ne gentibus prædicaret, nec Vuibertum quicquam profecisse, iterum tentauit ad opus verbi Dei mittere sanctos & industrios, actione & eruditione præclaros. Misit ergo instar duodecim Apostolorum, ex diuersis monasterijs duodecim Apostolicos viros, in fide constantes: quorū nomina sunt, Vuillibrordus, Suuitbertus, Acca, Vuigbertus, Vuillibaldus, Vuiniboldus, Leuinnus, duo Euualdi, Vuerenfridus, Marcellinus, & Adalbertus. Qui Dominici gregis arietes, anno sexcentesimo nonagesimo Traiectum appulerūt, & constanter Christum euangelizauerunt, atque Deo cooperante, multum animarum lucrum in Frisia, Hollandia, alijsque locis, fecerunt. Et quoniam hi doctores sancti propagati fuerāt de stirpe Frisonica & Saxonica, ideo conueniēter eis euangelium Christi prædicare potuerunt. Migravit autem vir Domini sanctus Ecgbertus, post multa virtutum bona, ad regna cœlestia, anno ætatis nonagesimo; Domini, septingentesimo vigesimo nono, ipso die Paschæ, septimo Iduum Maiarum. Sunt autem manifeste vitiata per cuiusdam imperitiam gesta sancti Suuitberti in quibus hæc Ecgberto Eboracensi archiepiscopo attribuitur. Siquidem is anno trigesimo secundo vltimo septingentesimum, factus est Eboraci episcopus, pro Vuilfrido quidem, sed non illo, qui Frisiam per hiemem primus prædicauit: & anno decimo trigesimo quinto accepto pallio primus post Paulinum factus est archiepiscopus Eboracensis.

Ab vtro-

Ab utroque verò Ecgberto diuersus est Edbertus episcopus. Is enim anno sexcentesimo octuagesimo nono, quantum ex Beda supputare possum, Lindisfarnensis episcopus ordinatus est, in locum beatissimi Cuthberti, postquam vacantem sedem vno anno administrasset sanctus Vuilfridus Eboracensis. Multa de eius eximia sanctitate, & miraculorum gloria, scribit Beda, libro quarto historiæ Anglorum, & in libro vitæ Cuthberti. quæ inde petantur. Hoc tamen loci commemorandum est, quod ad sancti viri sepulcrum sanatus sit clericus sanctissimi Vuilibrordi Clementis Frisonum episcopi, qui è transmarinis partibus ibidem hospes, per grauissimam infirmitatem desperatus, detinebatur. Transijt ad Dominum pridie Nonas Maij. quod die an natalem habeat ignoro, id tamen suspicor, quia in meritorum eius testimonium, nec corpus in sepulchro locatum, à gratia sanandi vacauit; nec etiam indumenta, quæ sanctissimum eius corpus, vel viuum, vel mortuum vestièrant.

Sanctus ELEVETHERIVS, episcopus Tornacensis & confessor, primum erat Tornaci eximius prædicator, deinde Christiani, videntes eius eximiam sanctitatè, Romam eum miserunt, & cum auctoritate regrediètem, episcopum consecrari fecerunt. qui omnibus patuit verus Christi antistes, & Christianæ religionis defensor. A paganis & hæreticis Arianis, multis pressuris & afflictionibus est cõquadratus, sed in carcere ab Angelo visitatus. Consecratus verò episcopus anno quadringentesimo

gentesimo octuagesimo quarto, paulo post cum Christianis Tornaco eijcitur, tuncque Blandinij in suburbio resedit, circiter annos octo; post quos annos in patrio loco Tornaci resedit, annos triginta septem: vbi sic virtutibus, & miraculis, atq; fidei prædicatione, claruit, vt de eo Tornacensis ecclesia canat.

Miro modo sunt conuersi,

Per hunc ciues vniuersi.

Quiuit Blandinij. vbi eum Heidilo episcopus eleuauit, anno octingentesimo octuagesimo primo; sed inde translatus est ad Cathedralem ecclesiam Tornacensem, quæ natalem eius celebrat decimo Calendas Martij, translationem, octauo Calendas Septembris / eleuationem, septimo Idus Iulij.

Sanctus ELIGIVS episcopus fuit Nouiomensis ecclesiæ & Tornacensis vnitarum, cuius corpus Nouiomi quiescit, sed & reliquiarum portio Brugis habetur, ad sanctum Saluatorem. Hunc & Flandri, & Antuerpienses, meritò vt Apostolum suum venerantur. Multum enim in Flâdris, laborauit: iugi instantia Andouerpis pugnauit. Pastoris cura sollicitus lustrabat vrbes & municipia, circumquaque sibi commissa. Sed Flandrenses, atq; Andouerpenses, Frisones quoq; & Sueui, & barbari quique circa maris littora degentes, quos velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis vomer impresserat, primò eum hostili animo, & auersa mente susceperunt. Postmodum verò cum paulatim per gratiam his verbum Dei insinuare cœpisset, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis, cōuersa est ad verum Deum

Christo-

S. Andoer-
pensis lib. 2
cap. 3 et 8.

Christoq; subiecta. Fana nonnulla, Christi clypeo
 protectus, cū Apostolica auctoritate destruit, idola
 quoq; diuersi generis, vbicunque inuenit, fundi-
 tus subruit. Inter hæc autem frequenter lacepsitus
 ab ingrato & perfido populo, & pœne vsque ad
 cōtumeliam prouocatus, nullatenus à cœpta do-
 ctrina arcebatur, sed magis ipse lenis, patiens, hu-
 milis, & mitis, pro eis Dominū deprecabatur. Hęc
 & alia multa, de eo scribit S. Audoënus Dado, epi-
 scopus Rothomagensis, eius æqualis, vitæq; scri-
 ptor. Aldéburgi, Rodéburgi, Ostburgi, Brugis, & *Vide Meie-*
 alibi, sacras inchoauit ædes. Festa eius primaria *rum anno*
 sunt, depositionis Calendis Decembris, & trans- *649.*
 lationis postridie natiuitatis Ioannis Baptistæ.

Sanctus ELQYIVS cum Foillano, Ultano,
 Ettore, Bertuino, & alijs, ex Hybernia venit ad
 Gallias, fidei prædicandæ causâ, (quod Sigebertus
 annotat anno sexcêtesimo quinquagesimo primo)
 & post multarū animarum lucrum obiit Latinia-
 ti, abbas post sanctum Furseum. Inde translatus
 est ad Vualciodorum monasterium Ordinis san-
 cti Benedicti, vbi depositionis eius dies est festum
 summum maius tertio Nonas Decembris. Simi-
 liter translationis, octauo Idus Octobris. Sicut
 est ad Mosam, apud Dionantum oppidum, patrię
 Leodiensis. De eo scriptum accepi ex Vualcio-
 doro, fuisse Irlandum, sacerdotem & monachum,
 indefessum in Saxonia verbi Dei concionato-
 rem, infinitis miraculis celeberrimum. Qui in
 Laudunensi episcopatu, in quodam pago, sub dio,
 ducentis & amplius annis delituerit. Sed cre-
 brescentibus miraculis, repetita eius memoria,

D 4 tandem

tandem fauore episcopi Laudunensis, datus fit Vualciodorésibus patronus, ibidem ante sexcentos annos depositus à beato Foramiano Vualciodorensi abbate, & archiepiscopo Scotorum.

Iecit autem fundamenta dicti monasterij Comes Elbertus, in honorem diuæ Mariæ, anno nongentesimo quadragesimo quarto: & spatio trium annorū omnia venusto opere cōsummauit.

Sanctus Emebertus, aliàs Ablebertus, positus est in litera A.

Sanctus EOBANVS, qui etiam Euban dicitur, episcopus & martyr, collega fuit sanctissimi Bonifacij archiepiscopi, in Frisonum conuersione, & die quinto Iunij in martyrij perceptione. Quiescit in pheretra Traiecti, ad sanctum Saluatorem, vbi inscribitur chorepiscopus. Sed Becanus in historia Hollandiæ coepiscopum vocat. Similiter legitur in Bedæ Martyrologio, & constanter apud Vsuardum, cuius ea de causa permulta exemplaria consului. Imo & secundus liber historiae Bonifacij, expressè episcopum nominat. Habet enim Bonifacium, cum suo socio Eobano, multa millia Frisonum intra breue tempus baptizasse: Eum autem, Eobanum, vt suæ senectuti aliquod pararet leuamentum, episcopum Traiecti instituisse.

Sanctus ENGELMVNDVS martyr, quiescit in diœcesi Harlemensi, in **Delsen** / inter Harlemum & Egmondam, apud **Beuerwoic**, vbi festiuitas eius agitur, vigesimo primo Iunij, & Dominica die post Bartholomæi, quando concurret oratorij dedicatio. Historiam non vidi, sed vulgare Hollandiæ Chronicon dicit eum martyrizatum

*diuisione 3
cap. 11.*

tum esse à Radbodo barbaro Frisonum rege.

Sanctus ERKEMBODO episcopus Taru-
nensis, in monasticis & regularibus disciplinis à
primæua ætate sub sanctissimo Bertino milita-
uit, vsque ad congruentem ætatem. Obijt episco-
pus Morinorum, & abbas in Sithiu, anno septin-
gentesimo trigesimo quarto; sepultus in basilica
sanctæ Mariæ, quam sanctus Audomarus pridem
dedicauerat. vbi hodie degunt Canonici sancti
Audomari. Huius sepulcrum in præfata videtur
& contingitur cathedrali ecclesia. Corpus verò
in summo altari requiescit. Natalem habet duo-
decimo Aprilis.

Sancta ERMELENDIS virgo, præclaris pa-
rentibus nata, in villa Odenca, *ter dunch* apud
Louaniolum, virginitatem suam duodenis Deo
deuouit, atque sacrauit. Quam cum in villa *Sto-
uecum* duo fratres profanare vellent, qui in virgi-
nis concupiscentiam exardescabant, Angelus
eam recedere iussit in Meldricem vicinam insu-
lam, quæ in Brabantia Hugardiæ adiacet, vulgo
Meldaert dicta. Ibidemque animam suam Deo
reddidit, sanctificatâ castitate virginali, obedi-
entia regulari, & mira abstinentia: insuper & eremi-
tica vita. Post mortem verò quadraginta octo annis
à cultu sæculi latuit, donec miraculorum gloria
est magnificata. Quibus permotus Dux Pipinus,
pater beatæ Gertrudis, sacrum corpus leuauit è tu-
mulo: prædiorum quoque maxima multitudine
locum ditauit, instituens illic sanctarum virgi-
num monasterium. Quibus diuinum sacrifi-
cium peragebant presbyteri ex monasterio

D 5 sancti

INDICVLVS

sancti Bauonis, quod in vicino monte situm erat, qui Teutonice dicitur **Calfmont**. Sed neutrum monasterium modò subsistit. Sanctimonialiumque bona translata sunt in Leodienses Canonicos ad sanctum Bartholomæum. Natalem Meldarienses celebrant, cum nouem Lectionibus, die vigesimo nono Octobris. diem translationis, vndecimo Calendas Maij, processionem cum corpore, tertio festo Pentecostes.

Sanctus **ERMINS**, Lobijs episcopus & confessor, locum natiuitatis habuit Ercliacum, in pago Laudunensi: vbi Lobienſe monasterium in huius sancti honorem Prioratum habet, non incelebrem. Ibi ortus est parentibus ex Francorum genere non infimis, sicut conijci datur ex relictibus, prouenientibus ex eius patrimonio. Successit sancto **Vrsmaro**, vir omni bonitate repletus, atque magistro moribus coæquādus. Cuius liber gestorum extat. Quiescit **Binchij**, secundus vrbis tutularis patronus; vbi natalis eius propter sanctum Marcum differtur, in vigesimum sextum Aprilis: Lobijs verò Marcus differtur, in diem sequentem; & litania, in feriam sextam subsequentem.

Sanctus **ERRO**, episcopus & confessor, collega sancti **Fursei**, venit ex Hybernia, cum alijs multis, vt verbum Dei in Gallijs seminaret. Quieuit, postquam multum fructus Deo fecerat, **Fisciaci**, circa **Auesnas Hannoniæ**, in Prioratu dependente à **Lætienſi** abbacia; sed ante aliquot annos translatus est **Lætias**, vbi festū agitur, decimo Iulij. Ad eius merita declarāda diuina pietas multa dignata est operari documenta virtutum: vnde

sancto

sancto viro tradita sūt multa emolumēta bonorū.

Sanctus **EVBERTVS** quiescit Infulis, in collegiata ecclesia sancti Petri. Cuius vitalicet sit Deo nota, & hominib⁹ ignota, creditur tamē esse meriti præclari. Festum eius celebratur die prima Februarij, tã à clero quã à populo, parochiæ eiusdem. Habent enim eum tanquam patronū suum. Est in eodem templo capsula ipsius, quæ cum capsula sanctę Marię circumfertur in procelsione, ipso die Purificationis Marię: relinquitur autem in altari maiori per Octauam. Officiū quod habet in ecclesia S. Petri, nihil propriū cōtinet, sed est cōmune, de Cōfessore Pontifice. Imo nec Seclini, quicquã proprij habet, vbi etiã festū celebratur. Fama est olim ipsius S. Euberti corpus depositum fuisse Seclini, sed ob bella translātū esse Infulas. In cuius rei signum, non procul à Seclinio, in via quæ ducit Atrebatū, in prato locus est quadratus, fossis circūdatus, in quo visitur arbor magnæ altitudinis, quę vulgo arbor S. Euberti vocatur. Corpus eius, cū alijs viginti quatuor Sãctorum corporibus, interfuisse dedicationi ecclesię Hasnoniensis scribit Meierus, anno septuagesimo vltra millesimum.

Historiam intercidisse opinor, in Nortmannorum deuastatione: ob quam etiam corpus eius auectum fuisse Boloniam, aut in Sithiu, alicubi legisse me memini. Sunt autem Infulæ, Gallicè *Lille*, Teutonice *Wissel* / diœcesis Tornacensis.

Sanctus **EVCHERIVS** ex Gemetico monasterio assumptus in Episcopū Aurelianensem, Carolum Martellum liberè reprehēdit de conuersis in stipendium militare ecclesię decimis; eundem etiam

etiam

INDICVLVS

etiam valida manu, quam in Saracenos ducebat, Aureliam intrare volentem, metu ne quid ciuibus suis iniuriæ ex militari licentia obueneret, vrbe exclusit. Vnde cum omnibus propinquis, Coloniæ exulatum mittitur. Vbi cum vitæ commendatione fauorem clericorū consequeretur, metuit Martellus querelas apud Romanum Pontificem, ideoque relegauit eum in Hasbaniam: quo loci Roberto Duci tradidit custodiendum. qui perspecta eius singulari innocentia, & morum excellenti probitate, omni eum officio & honore colendum duxit. Sed vir sanctus nihil aliud petijt, quàm in cœnobio sancti Trudonis Deo vacare. Vnde ad cœlestem patriam migravit, anno Domini septingentesimo vigesimo septimo; exilij sui, sexto, multa sanctitate & miraculis gloriosus. Festum eius apud Trudonenses celebratur, die vigesimo Februarij. Historiam habent Laurentius Surius dicto die, & Gerardus Moringus.

Sanctus **EVERARDVS**, siue Eurardus, confessor, quiescit in Cisonio sancti Callisti monasterio, quod est Canoniorum Ordinis sancti Augustini, inter Insulas & Tornacum. Fuit Dux Foroiuliensis, sed vitæ sanctitate insignis, qui dicto Cisoniensi cœnobio initium dedit. Quod Meierus notat anno octingentesimo trigesimo octauo. Festum depositionis est decimo sexto Decembris: translationis, die decimo eiusdem mensis.

Sanctus **EVERGISLVS**, episcopus Coloniensis & martyr, primum fuit archidiaconus, deinde successor sancti Seuerini:

Hic Tungris natus, martyr fuit, & tumultatus.

Locus

Locus, vbi latrones eum occiderunt, nominatur *die grouwelsteegh*. Habet festum duplex in ecclesia Tungrensi, nono Calendas Nouēbris. Sed inde est die vigesimo octauo Martij, per Brunonem episcopum, fratrem Ottonis imperatoris, translatus Coloniam ad sanctam Cæciliam. Recensetur etiam inter episcopos Tungrensis diocesis, eo quod Tungris, fidei calore inflammatus intrepide prædicauerit contra foetorem idololatriæ. Est autem Tungrorum oppidum in territorio Leodiensi, sub dominio episcopi.

Sanctus *EVERMARS* martyr, iuxta *Rutthē* pagum Hasbaniaë, à quodam Haccone tyranno, fuit cum socijs suis, quos septem habebat, occisus, tempore Pipini, filij Begghæ: venit, vt habet vita eius, ex Frisia. Festiuitas autem Calendis Maij agitur, Rutthis apud Tungros, & Tungris, quo singulis annis corpus eius adfertur. Ossa eleuauit circa annum nongentesimū sexagesimum octauū, Heraclius episcopus Leodiensis: quam eleuationem tot subsequuta sunt miracula, quod descripta ingens volumen effecerint.

Sancti Eugenij Toletani, episcopi & martyris, ossa, siue sacrum corpus, obtinuit sanctus Gerardus abbas, Parisijs à monachis sancti Dionysij, & reposuit Bronij, in monasterio à se constructo, quod est diocesis & ditionis Namurcensis. Qua autem diligentia Eugenij historiam sanctus Gerardus approbari curauerit, quodque de portione tantum corporis, hæc translatio sit intelligenda, notauit ad Vsuardum, die decimo quinto Nouembris. Natalis est die iam dicto.

dicto / translatio ad Bronium, die 18 Augusti.

Sancta EVSEBIA virgo, filia sanctæ Rictrudis Martianensis abbatissæ, & discipula sancti Amandi, in Hamatico post sanctam Gertrudem suam proauiam abbatissa præfuit: nunc autem virorum est prioratus, super Scarpam, inter Duacum & Valencenas, quem dependere puto à vicina abbacia Marcenensi, quæ est diocesis Atrebatensis, in Flandria; vbi Eusebia modo quiescit in tumba. Dies depositionis eius est decimo septimo Calendas Aprilis; translationis & eleuationis, quinto Calendas Nouembris, & decimo quarto Calendas Decembris.

Sancti Ewaldi duo, presbyteri, niger & albus, recensentur inter duodecim illos Apostolicos viros, qui ex Anglia missi fuerunt ad Frisiam primi prædicatores; quorum primarius fuit Vuillibrodus presbyter, postmodum Romæ consecratus Frisonū archiepiscopus. Scribitur vero in Suuiberthi historia, & alibi, quod Nabiam introeuntes, Christum prædicando confessi sunt, quodque abinde ascendentes ad antiquam Saxoniam, quinto Nonas Octobris glorioso martyrio sint coronati; inde Coloniam translati. Quod & Beda habet, libro quinto historiæ, capite vndecimo. Quæ autem fuerit Nabia, & an ad Belgium nostrum pertinuerit, video à doctis ignorari. Sed antiquos Saxones plærique Vuestphalos intelligunt.

Sanctus Exuperius martyr, vexillifer fuit legionis Thebæorum, qui Agauni in Gallijs passi sunt. Eius corpus, tēpore Ottonis primi, translatum est Gemblacū, procurante id sancto Guiberto, fun-

to, fun-
struxit
Exup
Septen

SAn
Sinte
stor fui
citus, o
moria
donari
Natalē

Sāct
& cōfe

bertum
clesiæ,

quages
berti, v

diebus,
go imp

Petri &
pus col

Sāctu
fuit Apo

Amādi
fit duor
Blandin
sancti P
erat ad
Gallian
paulatin
cti Bau

to, fundatore Gemblacensis cœnobij, quod construxit in honorem sancti Petri Apostoli, & beati Exuperij martyris. Natalis vigesimo secundo Septembris: Dies translationis, octauo Iulij.

F.

SANCTUS Flerich presbyter & cōfessor, quiescit Sinter Gádaui & Alustū, in *Wierzele* vbi pastor fuit, & singulari pietate, nihil in crastinū sollicitus, omnia sua pauperibus distribuebat. Ad memoriā eius frequēs est visitantiū cōcursus. qui etiā donaria sua ad altare sancti cōfessoris suppendūt. Natalē diē, & reliquū historiē eius nondū rescui.

SANCTUS FLORIBERTVS episcopus Leodiēsis & cōfessor, post patrem suum sanctissimum Hubertum annis nouendecim præfuit Leodiensi ecclesiæ, vsque ad annum septingentesimum quinquagesimum quartum, sepultus in æde diui Lamberti, vbi signis coruscans, non ita multis euolutis diebus, humo eleuatum est corpus, & in sarcophago impositū, cum reliquijs sanctorum martyrum Petri & Andoleti, & iuxta sancti Lamberti corpus collocatum. Natalis eius est in die Marci.

SANCTUS FLORIBERTVS abbas, & cōfessor, vir fuit Apostolicus, & raræ pietatis, discipulus sancti Amadi. quo auctore curā & administrationē gessit duorum monasteriorum, Gandēsis videlicet & Blandiniēsis, quæ sanctus Amandus in honorem sancti Petri extruxerat, à quo Romæ peculiariter erat admonitus, vt prædicandi Euangelij causa in Galliam rediret. Gandense tamen monasterium paulatim amisit appellationem diui Petri, & sancti Bauonis dici cœpit. Molestum enim erat duo
vicina

vicina loca eodem modo nuncupare. At verò, quam fœlicia fuerunt illa tempora, quando Floribertus sine vlla offensione, duobus locis Abbas præfici potuit: neq; ex ijs quicquam suum querere cogitauerit, sed tantum quod in subditorum vtilitatem cedebat? Quiescit Gandau, in sancti Petri monasterio, quod vetustiores à monte, in quo situm est, Bládinium dicunt. Natalis incidit in Calendas Nouembris: eleuatio in decimum nonum diem Aprilis. Eleuatus est autem anno nongentesimo septuagesimo quinto per Albertum Remorum episcopum: & iterum translatus est à Balduino episcopo Nouiomensi anno millesimo quadragesimo nono, præsentè Balduino Marchione Flandriæ.

Sanctus FOILLANVS Hybernus, episcopus & martyr, fratres habuit Furseum & Vltanum, cum quibus in magna eminuit sanctitate. De eatribus his fratribus testimonium ferunt, Beda libro tertio historiæ Anglorum, capite decimo nono, & libellus vitæ sancti Fursei, cuius ibidem Beda præclare & prolixè meminit. Primum Furseus multis annis in Scotia, patria insula, verbum Dei annunciauit. Inde, omnibus relictis, per Britones in prouinciam deuenit Anglorum, vbi nobile construxit monasterium: & prædicatione verbi Dei multos incredulos ad Christum conuertit: & credentes in fide & amore Christi confirmauit. Quibus ritè gestis monasterium, & animarum curam, fratri suo Foillano reliquit. Et ipse ad eremiticam vitam secessit. Sed aliquanto post, propter opus euangelij in Galliam commigrauit; in qua Latiniacum monasterium construxit; & etiam modo

modo Peronæ requiescit: vbi quarto ab obitu anno, corpus eius immaculatum, & sine vlla putredine, subuectum est à reuerendissimis episcopis, Eligio Nouiomensi; & Autherto Cameracensi. Huius exemplo prouocatus Foïllanus Romanus iuit, petiturus à Martino Pontifice episcopalem benedictionem ad infidelium conuersionem: qua accepta ad Gallias venit, fidei propagandæ causa, & à beatissima Gertrude, cum magna reuerentia est susceptus, cuius etiam dono Fossense monasterium fundauit. Martyrio occubuit, cum tribus discipulis, pridie Calendas Nouembris, in sylua Carbonaria, loco Ampolinis: quod etiam diuinis indicijs reuelatum est sancto Vltano, in Fossis, & sanctæ Gertrudi, Niuellæ. Est autem in loco martyrij constructa abbatia sancti Foïllani Ordinis Præmonstratensis, quæ adiacet muris Rhodiensis oppidi, in Hannonia. Quiescit Fossis, quod est oppidum territorij Leodiensis. Monasterium inuocat etiam collegas martyrij, dicendo in litanijis, Sancte Foïllane, cum socijs tuis, ora pro nobis. Natalis Foïllani est vltimo die Octobris/dies inuentionis, decimo sexto Ianuarij/ eleuationis, tertio Septembris.

Sanctus F O L Q V I N V S Morinorum episcopus, verbi Dei indefessus prædicator, per quadraginta annos summa diligentia obiit oppida, castella, & vicus suæ diœcesis. Corpora sanctorum, Audomari & Bertini, transtulit, & recondidit. Transijt anno octingentesimo quinquagesimo quinto, decimo nono Calēdas Ianuarij, in *Hecclesbeke* tumulatus in sancti Bertini monasterio, ad sanctum Audomarum

E domarum

domarum, vbi ossa eius eleuata sunt. Idibus No-
uembris, anno nongentesimo vigesimo octauo.
Vitam scripsit Folquinus abbas Lobienfis, sancti
Bertini monachus ab ineunte ætate.

Sanctus FREDEGANDVS confessor de illis
est beatis prædicatoribus, qui ex Hyberniã vene-
runt, cum sancto Foillano, & alijs, in Galliam.
Locus quietis est Monasterium super Sambriam,
à beato Amando, in honorem sancti Petri con-
structum haud longè à Namurco; vbi antiquitus
fuisse Sanctimoniales, ipsum nomen indicat. Sed
nunc vocatur Domine, & Canonice in *Monstier*,
seu potius, in *Monstier*. Hæ nostra ætate, in bellis
contra Francum, Fredegandi sacra pignora in syl-
ua absconderunt, & perdiderunt. Festum est
decimo septimo Iulij. Est etiam celebris sancti
Fredegandi memoria in *Doozne* apud Antuer-
piam. Ibi enim antea quieuit corpus sancti Fre-
degandi, cum is locus ciuitas esset: ferturque Dor-
na muris cincta fuisse cum ijs adhuc Antuerpia
careret. Qua autem de causa inde translatum fue-
rit sanctum corpus, pulchrè explicatur in Gum-
mari translatione, hisce verbis; Nortmanni per
fluuium qui dicitur * Schindam, ad villam Tur-
ninum deuenerunt; vbi erat monasterium sancti
Fredegandi confessoris. Sed Deus propter ini-
quitatem habitantium, exosus locum, reliquias
ipsum iussit altè transportari, vt nullum esset ob-
staculum contra desolationem. Quibus sublati,
velut muro & turribus ciuitatis destructis, irruit
gens inimica, & incendio perdidit cuncta ædi-
ficia: ipsumque monasterium consumpsit: ho-
mines

mines
duxit.

Fred
Gumm

Sanct

ieffenfi
chria co

tra Ari

torem

de eo c

maiestat

creta C

rem, sin

præfulu

gladium

misisi fi

ornauit

scopum

te occid

tesimo t

Saluator

mentum

octauo I

Fulco

no ponit

Sanct

Scopu

liarū opp

& Ducat

clesiã Car

miraculi

mines partim trucidauit, partim captiuos abduxit.

Fredegeri martyris mentio fit, cum de sancto Gummaro agitur.

Sanctus FREDERICVS episcopus Traiectensis & martyr, multum laborauit in Vualachria contra illicita connubia, & in Frisia contra Arianam perfidiam. Ludouicum Imperatorem voluit condignam agere pœnitentiam de eo quod Iudith Ducis Bauariæ filiam, suæ maiestatis carnalem consanguineam, contra decreta Canonum & Pontificum, haberet vxorem, sine licentia summi Pontificis, & aliorum præsulum iudicio. Cumque excommunicationis gladium minaretur, Iudith eum precibus & promissis frustra flectere tentauit. Quare duos subornauit, qui sanctissimum Frisonicæ gentis episcopum, post Missæ celebrationem, pro veritate occiderunt; Quod factum est anno octingentesimo trigesimo octauo. Quiescit ad sanctum Saluatorem, Ultraiecti, in crypta habens monumentum. Cuius passio celebratur die decimo octauo Iulij.

Fulco episcopus & martyr, cum sancto Bertino ponitur.

G.

Sanctus GAUGERICVS, Sinte Gueric/episcopus Cameracensis & confessor, Euosio Gallicarum oppido oriundus, quod nunc luodiū dicitur, & Ducatui Luxéburgensi annumeratur, rexit ecclesiā Cameracensem circiter annis triginta nouem miraculis coruscans, fide integer, prædicatione

E 2

& ver-

& verbis pluens, operibus indefessus. Quieuit anno quingentesimo nonagesimo quarto, tertio Idus Augusti, quo die natalis eius etiam ab Vsuar- do annotatur. Sepultus est apud Cameracum in basilica, quæ ab ipso in montis vertice ad honorem Medardi erat extructa; sed ibi Carolus quintus Imperator extruxit castrum, siue cittadellam, vt loquuntur. Vnde Canonici sancti Gaugerici, cum cogerentur templum suum deserere, receperunt se in parochialem ecclesiam sancti Vedasti; vbi in magnifico choro, quem extruxerunt, corpus sancti Gaugerici reposuerunt. Atque ita ecclesia sancti Vedasti, dicitur etiam ecclesia sancti Gaugerici.

Sanctus GERARDVS abbas miræ sanctitatis, quiescit in diocesi & comitatu Namurcensi, in pago Bronio, qui notiori nomenclatura ad sanctum Gerardum dicitur; vbi insignem fundauit abbatiam, in honorem sancti Petri. Obijt Bronij, anno nongentesimo quinquagesimo octauo, vt marmoreo eius sepulcro inscriptum est. Subleuatus in feretrum anno millesimo centesimo trigesimo primo. Fuit autem abbas, partim prouisor, siue visitator, partim reformator & fundator, octodecim abbatiarum. Nortmannica enim persecutione, multa monasteria vastata & exusta, miserè erant desolata. Inter quæ Gandense, cui tredecim annis suam operam impedit, vt antea dictum est. Festiuitas eius est tertio die Octobris.

Gerebernus martyr, cū sancta Dymrna ponitur. Gerlacus, ex milite sanctissimus eremita, quiescit sesquimilliaro à Traiecto in Ruremundensi

denſi diceceſi, in monaſterio virginum Præmonſtratiſium quod ſancti Gerlaci dicitur, & in pago eiufdem nominis. Vbi multis miraculis ad noſtra uſque tempora claret. Commemoratio eius fit in vigilia Epiphaniæ Domini, ſed quia non eſt canonizatus, Miſſæ ſacrificium eſt de æterna ſapientia: & dum Litanix canuntur, quando ad eum uenitur, ſubmiſſa uoce dicitur, Sancte Gerlace, ora pro nobis.

Sancta GERTRVDIS uirgo, longè celeberrima per totum Belgium, & etiam in exteris regionibus, nata eſt in Landis, celebri quondam Brabantix oppido, ſed nunc tam exiguo, quod parochialis ſanctæ Gertrudis eccleſia fit extra muros. Filia fuit Pipini, primi Ducis Brabantix, qui etiam erat maior domus in Auſtraſiæ regno. Domina fuiſſe aſſeritur Bergis ſupra Zomam, Bergis ſanctæ Gertrudis, Niuellæ, & Vorſti, ſiue Foresti in Kempinia. Patre mortuo, cū matre Iduberga Niuelle propriam domum commutauit in monaſterium, exhortatione ſancti Amandi epiſcopi, qui & locum conſecrauit, & matrem cum filia uelauit. Foillanum, Vltanum, & alios, ex Hybernia uerbi Dei prædicatores, in ſummo honore & familiaritate habuit, fidei propagandæ ſtudioſiſſima. Quantam habuerit pauperum & peregrinorum curam, teſtantur adhuc aliquot loca, Niuelle, Fofſis, & alibi. Obijt poſt multa uirtutum & pietatis exercitia, prima Niuellensis abbatiffa, in die Patritij Hybernorum Apoſtoli, anno 664. Multas paſſim habet eccleſias in ſui honorem, conſecratas. Louanium, quæ prima eſt Ducatus Brabantix,

INDICVLVS

bantiæ, & totius Belgij, ciuitas, eam vt primam Brabantiæ plantam, feſto die honorat, ex conſtitutione Honori tertij. Ipſam etiam Vſuardus ſuo Martyrologio inſeruit, ætate Caroli magni. Scribit enim die decimo ſeptimo Martij. Monafterio Niuigella, ſanctæ Gertrudis virginis. Eſt autem Niuigella antiquioribus dicta, hodie Niuella, oppidum in Gallica Brabantia, diœceſis Namurcenſis, ſub dominio abbatiffæ Niuellenſis; vbi Gertrudis regularibus præfuit virginibus. Sed modo eſt Capitulum vtriuſque ſexus, in quo Canonicæ, eæque nobiles, & ſæculares, digniorem obtinent locum. Natalis Gertrudis ab eis recolitur, decimo ſeptimo Martij. tranſlatio, decimo Februarij. confeſcratio & velatio, ſecundo Decembris.

Sancta GERTRVDIS vidua, prima præfuit Hamaticenſi monaſterio. quæ Chriſti famula tranquillam dormitionem accepit anno ſexcentefimo quinquageſimo quinto; ei que ſucceſſit, vt liliſium, virgo prudentiſſima ſancta Eufebia, filia ſanctæ Rictrudis. Inde tranſlata quieſcit Marceſnis, in ſanctæ Rictrudis monaſterio, diœceſis Atrebatenſis in Flandria. Dicta monaſteria ad Scarpam ſita ſunt, haud procul à Duaco. Natalis incidit, in diem Nicolai, eſtque duplex maius, ſed tranſfertur. Eleuatio facta eſt die vigefimo ſeptimo Octobris.

Sanctus GERVLPHVS martyr, Merendræ in Flandria claris & Chriſtianis parētibus ortus, ab infantia pietatis amantiſſimus fuit. Monaſteria, & Deo dicatas eccleſias religioſè frequentauit; cle-
ricos

ricos & sacerdotes magno studio coluit ; & in summa, hoc maximè illi curæ fuit, vt vitam suam quam optimè ad normã diuinæ legis institueret. Quum verò nondum esset sacramento confirmationis insignitus, nec se proinde absolutū adhuc, & aduersus omnia æternæ salutis impedimenta satis ornatū Christi militem esse, piè prudenterq; existimaret, viro quodã comitatus, qui susceptoris circa se officio fungeretur, ex solo natali Gandauum ad Blandiniense monasterium se contulit, vt sacro chrismate ab episcopo, qui tum eo forte aduenerat, liniretur. Cumq; percepto sacramento, repletus iam pinguedine gratiæ spiritualis domum rediret, haud procul à monasterio Trunciniensi (ad quod iam iam orationis causa non nihil deflexerant) à susceptore suo, qui tantam eius pietatem, incredibili exagitatus inuidia, ferre non poterat, repente confossus prosternitur, & pro mortuo ab immani parricida relinquitur. Accidit autem, vt priusquam animam exhalaret à parentibus, hæc omnia confestim à Deo miraculosè edoctis, diligenter quæsitus, spirans adhuc inueniretur. Quibus cum breuiter à quo tantam accepisset iniuriam exposuisset, ad extremum ab ijs petiuit, vt se in vicino Trunciniensi cœnobio sepelirent, ecclesiamque certa hæreditatis suæ parte donarent. Atque ita demum salutari viatico Dominici Corporis in tempore adhuc munitus, ad cœlum migravit, vndecimo Calēdas Octobris. At pater eius votis, ac pietati filij sui, haud quaquã respondens, nec prædia illa ecclesiæ Trunciniensi dedit quæ Gerulphus petiuerat, nec corpus eius

I N D I C V L V S

pus eius illo in loco, sed Merendræ in basilica sanctæ Radegundis, sepultum curauit. Quo in loco, multis clarus miraculis, mansit ad annum vsque nongentesimum decimum quintum. Tum enim cœlesti commonitione ad ecclesiam Truncinensem solenni pompa atque honore translatum est die octauo Octobris. Anno autem millesimo trigesimo, quum ex omni Flandria Sanctorum reliquæ Aldenardam deferrentur, vt simul omnes solenni in processione publicæ pacis gratia circumferrentur, tantus honor diuo Gerulpho communi sententia delatus est, eo quòd genere & natione Flander esset, vt inter omnia illa sacra diuorum corpora primum atque honoratissimum locum in circumgestatione sortiretur. Est autem Truncinium ad Lysam fluum apud Gadauum, vbi sanctus Amandus instituit clericorum siue Canonicorum cœnobitalium societate, quæ anno millesimo centesimo tricesimo octauo est conuersa in Præmonstratensis Ordinis cœnobium.

Ghillo coniungitur sancto Guthagone.

Sanctus G I S L E N V S, monachus Ordinis sancti Basilij in Græcia, relicto, vt putatur, Atheniensium episcopatu, Romam venit Apostolicis triumphis celebrem, & inde Angelica monitione commigravit ad pagum *Hainan*. vbi haud procul à Castriloco, in *Vrsidungo* construxit oratorium, & monasterium, quod nuncupauit Cellam Apostolorum. Hoc est, vt idem repetam vocibus nostri temporis, in Comitatu Hannoniæ, haud procul à Montibus Hannoniæ, abbatia extruxit, quæ ab eo sancti Gislæni dicitur, quæ prima est totius

tius H
nomé
& ve
Land
introd
largis
vt dict
Came
San
sanctu
nibus,
ignoro
hi ima
quod a
cul à F
est Ge
tempe
sticam
pultur
scripta
vt nec
ta sané
simul t
San
ta est à
milles
Cuius
donen
id tem
liario
Torna
gesim

tius Hānoniæ, sita in oppido, quod ab eodē sancto nomē habet. Egregius fuit gentiū doctor, in fide, & veritate, cōtemporaneus sanctorum, Autberti, Landelini, Vincentij, & Vualdetrudis. Multos introduxit in ouile Dominicū, quibus in tēpore, largis manibus tritici dedit mensuram. Quiescit, vt dictum est, ad sanctum Gislenum, in diocesi Cameracensi. Natalem habet nono Octobris.

Sanctus Gobertus confessor, habet Fossis ad sanctum Foillanum, officium cum nouem lectionibus, septimo Calendas Februarij. Vbi quiescat ignoro. Sed quidam, nomine Gobertus, dixit mihi imagines sancti Goberti imprimi Bronij, & quod arbitretur reliquias eius asseruari haud procul à Fossis & Bronio. Ab hoc autem diuersus est Gobertus, Comes Asperi montis, qui contempta nobilitate, in Villaria professus est monasticam religionem. vbi & honorificam habet sepulturam: & vitæ historiam, libris tribus, conscriptā. Sed non est ab Ecclesia Sanctis ascriptus: vt nec aliquot alij, qui in eodem monasterio multa sanctitate claruerunt: quorum veneranda ossa, simul sunt collocata.

Sancta G O D O L E V A martyr, strangulata est à seruis suis iussu Bertulphi mariti, anno millesimo septuagesimo, pridie Nonas Iulij. Cuius vitam luculenter perscripsit ad Ratbodum episcopum, Drogo monachus, sacerdos id temporis Gistellensis. Locus est quarto miliario à Brugis, vbi eleuata est per Radbodum Tornacensem episcopum, anno millesimo octuagesimo quarto, tertio Calendas Augusti.

E 5 Sanctus

INDICVLVS

Sanctus **GONDVLPHVS** episcopus, Traiecti ad Mosam nutritus, & magnis ex natalibus, primis videlicet Lotharingæ, oriundus, moribus, continentia, & eruditione, clarus fuit, & sanctam Traiectensem ecclesiam septem annorum temporibus dignè rexit. Migravit ex hoc sæculo circa annum sexcentimum septimum, decimo septimo Calendas Augusti, eodem anni die quo prædecessor, cui etiam par meritis est consepultus, in naui, siue in medio ecclesiæ sanctissimi Seruatij, vbi tumulus eorum vnde eleuati sunt, hactenus visitur, & vterque, defensor patriæ, & custos ecclesiæ, celebrem habet memoriam. Festum eleuationis incidit in diem Laurentij.

Gondulphus alius martyrizatur, cum sancta Reinelde.

Sanctus **GORDIANVS**, qui & Gurdiellus dicitur, antiquorum relatione traditur eam insulâ, quæ nunc est Aquiscinctum monasterium, inhabitasse, & facta inibi ecclesiola, quasi in solitudine eremiticam vitam duxisse. In eadem ecclesiola referunt eum obiisse, Ibi sepultum: Inde per quendam Siccherum, Duacum fuisse translatum. Suspicionem autem hunc eum esse Siccherum, qui anno 1079 Aquiscinctense sancti Saluatoris monasterium incepit. Natalis Duaci ad sanctum Amatum, & alibi, celebratur die decimo sexto Octobris.

Sanctus **GREGORIUS** episcopus Ultraiectensis & confessor, discipulus sanctissimi Bonifacij archiepiscopi, post gloriosum præceptoris
sui mar-

fui martyrium, rexit ecclesiam Traiectensem annis triginta duobus, eximius prædicator Frisonicæ gentis, qui propter oppositionem Coloniensis archiepiscopi, dimisso titulo archiepiscopi, quem vterque prædecessor habuit, episcopus tantum fuit. Obijt anno septingentesimo octuagesimo quarto, octauo Calendas Septembris, sepultus in sancti Saluatoris monasterio. Vitam scripsit sanctus Ludgerus episcopus monasteriensis ipsius discipulus. Collecta diei, habet Deum eius vitæ meritis ecclesiam suam decorare, & gloriosis miraculis lætificare.

Sanctus GRIMBALDVS abbas, patria Tornacensis, Deo ad sanctum Bertinum oblatum, in virum perfectum adoleuit. A rege vero Anglorum expetitus, splendidissimum fuit virtutum exemplar in Anglia. Dorouernensem episcopatum noluit acceptare, sed præfuit in nouo Vuintoniæ monasterio, quod rex Eduardus extruebat. Ibidem migrans ad Dominum, anno nongentesimo tertio, locum sepulturæ suæ accepit. Festum eius est octauo die Iulij.

Grimoaldus subdiaconus martyrio coronatur, cum sancta Reinelde.

Sancta GVDILA virgo Brabantensis, patrem habuit Vuirgerum Comitem, matrem Amalbergam: ad quorum petitionem sanctissima Gertrudis eam de sacro fonte leuauit. Mortua sancta Gertrude ad domum patris ex Niuella reuertitur, optimè instituta, crebrò frequentans etiam noctu oratorium sancti Saluatoris in Morfella, prope Teneramundam. Vnde nocte quadam

dam

dam diabolus huic deuotioni infidians, lucernam
extinxit, quam pedisequa ferebat. sed Gudila ora-
tionum clypeo lumen extinctum restaurat. San-
ctorum loca, comite famula, sub nocturnis horis
frequentare solita erat, ieiunijs se macerabat, vi-
gilijs attenuabat.

*Pauperibus mensas strauit: velut altera Dorcas,
Ipsis concessit, quacunque potissima gessit.*

Post multa virtutum exercitia sepelitur in Ham,
olim Brabantiae, nunc Flandriae loco. vnde tem-
pore Caroli magni eleuata, trāsferitur Morsellam,
& sanctimonialium instituitur coenobium. Postea
Vuenemaro bona ecclesiastica inuadente, nec cor-
pus sanctum curante, à Carolo duce regni Lo-
thariensis transfertur Bruxellam, quae est sub ar-
chiepiscopo Mechliniensi secundaria Brabantiae
ciuitas, magnificentia principalis aulae multum
celebris. vbi in ecclesia sancti Michaëlis, quae
etiam de nomine eius, sanctae Gudilae dicitur,
totius vrbs patrona quiescit. Natalis est octauo
die Ianuarij. dies translationis, sexto Iulij. Histo-
riam edidit Surius.

Sanctus G V I B E R T V S inclytus confessor,
militiae secularis cingulo deposito, castrum suum
Gemmelas siue Gemblacum, cum omnibus ap-
pendentibus, alijsq; multis, obtulit Deo, & Apo-
stolorum principi Petro, sanctoq; Exuperio marty-
ri, ad construendum in eorum honore monasterium.
Inde accusatur apud Ochonem imperatorem, quod
regalem fiscum in sortem ecclesiastici iuris transe-
fuderit. sed Guiberti donationem pius rex ra-
tam voluit, absoluens monasterium ab omni teloneo, &

nio, & tributo, in omnibus imperij locis: permit-
 tens etiam oppidi cōstructionem, mercatum, per-
 cussuram monetæ. Decretum est etiam vt abbas
 non constituatur ibi de alio monasterio, sed ipsi
 serui Dei, secundum sancti Benedicti regulam, ex *Cap. 64*
 sua propria congregatione abbatem eligant. Hoc
 loci cum Guibertus primum abbatem haberet
 Erluinum venerabilem virum, & doctorem, ipse
 ad Gorziam commigravit iuxta Metas, vbi erat
 aluearium monachorum, & summus sanctæ reli-
 gionis seruator. Ibi vir Dei consummatus in virtu-
 tum gratia, ad patres suos appositus est, decimo
 Calendas Iunij, anno nongentesimo sexagesimo
 secundo, & inuitis Gorziensibus Gemblacum re-
 latus. Eleuatur anno millesimo cētesimo decimo,
 ab Oberto episcopo Legiensi, siue Leodiensi, au-
 thoritate Frederici Coloniensis archiepiscopi, &
 assensu generalis Synodi, cum mirabili concursu
 & gaudio populorum, postquā Deus eum multis
 miraculis per annos duodecim clarificauerat. Ele-
 uationem sollicitauit vitæ eius scriptor, Sigeber-
 tus, monachus antiquæ scientiæ & reuerentiæ,
 habita voluntate & benedictione Liethardi ab-
 batis.

Sanctus GVIDO siue Vuido, in pago Braban-
 tensi, tugurio rusticano, & paupere domo natus,
 oculis parentum surabatur in primæua ætate cer-
 tas horas, quibus ecclesiam oraturus adiret. Nec
 hilarem eum vlla dies videbat, nisi prius aut oraf-
 set, aut eleemosynam protulisset. Ecclesiæ beatæ
 Mariæ in Laken multis annis seruiuit, velut alter
 Nepotianus, eā floribus & ramis exornans, omnia *Hist. He-*
 in ni-

*Iodoro
epist. 3*

in nitore conseruans, atque in omnes ceremonias piè sollicitus. Postea per septem annos peregrinatus est, Romam, Hierosolymam, & ad alia sanctorum loca. Vnde Anderlacum reuersus prope Bruxellas, peste inguinaria sæculi ærumnas consummat, sepultus in cœmeterio, anno millesimo centesimo duodecimo. Sed Deo sanctum suum per crebra miracula mirificante, Gerardus episcopus, successor Lietberti, eum eleuauit in natiuitate Baptistæ. & ex confluentium oblationibus noua basilica super eius tumulum est sumptuosè ædificata: in qua Canonicorum celebre collegium diuina officia reuerenter peragit. Locus dicitur Anderlacû, & Anderlechtû, in diœcesi Mechliniensis. Depositionis dies est duodecimo Septembris.

*6. Iunij
10. 3 Suriij.*

Sanctus **GVDVVALVS** in Britannia archiepiscopus, relicto episcopatu secessit in monasterium suæ diœcesis, vbi ad centum octoginta octo discipulos collegit; cumq; loci angustia ægrè sufficeret, in hæreditate Meuoti construxit aliud monasterium. Adhuc viuens multis & stupendis claruit miraculis, quæ in historia eius leguntur. Postea barbaris Britanniam incurstantibus, fratres monasterij sacrum corpus, multis coruscans miraculis, in Franciam pertulerunt, & Arnulphus Flandriæ Marchio, ex autoritate episcopi, per reuerendum & sanctum abbatem Gerardum, curauit transferri Gandauum, ad monasterium beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, quod Blandinium dicitur. Natalis eius octauo Idus Iunij. Translatio, tertio nonas Decembris.

Sanctus **GVMMARVS** cōfessor, gloriosa stirpe
exortus

exortus est, in Renensi, aut potius Riensi provin-
 cia, ad Netam sita, quæ Brabantie territorio com-
 prehensa, vulgari sermone ac vernaculo, dicitur,
 het lant van *Stien*. In ea natale solum habuit
Emblehem, qui locus horæ spatio tantum à Lyra
 oppido distat. Erat lenis in sermone, constans in
 bono opere, humilitate submissus, pietate profu-
 sus, in ieiunijs & vigilijs castigator carnis, elee-
 mosynarum largitor daptilis: in aula Pipini regis
 magnificè acceptus. Habuit vxorem sibi mole-
 stissimam, quam patientia & prudentia vincere
 laborauit. Cum ad limina Apostolorum tenderet,
 diuina admonitione intra Netæ ambitum iube-
 tur oratorium construere, vbi vitam in multa san-
 ctitate finiuit. In messe siti deficientibus baculo
 terram fodit, & erupit fons largissimæ aquæ, qui
 adhuc visitur in *Emblem*. Alijsque multis mira-
 culis claruit in vita, & post mortem. Quiescit
 Lyre, quæ est ciuitas Brabantie, diocesis Antuer-
 piensis, vbi collegiatam habet ecclesiam, quæ in
 historia monasterium nominatur. Ad hoc mona-
 sterium venerunt Nortmanni, euersa Malina, siue
 Machlinia, ignemque iniecerunt, sed Gummarus
 a cælis suis meritis contra eos pugnans, ignem
 extinxit. Interim Fredegerum presbyterum à
 palma martyrij arcere noluit, quem Nortmāni in
 altari crudeliter peremerunt, summę maiestati sa-
 crificium mactātem. Natalis est vndecimo Octo-
 bris, translatio, decimoseptimo Martij. Est autem
 Lyre nomenclatura recentior, & ab historie scri-
 ptore non v̄sitata, qui locum hunc antiquitus dicit
Stien huc dictū, postmodum à vulgo Ledonem
 appel-

Ledi dicitur de gestis Francorum l. 5. cap. 25.

appellatum: ipse villam sancti Gumhari nominat, eamque describit sitam esse intra Netæ ambitum, & per hunc fluuium à Taxandria & à Renensi prouincia sequestrari.

Sāctus Gunderharus monachus, cū Bonifacio, martyrio coronatur in Frisia, die quinto Iunij.

Sanctus Gurdiellus ponitur sub nomine Gordiani.

Ex Lektionibus in Oostkerckæ.

Sanctus G V T H A G O N V S confessor apud Brugas in *Uinoche* aliquamdiu est conuersatus, & in Oostkerckæ sepultus. Ghillo autem, qui eidem sancto adhuc viuenti familiaris adhæserat, ab eo iam defuncto auelli non potuit. Qui etiam creditur post mortē claruisse miraculis. Nam tempore Gregorij Curati dictæ ecclesiæ, qui postea in Ordine Prædicatorum fratrum sancte vixit, manum aridam cuidam eius misericordiam imploranti restituit. Vnde dictus Gregorius metricè scripsit,

Contracto Ghillo scit opem conferre pugillo.

Sed ipsius corpore in terra manente, beati Guthagoni corpus, Domino per eū multa miracula faciente, de humiliori loco in capsam transtulit Gerardus Tornacensis episcopus, anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, quinto Nonas Iulij, assistentibus sibi venerabilibus abbatibus, de Dunis, Oudenburgo, & *Wrechout*. Eandē capsam reuerenter & deuotè aperuit, ac visitauit, Nicolaus, episcopi Tornacensis suffraganeus, die primo Octobris, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto; inuenitque in ea testimoniales literas dicti Gerardi episcopi, pontificali ipsius sigillo munitas. Festum Oostkerckæ celebratur

bratur die tertio Iulij, & primo Octobris. Reliquiæ eius iam conspiciuntur in muro ecclesiæ per ferreos cancellos.

H.

S A N C T U S H A D E L I N V S Aquitaniæ territorio ortus, in tenera ætate semper consortio senum interesse cupiebat. Inde, relinquens terram & cognationem suam, venit Stabuletum, vbi magisterio vtitur sancti Remacli. A deo que fuit sanctitate & miraculorum gloria celebris, vt propterea ipsi & fratribus, in valle ad Legiam fluum habitantibus, multa prædia sint collata & reditus. Sub Adulpho de Marca transfertur corpus eius circa annum millesimum trecentimum trigessimum octauum in Viseto oppido, quod situm est inter Leodium & Traiectum, ibidemque Canonicorum instituitur collegium. Leodiensis ecclesia in Collecta diei vocat eum doctorem salutis, die tertio Februarij.

S A N C T U S H A D V L P H V S, episcopus Atrebatensis siue Cameracensis, quartus à beato Vindiciano, quiescit Atrebatim in ecclesia sancti Petri, quæ antiquitus fuit Nobiliacum dicta, nunc autem est ecclesia incorporata monasterio sancti Vedasti, & intra eius septa comprehensa. Natalis eius est decimo quarto Maij. Huius verò sanctitas cum multis mirisque portentis ostenderetur, sacrum corpus leuauit Engrammus episcopus, die trigesimo primo Augusti.

S A C T U S Hamuntius diaconus, collega fuit sancti Bonifacij archiepiscopi, in prædicatione euāgelij, & in merito martyrij, quinto die mensis Iunij.

F Sanctæ

Sanctæ sorores HARLINDIS & RENULA
 siue Relindis, discipulæ sanctorum episcoporum
 Vuillibrordi & Bonifacij, in propria hæreditate
 ad Mosam monasteriũ ædificauerunt, quod *Eike*
 nuncupatur & *Maes Eike*: vbi primæ abbatissæ
 præfuerunt, & ad Dominum migrauerunt, Har-
 lindis, duodecimo Octobris: Renula, sexto Fe-
 bruarij: translatae siue eleuatae vigesimo secundo
 Maij, per Franconem, qui anno octingentesi-
 mo quinquagesimo sexto factus est episcopus
 Leodiensis. Locus commutatus est in Canoni-
 corum collegium, situs in Lossensi comitatu sub
 dominio Leodiensis episcopi, apud oppidum
Maeseike / ad cuius distinctionem dicitur *Du-
 den Eike*. Sed nuperrime audio Collegium com-
 migrasse in Maeseikensem ciuitatem, vt tutiori
 loco Deo seruiret.

Sancta Hermelendis. vide Ermelendis.

Sancti Hermetis martyris Romani reliquiae
 circa annum octingentesimum septuagesimũ Rot-
 nacum, quod oppidum territorij est Tornacen-
 sis, translatae sunt, per Ludouicum imperatorem,
 filium Lotharij, qui Rotnacensem ecclesiam fun-
 dauit. Danis autem, sub Othone, sanctas Dei
 casas incenditibus, ex Rotnaco Hermes transla-
 tus est ad monasterium villæ Endæ iuxta Aquil-
 granum; vnde rebus ecclesiæ pacatis Rotnacen-
 ses hunc pretiosum thesaurum reperere nequi-
 uerunt, nisi summis cum molestijs, & interue-
 niente Fulberto episcopo Cameracensi. Fratres
 que Rotnacenses pro tanti beneficij recompen-
 satione libenter ecclesiæ Cameracensi obtulerunt
 villam

villam * Neuuehouam . Natalis est in die sancti Augustini . Translatio die sexta Iulij .

Sanctus H I D V L P H V S dux Lobienfis, vnus erat ex proceribus & maioribus regni Lotharingiæ , sub Pipino seniore . Cuius interuentu beatissimus Vrsmarus Lobium monasterium regendum suscepit . Ex Lobio cum alijs translatus est Binchium . Cuius festum vtroque loco celebratur nono Calendas Iulij . Meminerunt eius annales Hannoniæ , & Ayæ vxoris ipsius , quæ Montibus Hannoniæ est sepulta , sed non eleuata . Inuocatur tamen in Litanijs Montensis ecclesiæ .

Saetus H I L D V A R D V S , episcopus & cōfessor , in catalogo Tullésium episcoporū non inuenitur . Nominatur tamen Tullésium episcopus , fortassis quod Tulli ordinatus sit episcopus ad infidelium conuersionem . Multum in Fládris laborauit . Sub duce Magriptio , qui piam viduam obruncauit , cuius hospitio vsus fuerat Hilduardus , diuersis tormentorū cruciatib⁹ est & ipse affectus , sed fidei constántia in aduersis velut in prosperis lætus erat , fidemq; Catholicam constantissimè prædicauit . Tandem Magriptiū conuertit , & baptizauit : quo facto , vir Dei Diciuennæ oratorium cōstruxit , in quo glorioso fine decessit , quarto Cal . Ian . anno septingétesimo quinquagesimo . Inde Tenremōdenses ossa eius veneráda , omni virtute famata , cū summo exultationis iubilo Tenremondá transtulerunt , quæ est sub episcopatu Gandensi Fládræ ciuitas , nomen habens à Tenrafluuiio , vbi festum eius præcipuè celebratur septimo die Septēbris .

Hildeberty martyrium exprimitur in vita

INDICVLVS

*in cōmen-
sarijs Flā
dria.* sancti Bauonis . Fuit autem , non abbas Blandi-
niensis diui Petri, quod per errorem scribit Meie-
rus, sed Gandensis diui Bauonis. Cuius pro imagi-
nibus sacris martyrium , ex eo est commendabi-
lius, quod incidit in Annum septingentesimum
quinquagesimum secundum , quo nondum sacrae
imagines Synodo septima in Nicéa erant confir-
matae . Nec mirum alicui videatur , quod huius
martyris nulla fiat in Gandensi ecclesia memoria.
nam & plures fuerunt in Belgio martyres quo-
rum Martyria non celebrantur . Satis enim fuit
maioribus nostris eos tantum Martyres patrios
festis honorare , qui post sua martyria miraculis
clarebant , quæ nulla fortassis Hildebertus post
mortem edidit.

Sancta HILTRVDIS virgo, ex Vuigberto
Comite & Adam matre, tempore Pipini regis
claruit, super fluuium Helpram, in loco qui hodie
dicitur Lætia. Quæ amore Christi Hugonem Bur-
gundionum principem, sp̄sum in terris fugiens,
à Theodorico Cameracensi episcopo sacrosan-
ctum velamen accepit, & bonum propositum
laudabili fine conclusit, adornata lampade plena
oleo, hoc est, virtutum fertilitate . Sepulta est in
ecclesia sancti Lamberti, quam parentes extruxe-
rant Lætijs, quæ est Abbatia Ordinis sancti Bene-
dicti, in archiepiscopatu Cameracensi, cui annis
proximè superioribus venerabilis Ludouicus
Blosius præfuit, multa pietate, & eruditione. Fra-
trem habuit beatum Gontardum, primum abba-
tem Lætiensem, qui fuit vir sanctus, sed non est ca-
nonizatus . Natalis Hiltrudis vigesimo septimo
Septem.

Septembris . Eleuatio decimo septimo eiusdem mensis , quam fecit Erluinus episcopus Camera- censis , cum multo honore , & clericorū psallentio .

Himelinus , Scotus , & beato Rumoldo carne propinquus , febre pestilentiali tactus , obiit , vt quidā annotant , die decimo Martij , in *Wissenake* iuxta Thenas in montibus , Brabantiae oppidum , mirificante Domino obitum , eius multis signis . Non est per episcopum eleuatus , aut Apostolica auctoritate sanctis ascriptus , locus tamen dicitur *Sinte Himelÿns Wissenaken* . vbi in crypta sub campanili quiescit , & in altari imaginem habet , ac frequenti ad eius memoriam concursu , multum est honoratus , etiam à longè disitis .

Sanctus H V B E R T V S , episcopus Leodiensis , & confessor , filius Bertrandi Ducis Aquitaniae , propter Ebroini tyrannidem , in Austrasiam se transtulit ad Pipinum , cumque in Tungrensi parrochia adhuc paganus versaretur , ipsi venanti inter cornua cerui Christus apparuit , eum ad Lambertum episcopum mittens . Qui benignè eum recepit , in fide Catholica instruxit , & baptizauit . Deinde totus ardens desiderio caelestis patriae , Romam vadit ad limina Apostolorum , vbi dum existit , Lambertus episcopus propter veritatis testimonium intra sanctuarium Dei immolatur ab impijs , & Sergius papa Angelica monitione & illustri-ssimis miraculis vrgetur , vt Hubertum nolentem cōsecret successorem Lamberti martyris . Quod factum est anno sexcentesimo nonagesimo octauo . Anno vero septingentesimo decimo corpus sanctissimi martyris Lamberti , & sedem episcopalem

scopalem ex Traiecto ad Mosam, Leodiū transtulit, vbi passus fuerat. Addit Placentius, eū Leodio dedisse sigillum publicum, diui martyris Lāberti imagine conspicuum, cum inscriptione, Sancta Legia, Romanæ ecclesiæ filia. Deinde multis accrescens virtutibus, multos de idololatria ad Christi fidem cōuertit, inter quos Brabanti. Vnde *19 Martij,* Nodgerus episcopus in vita Landoaldi, Brabantium multis erroribus gentilium irretitum, à *30. 2. Suriij.* sancto Huberto, successore beati Lamberti, ex parte correctum est. Transijt ad Dominum Fure, inter Louanium & Bruxellam, sed sepelitur Leodij, in ecclesia beati Petri Apostolorum principis, iuxta altare sancti Albini. Anno dehinc decimo sexto, per ecclesiasticorum graduum turmas, & Karolomannum, eiusque palatij proceres, ex vase sepulcri, quod crebris miraculis enitebat, sublatus est ad altare sancti Petri, à dissolutione & putredine illæsus. Postmodum anno octingentesimo vigesimo quinto pridie Calendas Octobris, Vukandus episcopus, cum magna ecclesiastici gradus frequentia, corpus sanctissimi Huberti ad Andainum, monasterium suæ diœcesis, in Arduennam transtulit. vbi miraculorum gloria eius declarantur merita, & fidelium deuotione ipsius celebrantur beneficia: qui cateruatim tam proximi, quàm longinqui, eo confluētes, in suis necessitatibus cum patronū experiuntur. Monasterium, Hugonotæ ex Gasconia Belgium inuolâtes anno sexagesimo octauo exusserunt; dumq; eorum vesana rabie omnia effracta forent, hoc solum intactū supererat, quo huius gloriosi Pontificis corpus afferua

asseruabatur. Vnde in media luce ob cecati, a orafra videntur percussi. Quale autem corpus eius se præbuit intuentibus sub Karolomanno, nimirum illasum à dissolutione & putredine, tale & postmodum se præbuit fratribus, atq; etiam nū credūt se habere. Depositio festo die celebratur à clero & populo, per totam diocesim tertio Nouēbris.

Sanctus H V C O, episcopus Rothomagensis & confessor, nobilis genere, nobilior autem virtutibus, diuina inspiratione succensus, relictis episcopatus habenis, à S. Aichadro in Gemetico disciplinā monachorū, & habitū, ex toto corde appetuit, sacrisq; magistri moribus informatus, omni virtutum genere perfectus emicuit. Vtriusq; corpus, quando Nortmanni, exigentibus id peccatis Christianorum, ecclesias combusserunt, ad villam Haspram est trāslatum: quæ est inter Cameracum & Valencenas. Vbi Deus multa & celeberrima dignatus est per vtrumque operari virtutum prodigia. Natalis Hugonis, die nono Aprilis.

Sanctus H V M B E R T V S, episcopus & confessor, ortus parentibus ingenuis Eurardo & Popita, nobilior patuit fide & moribus, & sub Childerico glorioso Frācorum rege multum emicuit virtutibus, & miraculis. Locus in quo fuerit episcopus non exprimitur, quia, vt alij nonnulli, sine titulo fuit consecratus, ad fidei inter gentes prædicationem. Quiescit in sanctæ Mariæ monasterio, quod suo opere construxit Maricolis super Helpram fluuiolum, in Hannonia. Natalis incidit in diem annūciationis Domini. Eleuatio in sextum Septembris. quo die etiam Cameracensis

ecclesia Humbertum celebrat nouem lectionibus.

Sanctus H V N F R I D V S episcopus & confessor, primum monachus fuit Prumiæ in Arduenna, deinde abbas sancti Bertini, & Morinenſis, ſiue Taruanenſis eccleſiæ episcopus; vir ſingularis exempli, ac virtutis, qui obiit octauo Idus Martij, anno octingenteſimo ſexageſimo nono. Corpus eius deleta per Carolum quintum Morinorum Taruana, translatum eſt Ypras, vbi in honeſta theca aſſeruatur, à Cathedrali eccleſia. A Nortmannis ſede pulſus, Romanam ſedem conſuluit. cui Nicolaus reſpondet, Capitulo, Sciſci-taris, Cauſa ſeptima, quæſtione prima.

I.

S Anctæ Idaberga. vide Itisberga.

Sanctus I E R O N, quem aliqui Hieronem appellare malunt, preſbyter & martyr, ex Scotia venit ad Hollandiam, vbi alacriter fidem prædicauit, & à Danis ac Nortmannis capite plexus, martyrio eſt coronatus, circa annum octingenteſimum quinquageſimum ſextum. Caput eius eſt in Nortwije loco martyrij: corpus paulo poſt per diœceſanum episcopum, & Theodoricum ſecundum Comitem Hollandiæ, cum miraculis tranſfertur Egmōdam, in ſancti Adalberti monaſteriū. Loca ſunt diœceſis Harlemenſis in Hollandia. In hiſtoria annumerantur Friſiæ, tunc enim Hollandiæ nomen nondum innotuerat. Feſtum habet die decimo ſeptimo Auguſti.

Sanctus Ilherus Brugis ad ſanctum Donatianum in capſa quieſcit. quod primum animaduerti in hiſtoria miraculorum ſancti Donatiani. Sed videtur

detur sanctus aduectitius. A Brugenſibus enim plura petens, hoc tantum accepi, reliquias ipſius cum reliquijs diui Baſilij magni, in vna capſa contineri, in cuius ſuperiori parte exſculpti ſunt duo epiſcopi, cum ſubſcriptis nominibus, Sanctus Baſilius, Sanctus Ilherus. Natalem diem ignorant.

Sanctus IONATVS confefſor, diſcipulus ſancti Amandi, primus fuit abbas Marcianis, ſive Marcenſis, ac ibidem eleuatus quieſcit. Fuit omni virtutum decore adornatus: exemplis & orationibus multos ad Chriſtum adduxit. Poſt eum fuit is locus annis ferè trecentis triginta tribus virginum monaſterium, quibus prima præfuit ſanctiſſima Rictrudis. Locus eſt pietate & amœnitate celebris, haud procul à Duaco in Flandria, diœceſis Atrebatenſis. Natalis incidit in Calèdas Auguſti. Eleuatio in ſextum Iduum Aprilis.

Iofcio venerabilis monachus, in cœnobio ſancti Bertini floruit, Virgini Dei genitrici deuotiſſimus, & miræ ſanctitatis, ſicut indicia poſt mortem probauerunt. Nam circa corpus mortui maximus ſplendor fuit, & ſuper faciem viſus eſt habere quinque flores roſarum. Sepeliuit eum Andreas epiſcopus Atrebatenſis, anno 1163.

Sancta ITISBERGA, vel Idaberga, filia Pipini regis, & ſoror Caroli magni, in Picardia, ſeu potius, vt nunc loquimur, in Artoſia, iuxta Aream, magnis virtutibus claruit. Reliquiæ eius anno milleſimo ducentefimo vigefimo primo, die vigefimo Iunij, translatae ſunt Bergas ſancti Vuinoci, quæ ibidè anno quinquageſimo octauo perierunt per poſtrema Francorum bella. Natalis

F 5 est die

INDICVLVS

est die vigesimo primo Maij, festum duplex magnum in Ariensi ecclesia.

Sanctus Iulianus, à Nodgero episcopo Leodiensi numeratur inter Sanctos, qui in Vuinterhouio cum beato Landoaldo archipresbytero quieuerunt. Scribitque eum, & simul Landradam virginem, ac Adrianum martyrem, iussu diuinæ visionis eleuatos esse per Sarabertum presbyterum, ex luto, & cisternis, quibus ob Nortmannicam vastationem fuerant inclusi. Reperta sunt etiam in cisternis nomina eorum exprompta in breuiculis. In hac autem translatione, quæ facta est tertio Nonas Martij, Sigeburgis hydropica matrona sospitatem recepit.

Sanctus LAMBERTVS, episcopus Traiecti ad Mosam & martyr, vsus est præceptore in *Vuinterhouen* sancto archipresbytero Landoaldo: magistroque suo sancto martyri Theodardo in episcopatum successit: Clodoueus rex eius prudentia & auctoritate familiariter utebatur, patrem eum appellans, & Apostolicum virum, in eo priuilegio quod promulgauit pro immunitate ecclesiæ sanctæ Mariæ Traiecti: sed postmodum Ebroinus tyrannus, qui Maior domus sub Theodorico rege sæpius Franciam turbauerat, Lambertum iustitiæ & publicæ libertatis defensorem, episcopatu expulit, & Faramundum quædam intrusit: per quem Tungrensis ecclesia experiendo didicit, furem non venire, nisi vt furetur, mactet, & perdat. Lambertus autem videns se obstinatæ tyrannidi & oppressioni ecclesiæ non posse resistere, infructuosum laborem prudenter declinauit, &

Ioan. 10

cib. 10

uit, & per septem annos Angelicam vitam duxit in Stabuleto monasterio, vsque ad miseram Ebroini interfectionem. Nominatur Apostolus Taxandriæ, eo quod multa prædicatione, & patientia, ad fidem conuerterit eius regionis populum, idololatriæ cultu fordescentem, qui nullis ciuitatibus, sed pluribus & sparsis vicis continebatur. Hodie Pelandos peculiariter Taxandros nominamus. Sed historiæ scriptor generatim Kempienses videtur intelligere; indicat enim eos Tungros ferè attingere. Et propter hanc conuersionem, Taxandri Leodiensi ecclesiæ subditi fuerunt, sicut cernere licuit vsque ad nuperam episcopatum multiplicationem. Pipinum principem, primi Pipini nepotem, de publico cum Alpaide adulterio, quibus potuit modis, reuocare laborauit. Qui visus est quidem reiecta pellice, velle redintegrato coniugio obtinere remedium poenitentiae, sed per eandem penitus subuertitur. Cui etiam postulanti, ea de causa astitit frater eius impius Dodo, qui in villa Legia orantem sanctum Lambertum, & per modum crucis expansum, ante altare sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani, per satellites suos lancea perforauit, & cum eo simul interemit Petrum & Andoletium, Lambertum cõsanguineos. Sic beatissimus martyr, omni virtutum gratia adornatus, cum Ioanne Baptista, ob impugnatum adulterium, meruit palmam martirij, anno Domini sexcentesimo nonagesimo octauo, episcopatus quadragesimo. Sacrilegus verò Dodo æternæ dånationis incucurrit interitum, tum etiam posteritati suæ tanti facinoris iugè poenam, & inde

INDICVLVS

& indeficiens opprobrium vsque hodie reliquit. Sepultus est beatissimus martyr apud Traiectum, in ecclesia sancti Petri, vnde post duodecim annos translatus est, cum sede cathedrali, à beato Huberto, ad villam Legiam, tunc quidem ignobilem Lotharingiæ vicum, sed martyrio & miraculis Lamberti nobilitatum. Eius etiam patrocinantibus meritis postmodum commutatur in celeberrimam urbem, quæ modò Leodium dicitur, & caput est totius ditionis Leodiensis, principem habens suum episcopum, cuius iurisdictioni ciuili subesse arbitror oppida viginti duo. Festum Lamberti per totam dioccesim celeberrimum est, die decimo septimo Septembris. Translatio celebratur quarto Calendas Maij. Triumphus verò sancti Lamberti in Steps, tertio Idus Octobris.

Sancti LAMBERTVS & BERLERIVS, presbyteri & confessores, discipuli sancti Gislens, simul quiescunt in loculo portatili, in parochiali ecclesia oppidi sancti Gislens, in Hannonia. vbi officium habent de communi confessorum, feria secunda post diem dedicationis, quæ incidit in Dominicam Cantate.

Sanctus LANDELINVS abbas, Cameraci ortus est ex nobilissimo Francorum genere, temporibus Dagoberti regis, & à beato Autberto episcopo Cameracensi, qui eum de sacro fonte susceperat, literis est imbutus, & pijs moribus. Seductus tamen à quibusdam cognatis, aufugit, factusque est nefarius prædo, & ne nomine proderetur, vocauit se Maurosum. Sed tandem diuina potentia, ad preces sancti Pontificis, errabundum eius
filium

filium reddidit sanctæ matri Ecclesiæ . Qui diu-
turna excoctus pœnitentia , ab eodem pontifice
confus est, & militiæ cœlestis chlamydem accepit.
Cumque sanctitate excreuisset, etiam presbyterij
honore sublimatus est. Post trinam autem profe-
sionem ad limina Apostolorum, quatuor con-
struxit monasteria, Lobium, Alnam, Vuassariam,
& quartum ad fluuium Hon, vbi fontem crispian-
tium vndarum precibus impetrauit: ideoque lo-
cum Crispinium appellauit, eundemque vomere
diuinæ prædicationis excoluit, habita auctoritate
à Martino Romano Pontifice . Natalis est Iunij
decimo quinto . quo die historiam habet Surius,
tomo 3. Permisit autem aliquando iustus & pa-
tiens redditor, Crispinium monasterium milita-
rium virorum beneficio infiscari.

Sanctus LANDOALDVS archipresbyter, apud
Martinum, primum eo nomine pontificem, pro-
pter eruditionem suam, & vitæ integritatem, ma-
gno in honore fuit ab eo tandem Romanæ eccle-
siæ archipresbyter etiam ordinatus. Cumque A-
mandus episcopus, secundo Romam veniens,
Martino pontifici declararet, se non sufficere ad
regendum Traiectensem ecclesiam, & ad conuer-
tendum copiosam infidelium messem, adiunxit
illi Landoaldum, quem maximè diligebat. Itaque
cum Amando proficiscitur, assumptis alijs decem,
inter quos Amantius diaconus, Vinciana virgo,
soror eius, & Aldetrudis virgo. Dum autem Aman-
dus operam dat gentilibus conuertendis, Lan-
doaldus totos nouem annos, summa cum laude,
vices eius gerit in administratione episcopatus
Tungren-

Tungrēsis. Talisq; ac tātus fuit, vt vni illi, tāquam optimo præceptori, nobilis atq; admirabilis puer Lābertus, cui Deus geminā episcopatus & martyrij palmā parabat, instituendus traderetur. Quā ob causam etiam pater Lāberti pagū **W**interthouen Lādoaldo perpetua hereditate possidendum dono dedit; vbi cum discipulo suo habitauit, & in honorē principis Apostolorum ecclesiā extruxit. Multis, in viuis existēs, miraculis clarus fuit. Inter quæ illud est memorabile, quod puer Lambertus suo, & præceptoris merito, viuas prunas illæso sinu portauit. Rursus & alterum, quod ad vtriusq; preces, in ecclesiæ constructione fons limpidissimus scaturierit, qui vsq; hodie fidē dictis præbet. Mortuus in **W**interthouē Christianorū more sepelitur; Quo eodē in loco, & socij peregrinationis eius, omnes iuxta illū sepulti sunt; Solus Amātius diaconus eius, & sacro è fonte filius, vno eodemq; sepulcro cū eo collocatur. Corpora è terra eleuauit, Calēdis Decēbris Florbertus secūdus à beato Lāberto Leodiensiu antistes, excitatus & multitudine miraculorū, quæ ibi fiebāt, & diuina commonitione. Hæc postea ob Nortmānicam deuastationem sub terra recōdita, miraculis emergētib; iterū mūdis oculis inclusa sunt, consentiente Heraclio, proximo prædecessore Notgeri episcopi, qui Lādoaldi vitā, & translationem, descripsit. Postmodū Gandense S. Bauonis monasterium, ex **W**interthouen sui iuris pago, anno nongētesimo octuagesimo, sanctorū pignora Gandauū trāstulit, sub Vuomaro abbate. Quæ Lādolphus episcopus Tornacensis, de miraculis certior factus, è vilioribus &

*Notgerus
19 Martij,
80.2 Surij.*

bus & antiquis vasculis transtulit in noua scrinia, auro argentoq; fulgétia, anno nongétesimo octuagesimo secundo, Idibus Iulij. Natalis celebratur decimo quarto Caléd. Apr. Eleuatio, Ibibus Iulij.

Sácta LANDRADA, virgo nobilissima, ab inuente ætate Christianã pietatẽ egregiẽ coluit: Ecclesiam in honorẽ virginis Mariæ Belisiam erexit, quam per eximiũ Lambertũ episcopũ consecrari, Deoq; dedicari impetrauit. Vbi dum sanctarum virginũ præfecta est collegio, (quod hodie est Canonicarũ, dictũ **Monster Bilsen**/extra Belisiam, oppidũ Leodiẽse,) etiã virginẽ sanctã Amelbergã doctrina, pietate, & Christianorũ morũ præceptis imbuit. Reddidit autẽ cœlesti sponso purã animã, octauo Idus Iulij. Cuius sacrũ corpus, Lãberti opera in **Winterhouẽ**/cœnobij S. Bauonis possessione, sepelitur; eleuatum post annos aliquot, Nonis Martij: ac deinde anno nongentesimo octuagesimo cũ Lãdoaldi, Adriani martyr, & sociorũ, sacris reliquijs, ad D. Bauonis ecclesiã est tráflatum.

Sanctus LANDRICVS, filius sanctorum Vincèrij & Vualdetrudis, scribitur primũ rexisse episcopatum Metensem, deinde eo relicto, post patris obitũ, monasterium Sonegias, quod nũc est Canoniorum collegium, in Sonegia Hannoniæ oppido, vbi cũ patre quiescit, eleuatus in summũ altare. Natalis est decimo quinto Calendas Maij.

Sanctus LEVINVS, presbyter & confessor, ex Anglia, de terra sua & cognatione exiens, petijt castrum, **Wiltensburch** antiquitus dictum, modò Traiectum. Inde à sancto Gregorio episcopo destinatur secus Iselam fluuium, ad Saxonum conuer-

conuer-

conuersionem, vbi beatus doctor, & insignis animarum zelator, post multam tolerantiam, multorumq; conuersionem, plenus bonis operibus spiritum Domino reddidit. Cuius corpus in vna honorificè reconditur, in ecclesia portus Dauentriensis. Cui loco hoc vocabulū inditum constat à Dauone, honorifico & potēti viro, qui S. Leuino fuit familiarissimus. Quiescit hic Transiselanorū Apostolus Dauentriæ, in Cathedrali ecclesia, patronus dictæ diœcesis. Pro reuerētia autem ipsius, Bernulfus episcopus Traiectensis, medietatem Collegij sancti Saluatoris Traiectensis, transplantauit in Dauentriam. Dies depositionis celebratur, etiam à Traiectinis, duodecimo Nouembris/translationis, vigesimo quinto Iunij.

Ledua, siue Lijdwigis, virgo, vulgariter *Lijdwig* dicta, obiit Schiedami, quod est Hollandiæ oppidum, decimo octauo Calendas Maij, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, ætatis quinquagesimo tertio, ægritudinum trigesimo octauo. Cuius historiam conscripsit venerabilis Thomas de Kempis.

Sanctus LEODEGARIVS, episcopus Augustodunensis, & martyr pretiosus, persecutorem habuit Ebroinum, maiorem in aula regia. Is enim magnę impietatis homo, propter suā tyrānidem, tonso capite, reclusus est in Luxouio, Burgundiæ monasterio. Sed coorta seditione, priorem gradū inuasit, & estimās se memorati pontificis factione ab antiqua potestate deiectum, crudelissimis tormentis eum affecit. Post famem enim, & carceris squalorē: post oculorum euulsionē, post plātarum

conci

concisionem, post linguæ & labiorum excisionem, tandem decollari eum fecit in loco Atrebatensis territorij, qui dicitur sylua sancti Leodegarij. Sepultusque est in villa *Sercin*, anno sexcentesimo octuagesimo quinto. Cumque innocentiam, & merita sancti Leodegarij, multa miracula declararent, pia fuit trium episcoporum de sacri martyris corpore contentio. Ansoaldus Pictaueus illud vindicare voluit, monasterij, & consanguinitatis priuilegio: Hermencharius Augustodunensis, prætulit iura episcopatus: sanctus Vindicianus, contestabatur sanctum martyrem, Deo volente, locum martyrij & sepulcri in sua diœcesi accepisse. Sed facta in communi oratione, Pictaueus episcopo sanctum corpus deberi ex indicijs declaratum est. Vnde ad sancti Maxentij monasterium est euectum. Postmodum tamen inde portionem aliquam corporis accepit Bronium, Namurcense sancti Gerardi monasterium, die vndecimo Aprilis. Natalis est mense Octobri, die tertio. In quem diem coincidit etiam fratris eius sancti Gerini natalis, qui per eundem Ebroinum grauiter afflictus est: & non multo post lapidibus obrutus. Quinam martyrij historiam conscripserint, ad Vsuardum est annotatum.

Sanctus Leopardus martyr, cubicularius Iuliani imperatoris, à quo etiam post varia tormenta Romæ capite plexus est, translatus quiescit Aquifragani, quod oppidum est imperiale, diœcesis Leodiensis. Festû eius incidit in trigesimum Septembris. Extra muros, in Porceto, sepultus est sanctus Gregorius abbas: cuius natalis est die quarto Nouembris.

G

uembris.

uembriſ. Sed monaſterium eſt diœceſis Coloniēſis, ſicut & Indenſe, ſancti Cornelij.

Sancta Lewinna, uirgo & martyr, martyrio uitam finiuit tēpore Theodori, archiepiſcopi Cātuarienſis. Eius corpus Bergas, ad ſancti Vuinoci cœnobiū, attulit anno milleſimo quinquageſimo octauo, Balgerus monachus Bergenſis, ex monaſterio diui Andree in Anglia, iuxta portū Zeuordiēſem. Quo eodem tempore monachi Bergēſes, corpus ſanctę Lewinnę, per vicos & caſtella Flādrię maritimę circūtulerunt. In quo itinere per multa miracula Deus in honorem uirginis edidit, quę per eos dies Drogo epiſcopus Morinorum conſcripſit. Natalis incidit in diē Magdalenę, ſed tranſponitur in uigēſimū quartum Iulij. Reliquię eius ſacrę noſtrā memoriā perditę ſunt, in irruptione & waſtatione Flādrię per Francos.

Sāctus LIBERTVS martyr, natus Adone Comite Mechlinię, & à beato Rumoldo baptizatus, & à morte poſt ſubmerſionem ſuſcitatus, in propinquo loco, cui ab vltimorum copia Vlmo nomen erat, monaſticę uitę cœtum contraxit. Sed Dani, & Nortmanni, ea tempeſtate waſtabāt Gallias, & in eis Lotharingiam, ſiue Lotharienſe regnū, cuius portio erat noſtra Brabantia. Imo Regino Prumiēſis, eiufdem fere temporis chronographus, ſcribit anno octingenteſimo octuageſimo quarto, Nortmannos in regno Lotharij caſtra & ſedes ſtauiſſe in loco qui dicitur Louen / regnumque continuis incurſionibus fatigaffe: indeq; Pariſios reſceſſiſſe anno octuageſimo ſeptimo. Euerſa eſt tunc Mechlinia, quatuor tantum milliaribus diſtans

stans à **Louen**/sive Louanio, & Libertus profugus in Hasbaniam, ab iisdem ob Christum occisus est, ante altare diui Trudonis, flexis genibus Dominum deprecans. Corpus terræ infossum fuit in vna lapidea, quæ etiam hodie conspicitur. Sed anno millesimo cêtesimo trigesimo tertio corpus eius, & alterius cum eo trucidati, in loculum translatum est, & in altari sancti Trudonis asseruatur. Festum eius est die decimo quarto Iulij.

Sanctus **LIEPHARDVS**, aut Liffardus, episcopus Angliæ, & martyr, expleto peregrinationis suæ voto, è Roma ad patriam reuertens, à satellitibus iniquitatis, insurgentibus in nemore, trucidatus est. Quiescit in pago *Honnecourt*, sive Hunonis curia, quarto milliari à Cameraco, deflectendo à via Peronenfi. Habet in vsu Cameracensi tres Lektionen, die tertio Februarij.

Sanctus **LIVINVS** archiepiscopus & martyr, adhuc puer, in Scotia, non modo eximia pietate, verum etiâ miraculis clarus fuit. Adultæ auté ætatis, vsus est præceptoribus Benigno sacerdote, & susceptore suo è sacro fõte, magno illo Augustino, Anglorû primo episcopo; à quo etiam sacerdotio decoratus, haud multo post in archiepiscopû Scotorum eligitur. Quod munus, cum aliquot annis magno fructu administrasset, reliquit Syluano archidiacono. Ipseq; euangelij plantandi causâ inter infideles, cum tribus discipulis, Foillano, Helia, & Kiliano, venit ad Gádense cœnobiû, anno sexcêtesimo trigesimo tertio, decimo septimo Calendas Augusti. Vbi à sancto Florberto abbate fratribusq; humaniter exceptus, cum beatû Bauonê triennio

triennio defunctū, magnis coruscantem miraculis inueniret, triginta continuos dies super eius sepulcrum Missarū solennia celebravit. Inde prædicationis causa profectus per Flandriæ & Brabatię loca, innumeros ad fidem Christi, verbo, exemplo, & miraculis, conuertebat. Sed homines impij miris modis eum persequebantur, nec omnino desistebant, donec linguam eius extractam canibus deuorandam proijcerēt (quæ tamen illi mox miraculo fuit restituta) ac tandem apud Escham multis vulneribus sauciatum, etiam obtruncarēt, anno ante memorato, pridie Idus Nouembris; Quo eodem loco nobilem & religiosam matronam Craphaildem Liuini hospitam, eiusque filiolum Brixium, quem Liuinus de sacro fonte susceperat, immaniter trucidarunt. Sepulti sunt à discipulis decenter in Hautem vicino pago, territorij Alostensis, Liuinus cum Brixij corpusculo, vno eodemque in loculo, ac iuxta eos seorsim sancta martyr Craphaildis. Theodoricus autem Cameracensis episcopus, propter celeberrima miracula, locum visitauit, anno octingentesimo quadagesimo secundo, cumque maiora, quàm audierat, re ipsa experiretur, quarto Calendas Iulias corpora sanctorum Liuini & Brixij, omni cum reuerentia & gaudio, è terra sustulit, & loco celebriori decenter collocauit. Postmodū Eremboldus abbas, qui peregrinum Macarium suscipere meruit, metuens sanctorū corporibus in loco minus tuto, ex Hautē Gandauum ad suum monasterium transportauit pignora illa, omni ex parte integra, anno millesimo septimo. Quando communem lætitiā Deus etiam

etiam præsentibus miraculis magnopere promotebat. Festa Liuini celebrantur, vndecimo Nouembris, vigesimo septimo Iunij. Brixius autem & Craphaildis habentur ad sanctum Bauonem in tumbis portatilibus, sed non fit nataliseorum commemoratio.

Lutgardis virgo sanctissima præfuit abbatissa in Brabantia monasterio, quod Aquiria dicitur, Gallicè *Evuijers*, ordinis Cistertiensis, non longè à Viridis vallis monasterio. Vbi quantum clauerit virtutum splendore, prophetiæ spiritu & miraculorum donis, cognosci potest ex tribus libris, qui de eius vita extat, authore Thoma Cantipatro, Dominicano Louaniensi, qui virgini familiarissimus fuit. Obijt ipsa anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Non est tamen, iuxta meritorum suorum, vt creditur, exigetiam, Sanctorum catalogo à Romana sede inscripta.

Sanctus LV DGERVS Frisius, etsi monasteriensis obierit episcopus, & in Vuerda imperiali sepultus sit, sanctis tamen Belgij nostri etiam annuerandus est, eo quod Ultraiecti in sancti Saluatoris monasterio, sub sancto Gregorio, successore sancti martyris Bonifacij, multum in literarum scientia, & morum probitate, profecerit: quodq; primùm Dauentriam adierit, prædicationis causa, & fidei corroborandæ gratia; deinde Frisiam; vbi per septem ferè annis in doctrinæ studio permansit, delubra destruens, & idola auferens. Dies depositionis est vigesimo sexto Martij, eleuationis, vigesimo quarto Aprilis. Historia, quam Vuerdenses cœnobitè cōscripserunt, extat apud Suriū.

10.3 Suriij.
16. Iunij.

M.

SANCTUS MACARIUS, patriarcha Antiochenus, & Armeniae decus, non sine diuino instinctu, in Eleutherium episcopalem resignans functionem, sanctam instituit peregrinationem, & ad nostras usque patrias deuenit. Mechliniae fidei flamma flammam urbem vastantes extinxit. Malbodij, Cameraci, Tornaci, diuinis miraculis est cohonestatus. Gadaui in sancti Bauonis monasterio, per aliquot menses manens, ob sanctissimam vitam omnibus circumcirca innotuit, dumque statuit Armeniam repetere, a Christo ad caelestem patriam euocatur. Dum enim grauis in populum Gandensem pestilentia sauebat, sua morte eam omnium velut morte, Deo iam placato, restinxit, anno millesimo duodecimo, die decimo Aprilis. Sepultus est in eiusdem monasterij crypta ante altare sancti Pauli Apostoli. Sed anno millesimo sexagesimo septimo eleuatus est a duobus episcopis, Balduino Nouiomensi & Lietberto Cameracensi, septimo Idus Maij. Celebratur autem Gandauic celebrius dies eleuationis, quam depositionis, tum quod depositio incidat fere in tempus quadragesimae aut Paschae: tum quod eleuatio magna claruerit gloria, solennitate & miraculis. Intererant eleuationi Philippus Francorum rex, Balduinus pius Comes Flandriae: itidem Balduinus Hannoniae Comes, alijque proceres plurimi, ecclesiastici & saecularis ordinis. Vulgo Macharius pronunciat.

Sanctus Maclouius, vel Machutus, episcopus fuit Aethesis in minori Britania. Quam dioecesim posteritas ab eo nominauit Maclouiesem. Reliquias corporis

corporis habet Gemblacum in Brabantia, quod & Sigebertus Gemblacensis attestatur: qui ea de causa vitam eius conscripsit, siue in alium redegit styllum. Festum est die decimo quinto Nouébris.

Sancta MADELBERTA, vel Magdelberta, Malbodio Hannoniæ monasterio tertia præfuit, annis nouem. Prima enim fuit amita eius, sancta Aldegundis, loci fundatrix. Secunda, soror eius Aldetrudis. Ipsa vero, tertia. Habet nouem lectiones, septimo Septembris, Malbodij, vbi præfuit: & Leodij, vbi translata quiescit.

Sancti Marcelli papæ & martyris corpus, seu potius notabiles corporis reliquiæ, habetur in Altomonte Hannoniæ peruetusto iuxta Malbodium monasterio. Tempore vastationis Hungaricæ reconditum fuit in terris, eo loci vbi nunc iacet vetustissimum saxū cum inscriptione VR SIO ABBS. Sub dicto autem Vrsione primo abbate post Hungarorum vastationem, tempore bellorum inter Héricum imperatorem & Balduinum Comitem, est manifestatum & inuentum, circa annum millesimum quinquagesimum quartum, quinto Idus Septembris. Quo die narratio manifestationis in ecclesia eadem legitur, ab Vrsione & Altimontensibus tunc temporis descripta.

Sácti Marcellinus & Petrus martyres sunt Romani. quorū reliquias, Einardus abbas Gandensis, Carolomagno & Ludouico imperatoribus multū familiaris, ad suum sancti Bauonis monasterium Gādauum transtulit, anno octingentesimo vigesimo octauo. Idemq; abbas miracula, quæ per altatas reliquias contigerunt, libris aliquot, quatuor

G 4 quantum

quantum recordor, descripsit: qui Gandavi & Hasnonij manuscripti extant. Inde translata sunt Hasnonium, siue Hannonium, secundam Hannoniæ abbatiam, sed iconomachi feretrum exusserunt, & simul fere omnia Sanctorum ossa.

Sanctus MARCHELMVS, qui etiam Marcellinus dicitur, presbyter & confessor, fuit inter duodecim primos Frisiæ & Hollandiæ prædicatores, ac inter eos vltimus supervixit. Vnde in vita Suuitberti, testatur de seipso, quod sexaginta quinque annos pro modulo suo indefinenter prædicationibus & conuersionibus gentium insudarit, in partibus Transiselanis, Trenta, Twenta, Oudenseel, & Dauentria, vbi Dei prouidentia totum ferè populum Christo lucratus est. Sanctus item Ludgerus in initio epistolæ quam de sancti Suuitberti canonizatione scripsit, Marcellinum nominat excellentem gentilium prædicatorem, sacerdotem magnarum virtutum, & prophetici spiritus plenum: asseritque eum vltra septuaginta annos Christi Euangelium feruenter Frisonibus prædicasse, & magnam Frisię partem conuertisse. Subdit præterea eo ob decrepitam ætatem ex Frisia ad Traiectensem conuentum reuocato per sanctum Gregorium, multos in Aldenseel & confinibus locis neglectis fidei sacramentis ad erratica idolorum phana se contulisse: ad quos corrigendos ab incolis Christianis requisitus, iterum directus est à sancto Gregorio: eosque sua fructifera, prædicatione ad viam veritatis denuo reuocauit, cum Gerardo, Ouone, Adalgero, alijsque. Cum autem curram ascenderet tendens in Aldenzeel,

ante

ante portas monasterij Traiectensis duos sanauit
squalida lepra infectos, qui ligneo crepitaculo
elemosynas petebat. Quiescit Dauentriæ in ca-
thedrali ecclesia, natalem habens die 14. Iulij.

Maria de Vuilenbroec, siue Ogniacensis, cele-
berrima est Ogniaci in diœcesi Namurcensi, non
tamen (quod mirari licet) canonizata. Vitam enim
eius multa sanctitate & miraculis gloriosam, scri-
psit eius familiaris Iacobus Vitriacus, sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ Cardinalis. Obijt anno millesimo *tomos 3*
ducentesimo decimo tertio, vigesimo tertio Iunij. *Surij.*

Sancti Marij martyris corpus, cū reliquijs For-
tunati, & aliorum Sanctorū, è Roma Gemblacum
attulit Arnulphus, nonus abbas Géblacensis; quē
Innocētius secūdus Romę suis manibus abbatem
cōsecrauit. Hinc festū eius Géblaci duodecim le-
ctiones habet, decimo quarto Kalēdas Februarij.
Quā celebris autem fuerit martyr, indicāt Horæ
Romanæ dicto die & Gesta Valentini, ac colle-
garū, apud Surium: die decima quarta Februarij.

Sanctus MARTINVS Tungrensis ecclesiæ
episcopus, & Hasbanorum Apostolus, scribitur
Tungris obiisse, anno salutis ducentesimo septua-
gesimo sexto, administrationis vndecimo. San-
ctissimus vero Seruatius, qui cathedram Traie-
ctum transposuit, antistitem hunc miraculis co-
ruscum, in argentea theca ibidem conclusisse asse-
ritur. Festum eius celebratur vndecimo Calendas
Iulias, Traiecti & Tungris.

Meritò autem nominatur Hasbanorū Apосто-
lus, quia vt festi eius Lectiones habent, Christū in
plerisq; Hasbania villulis prædicando, populum

INDICVLVS

ab alta cæcitate liberauit. In Horion tamen, & prædicationem eius qua indigni erant reuerunt, & hospicio excipi prohibuerunt, & contumelijs affectum expulerunt.

Sanctus MATERNVS episcopus, & discipulus sancti Petri Apostoli à tribus diocæsesibus honoratur vt earum episcopus, à Coloniési, Treuirensi, & Leodiensi, siue Tungrensi, eaquæ etiam de causa pingitur cum ecclesia, quæ habet tres turre. Arbitror autem eum non præfuisse tribus episcopatibus distinctis, sed fidelibus multiplicatis, postmodum exortum esse in dictis locis, quibus Maternus antea fidem prædicauerat, trium episcopatum distinctionem. Quiescit Treuiris, & natalem habet die Septembris decima quarta, sed quædam ecclesiæ transferunt eum propter concurrentem solennitatem exaltatæ Crucis. Optatus Mileuitanus episcopus sub finem libri primi contra Donatistas, dicit ad urbem Romam ventum esse à tribus Gallicanis episcopis, vt iudices essent in causa Donati & Cæciliani: inter quos primo loco recenset Maternum ex Agrippina ciuitate. Nominat eundem Constantinus libro decimo historiæ ecclesiasticæ Eusebij. Verum ex temporum distantia colligitur hunc Maternum diuersum esse ab illo, quem tres diocæses constanter celebrant, vt sibi à beato Petro Apostolo missum.

Sanctus MAVRONTVS confessor, clarus fuit in aula regis Theodorici primi. Sed hortatu matris suæ sæculum contemnens, & simul sponsam quam vxorem accipere decreuerat, cōstruxit eccle-

ecclesiam in prædio suo ad Legiam, quod tunc Broylus dicebatur, nunc autem* *Maurivilla*, quasi Mauronti villa vocatur. Vbi abbatis curam supra cæteros fratres gessit vigilantissimam. Quam administratione per duodecim annos egregie complens, in Marcianensi Monasterio migravit ad Dominum, anno septingentesimo primo. In eiusdem monasterij crypta sepultus. Vbi iuxta sepulchrum puteus extitit, dictus sancti Mauronti, eo quod eius meritis multorum medicus fuerit. Trāslatus est postmodū Duacum ad Ecclesiam sancti Amati episcopi, quem exulem in Broylō fouerat. Natalis eius celebratur quarto Nonas Maij.

*Meiero Mē-
noriacum,
hoc est, mai-
ner villa.*

Sancti Mauri corpus quiescit in abbacia Florinensi, patriæ & diocesis Namurcensis. vbi tanta pietate colitur, quod oblationes singulis annis facile ascendant, ad quadringentos aut quingentos Florenos Rheneses. A Roma cū beato Timotheo Remos venit tempore Neronis, & ibidem verbum Dei disseminauerunt. Multos quoque Maurus baptizauit, cum quibus à Lampadio præside decollatus est vndecimo Calendas Septembris. Inter quos erat etiam Apollinaris, qui vnus ex cædentibus Timotheum, duos vidit Angelos plagas illius extergētes. vnde territus & compūctus mox credidit, & à Mauro presbytero in ipsa nocte sacro fonte est purificatus. Sed huius & Timothei passio incidit in sequentem diem. Exceptio autem sancti Mauri à Florinensibus recollitur tertio Nouembris.

Sancta MAXELLENDIS virgo, & Christi sponsa, semper deuitare consuevit conuiuia & delicia.

deliciarum prandia. Quod cum obseruatum esset ab Harduino quodā, quem maritum habere omnibus modis recusauerat, parentibus ad conuiuū digressis, collecta equitum multitudine, virginis domum inuasit, & nolentem cōsentire euaginato gladio interfecit, anno sexcentesimo septuagesimo. Passus est autem eo loci vbi postmodum constructa est basilica in honorē omnium Sanctorum, potissimū Vedasti & sanctę virginis. Sepulta verò in villa Pomeriolas. vnde trienio expleto, beatus Vindicianus episcopus sacrum corpus ad locum interfectionis transtulit. vbi Dominus eam signis & miraculis clarificare disposuerat. Natalē huius martyris seruat Cameracensis ecclesia Idibus Nouēbris. Reliquię partim seruantur Cameraci apud nostrā Dominā, partim in Castello Cameracensio.

Sanctus Maximus episcopus Regiensis, & antea abbas Lirinēsis insulę, multa sanctitate iuxta nomen suum claruit: quod testatur grauisima ea homilia de Maximo, quę Eusebij Emisseni titulo est excusa. Fertur Vimę obiisse, in territorio Taruanensi, cuius ecclesię Breuiarium de eo quatuor habet festa duplicia, Depositionis, quinto Calendas Decembris. octauę & relationis ex Bolonia secundo Nonas Decembris. Inuentionis, Idibus Septembris, quę fuit anno nongentesimo quinquagesimo quarto. & ostensionis, sexto Nonas Octobris, quę contigit anno millesimo cētesimo sexagesimo quinto per Milonē episcopū, pręsentibus alijs duobus Balduino Nouiomensi, & Roberto Ambianēsi. Propter vrbs excidiū capsa reliquiarum eius est Ypris Flandrorum. Antonium
etiam

etiam castrum haud procul à Tornaco congratulatur sibi de portione reliquiarum ipsius.

Sanctus MEDARDVS vir permagnæ sanctitatis & à pueritia miraculis clarus, Viromandensem præsulatum multimodis precibus fatigatus regendum suscepit. Erat tunc episcopalis ciuitas à Vandalis & Hunnis destructa: ideoque veritus iterandam barbarorum irruptionem sedem transtulit Nouiomum, eo quod castrum, seu munitio, haberetur. Cumque ecclesiam Nouiomensis felicissimè gubernaret, moritur sanctus Eleutherius episcopus Tornacensis ecclesie anno quingentesimo vigesimo nono. Post cuius exequias, peracto triduo ieiunio, & solennibus hostiarum victimis Deo deuotè oblati, ab omnibus sanctus Medardus pontifex Tornacensis eligitur, ac tandem consentit, victus auctoritate Metropolitanæ & comprouincialium, assensu etiam regis & procerum, ac denique plebis incessabili acclamatione. Quare pontificali & regali auctoritate duas illas ecclesias vnã fecit, & Flandrensi gentem ferocem per quindecim annorum spatium ad diuinum cultum informare indefinenter elaborauit: eosque non sine multo labore incredulos & infideles ad fidem educauit catholicam. Obdormiuit anno quingentesimo quinquagesimo sexto, eiusque corpus Clotarius rex lugentibus filijs eripuit, & suis humeris sustulit Suefsionis sepeliendum. vbi etiam super ipsum Basilicam cœnobialem decenter ædificauit. Natalis octauo Iunij, quo die historiam eius habet tomus tertius Suri.

Sanctus

Sāctus MEINGOLDVS martyr & dux, Hugo-
nis Anglorū regis filius, militiē abrenunciāns, sefē
per cōpunctionem mundauit, & mactauit, septen-
nem agens pœnitentiā de criminalibus & homi-
cidijis. Postmodum recessit ad oratoriū sanctorum
Timothei & Symphoriani, vbi Hoyū Mosam in-
fluit, qui locus cū appēdicibus ei datus erat ab Ar-
nolfo imperatore. Ibi sanctissimus vir circa annū
nongentesimū occisus est, cum ad templum iret,
ab Inghelfredi consanguineis, quē Richardus ne-
pos Meingoldi capite truncauerat. Festum agitur
nono Februarij, in Huyo oppido Leodiensi. in
quo, cū Domitiano episcopo, eleuatus requiescit.

Sancta Mildrada virgo sanctissima, in Cantia,
siue Cātuarā, claruit: habuitque tritaum Ethel-
bertum regē, quem Augustinus Anglorū Aposto-
lus conuertit. Reliquiæ eius Dauentriā sunt trans-
latae, sed præcipuā portionē arbitror in Angliam
mansisse. Ex Legenda enim sanctorū Anglię, quę
nunc à manibus longius abest, alias notauit, An in
Thaneto quiescat, an Cātuarā, altercationē esse,
nondum sedatam. Natalis est tertio Idus Iulij.

Sanctus Mommolenus, ponitur inter Sanctos
Nouiomenses episcopos, sub litera N.

Sanctus MONO martyr, discipulus sancti Re-
macli, ex Scotia Arduennam venit, in vicum Naf-
soniam, vbi solus soli Deo multo tempore serui-
uit, & fœliciter occubuit, à sicarijs latronibus con-
fossus: sepultus in ecclesia quam ipse cōstruxerat.
Est autem *Nassoin*, pagus illustris sanguine & re-
liquijs gloriosi martyris, sub ditione abbatis ad
sanctum Hubertū in Andaino: vnde duobus mil-
liaribus

liaribus est semotus, in diœcesi Leodiensi. Festum eius est decimo quinto Calendas Nouembris.

Sanctus MONVLPHVS, episcopus Traiecti ad Mosam, & confessor, erat homo iustus, doctor bonus, orphanorũ & peregrinorũ pater, qui, vt etiam Gregorius attestatur sanctus episcopus Turonensis, magnũ templũ Traiecti in honorẽ Seruatij cõstruxit, cõposuit & ornauit: in quod multo studio & veneratione trãstulit corpus illud magnis virtutibus pollẽs. Clericos Deum timẽtes ibidẽ instituit, quos monuit semper secundũ Canonica instituta in omnibus viuere. Prædiorũ suorũ, inter quæ est castrum Dionátum, beatũ Seruatium scripsit hæredem, in cuius medio ecclesiæ, omnibus dignè peractis, sepultus est, sicut hodie videtur: in qua per triginta nouem annos circiter fuerat episcopus, vsque ad annum Domini sexcentessimum. Dies depositionis, decimo septimo Calendas Augusti. eleuationis, quarto Iduum Augusti.

N.

Sancta Nona sanctæ Berlendi coniungitur. Norbertus Xanthésis fundator Ordinis Præmonstratensis, & archiepiscopus Magdeburgẽsis, nondũ est catalogo Sanctorũ inscriptus, haud propter inopiã meritorũ, quæ amplissima habuit, sed vt opinor, quia id Ordo à Romana sede petere neglexerit. A nobis autẽ hoc loci dicendũ est, quantum ei Antuerpiẽses debeãt. Sic igitur scriptũ est à contemporaneo, vitæ Norberti capite trigesimo quarto. Antuerpiæ oppido amplissimo & populo, vnus erat tantũ sacerdos, qui curã totius populi gerebat, sed præ nimia multitudine, & frequenti negli-

*De gloria
confes. cap.
72.*

*Sexta In
nij to. 3
Suij.*

negligentia, curæ suæ non satisfaciebat: nec credebatur ei, eò quòd ipse copula carnali neptem suam in linea tertia, manifestè sociam sui sceleris fecerat. Vnde contigit hæreticum, miræ subtilitatis & versutiæ seductorem, Tanchelinum, in ea gente suæ seductionis locum inuenire. Erat is omnium hominum sceleratissimus, & Dei & omnium sacramentorum eius inimicus, & totius religionis & Christianæ fidei contrarius, intantum vt obsequium episcoporum & sacerdotum nihil esse diceret: & sacrosancti Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi perceptionem, ad salutem perpetuam prodesse denegaret. Credebant ei, & sequebantur, circiter tria millia pugnatorum: nec erat dux, aut episcopus, aut quilibet princeps, qui auderet ei resistere, vel occurrere, nec ante eum apparere, nisi sectam eius sequeretur. Pretioso apparatu, in vestibus deauratis triplici funiculo, crinibus intortis, & auriphrygijligamine triplicatis, incedebat: & verbis persuasibilibus, magnisque conuiuiorum apparatus, beneuolentiam eorum ad seducendos eos exhauriebat. Et hæc detestanda seductionis execratio, etiam post mortem ipsius hæretici extirpari nullatenus potuit: quamuis duodecim clericorum congregatio ab episcopo ad subsidium sacerdotis, qui solus erat in ecclesia beati Michaëlis, ibidem poneretur. Tum verò clerici charitate suadente, & euidenti necessitate cogente, patri Norberto, & fratribus eius, per manus episcopi, hanc eandem ecclesiam, cū aliquibus redditibus, dederunt, confidentes quod Deus meritis ipsius, & fratrum, mortiferæ

mortiferæ pestis auferret sæuitiam, & tenebris ignorantiae depulsis, lumen veritatis repararet. Suscepta est igitur ecclesia à Norberto: qui pius prædicator, gentem Antuerpicam per se, & suos, ad vitam veritatis & iustitiæ reduxit. Et clerici in eodem oppido aliam sibi ædificauerunt †.

*B. Mariae,
circa an-
num 1124.*

Legatur de eodem Robertus abbas montis, in supplemento ad Sigebertum, anno millesimo centesimo vigesimo quarto. vbi inter alia scribit, Norberto prædicatæ, viros & mulieres Corpus Dominicum, quod in cistis & foraminibus per decem annos & amplius reposuerat, attulisse, & per eius doctrinam paulatim ad fidem resipuisse. Floressiæ reliquit vasculum reliquiarum. Habet autem Belgium nostrum huius Ordinis abbatias circiter triginta.

Nouiomenses episcopi habuerunt etiam curam Tornacensis diœcesis. Mortuo enim sancto Eleuthero, Tornacenses Remigium Rhemensem archiepiscopum rogauerunt vt S. Medardo regimen & administrationem ecclesiæ Tornacensis cum Nouiomeni committere dignetur. Quod & factum est, sed in magnam Tornacensium præiudicium. Cum enim post obitum B. Medardi episcopi eligere vellent, à Nouiomensibus pristinam possessionem vtriusque episcopatus allegantibus, sunt impediti: fueruntque sine proprio episcopo, vsque ad annum millesimum centesimum quadragesimum sextum. quo anno cum magnis difficultatibus, intercedente sanctissimo Bernardo, ab Eugenio tertio proprium recuperauerunt antistitem. Inter hos aliquot sunt sancti ascripti. Primum sanctus Medardus, deinde sanctus Acharius, tertio sanctus Eligius suo loco

H notatus:

notatus: quarto sanctus Mōmolenus, qui cū sancto Bertino venit ad cœnobium in Sithiu. Quorum natales festa dupla sunt in ecclesia Nouiomensi, octauo Iunij, vigesimo octauo Nouembris, primo Decēbris, & decimo sexto Octobris. Itē decimo Septembris est natalis Eunuchij episcopi, cuius corpus transtulit Radulphus episcopus, ad Sancti Lupi monasteriū, quod nunc sancti Eligij dicitur.

Sanctus NVNCIVS confessor, filius cuiusdam regis, qui desiderio æternæ vitæ porcos paut, in Hasteria depositionem accepit. At nunc Vualciodori asseruatur, ob clades à Francis, tam anno millesimo quingētesimo quinquagesimo quarto, quàm etiā ab Hugonistis anno sexagesimo octauo, acceptas. Reportandus autē vbi facultas, Deo volēte, aduenerit. Natalis est sexto Iduum Octobris: festum summū Maius, Hasteriæ; festum medium, duodecim lectionū Vualciodori. Est autē Vualciodorēsis Abbatia apud Dionantum, oppidū Leodiensē, cui subiecta est ecclesia Hasteriēsis, quam construxit Adalbero episcopus Metensis.

O.

S ANCTA ODA, virgo Scota, ex regia progenie Sexorta, cū cæcitate esset correpta, fama signorum & prodigiorū euocata est Leodium, ad reliquias sancti Lāberti martyris: vbi lumen oculorū recepit, & castitatē suā Christo subarravit. Cumq; pater vellet eam sæcularis vitæ vsibus informare, & matrimonium contrahere, ipsa diuino vsa consilio, peregrina in Taxandriam deuenit, suaq; sanctitate Rodensē territorium sublimauit, in quo obiit circa annū septingētesimum decimū tertiu.

Domina

Domina autem quædam nobilis, propter miracula, quæ Deo auctore ad tumulum Odæ fiebant, præsignatum Rodense territorium ecclesiæ sanctæ Odæ hæreditariè obtulit. Eleuata est è tullure per Otbertum episcopum Leodiensem anno millesimo centesimo tertio. Cur cum pica pingatur nusquam in historia reperitur, nihilominus velut indubitatum habetur apud Rodenses, & acceptum à maioribus, picas sua garrula loquacitate cam prodidisse, dum in Vuertensi sylua latens, contemplationi vacaret: ac tum Rodam venisse. Vbi patrona quiescit, in collegiata ecclesia, quam historia scriptor monasterium vocat, Festum habens vigesimo septimo Nouembris. Quod etiam duplex est in cathedrali ecclesia Buscoducensi.

Sancta O D A vidua ex magnis fidei Christianæ cultoribus, Clodoueo videlicet abauo, Childerto patre, Dagoberto fratre, claruit decorata. Sunt qui eius quatuor sanctas proles recēseant, Arnulfum episcopū Metēsem / Ferreolū episcopū & martyre / Modericū confessorē / & Tharsitā virginē. Vidua relicta à cōiuge Boggho, catholico principe; dote contenta, Deo seruire sategit, & pauperibus. Sacerdotes & sacros ecclesiæ ministros in Domino dilexit, præcipuè sacerdotē Pōpeium, virtū vita & moribus comprobatū, intātum vt licet percussio abfuerit, palmā tamē martyrij in sui corporis maceratione, non credatur amisisse. Ex suis bonis ecclesias fundauit, maximè Amaniensē in qua quiescit: & parua ecclesiā in monte, quæ à Pōpeio, eius facellano, nunc nomen habet, cuius reliquiæ contra pestē animalium inuisuntur. Ab eadem

multa habet Leodiensis ecclesia sancti Lamberti, sub quo floruit. Transtulit verò eius reliquias de tellure sanctus Floribertus, filius sancti Huberti, & in episcopatu successor, septimo Idus Iulij. Quiescit Amanij, in collegiata sui nominis ecclesia, prope Huyum, oppidum Leodiense. Natalis decimo Calendas Nouembris.

*Ex Lectio-
nibus Huij
apud Cru-
ciferos.* Sancta Odilia virgo, de numero vndecim milium, dixit in visione Ioanni de Eppa conuerso Parisijs in Conuétu fratrum sanctæ Crucis. Surge frater. Colonie iuxta sancti Gereonis ecclesiam, in viridario Arnulphi inuenies ossa mea, sub piro, in marmoreo sarcophago. quæ in primariû S. Crucis cœnobium, iuxta oppidû Huyense, volo trãferri. Cõuersus à Priore Coloniam missus, cum thesaurum cœlestem inuenisset, Sifredo archiepiscopo nunciauit. qui corpus Odilie eleuauit, & in capsulam ligneam reuerenter reposuit. Deinde prædictus conuersus, capsam, cum literis gestorum, clam à Colonia digrediens, Huyum transtulit, ad ecclesiam fratrum sanctæ Crucis. In ipsa autem translatione, & in loco suæ translationis, crebris miraculis coruscavit. Dies translationis celebratur decima octaua Iulij.

Sancta O D R A D A, quæ virginitatis pudicitiam Domino vouendo consecrauit, quiescit in Alem/pago Brabãtię, in districtu Maesladię, olim Leodiensis, nunc autem Buscoducensis diocesis, sub dominio abbatis sancti Trudonis in Hasbania. Festum celebratur ibidem tertio Nouẽbris, habens officium proprium, primas & secundas vespervas, ac nouem lectiones de vita. Vita ta-
men

men ipsius originalis, cum miraculis, perijt, per
frequentes aggerum irruptiones. Quare poste-
rior quidam eandem, prout potuit, collegit ex
relatu maiorum, & picturis parietum, anno mille-
simo trecentesimo quarto. Otto Comes eius cor-
pus in Alem, vt decuit, ecclesiasticæ sepulturæ
tradidit, & basilicam fabricauit, in qua multis
claruit miraculis, quæ tam charitatis, quàm san-
ctitatis sunt indicia. Sed ea, iusto Dei iudicio, ibi,
vt alijs plerisque locis, iam cessant, refrigerante
multorum fide & charitate.

Sanctus O D V I N V S martyr, ad sacerdotij ho-
norem prouectus, singulariter inuigilabat ieiunio,
orationi, psalmodiæ, & eleëmofynis. Vnde cū iret
in villam Melceles (aut Meldaert, vt putatur) ce-
lebraturus diuina, obuios habuit duos scurras, qui
fraude machinabantur extorquere pecuniã, quam
pupillis, viduis, & indigentibus distribuere eum
agnouerant. Sed alter, qui se mortuum simulabat,
iusto Dei iudicio mortem obiit: à qua tamen pijs-
simus Oduinus eum resuscitauit. Postmodum
exorta est quæstio inter agricultorem quendam,
& filiolum spiritualem sancti Oduini, de meta in-
ter confinia agrorum. pro qua, secundum ius &
æquitatem decidenda, communi consensu nomi-
narunt Oduinum. Oduinus autem sententiã de-
cidit contra suum filiolum. Vnde is ira percitus,
fossorium à manu patrini suscepit, & in verticem
eius violenter direxit; sciditque ei caput medium.
Sanguinis autem effusio fontis venas ibi aperuit, de
cuius lotionem multos fuisse restitutos sanitati, per-
ceptum est. Quiescit hic martyr Hugardiensis,

*Ex Leffio-
nibus Hugardiæ.*

Hugardiæ, in collegiata ecclesia diui Gorgonij, qui locus Brabantia nostræ adiacet, in diœcesi & territorio Leodiensi. Natalem habet in die natali Præcursoris Domini. Ideoque Hugardiensis clerus festum eius, quod Duplex celebrat, transfert in diem sequentem. Reliquiæ corporis sacri quiescunt in capsa, quæ in Processionibus sæpius circumfertur, potissimum tamé vltimo festo Pétecostes.

Sanctus ODVLPHVS, temporibus Ludouici Augusti, Oorschoti in Brabantia nascitur: vbi in parétum prædio nunc extat ecclesia in honorem S. Odulphi. voluitq; post presbyterium, summæ reuerentiæ locum Traiectum adire, sed parentum precibus euictus, ecclesiæ populiq; Oorschotensis, aliquamdiu pastor fuit. Verum nõ multo post cœnobiticæ & communis vitæ clericorum Traiectensium amantissimus, ad eos migravit. Quo loco tunc erat magnæ sanctitatis episcopus Fredericus, qui sanctum honore cõdigno suscepit. Erat ibi omnibus ardens diuini luminis lucerna, pugil in vigilijs, potens in ieiunijs, in oratione sedulus, in sacra lectione studiosus, in eleemosynarum largitione dapfilis, in pauperum cura celebris, in hospitalitate feruens, in distribuendo res ecclesiasticas prudēs, neq; aliud ab omnibus, & ab ipso præfule; habebatur, quã pater cœnobij. Cumq; supradictus sanctus Fredericus feroces Frisones, nec per se, nec per archidiaconos, reuocare posset, aduocauit sibi Odulphum; qui palmam martyrij expectans, lætus eò peruenit, populum prædicatione atque Euangelica eruditione ad viam summæ veritatis conuertit, & iam ad se reuersum, per aliquot an-

norum

Ex histo-
ria tomo
3. Surij.

norum curricula erudiuit. Inde Traiectum reuerfus, plenus annorum, & pietatis, modica febrī obdormiuit. Et post mortem multis miraculis claruit, tam Traiecti, vbi ad sanctum Saluatorem quiescit, quam Staueræ in Frisia. Festū sanctissimi huius Canonici, celebre est per totam diocesim Traiectensem pridie Idus Iunij. De eo extat etiam in vita Frederici, tomo 4. Historiarum Suriij.

Sanctus O E L B E R T V S, agricola fuit in Oosterhout. qui locus, populosus est pagus, diocesis Antuerpiensis, apud Bredam. Incolæ autem loci hæc de eo à maioribus acceperunt. Latrones quidam latrocinio suo deprehenso, illac per agrum fugiebant, vbi Oelbertus ex aratione fatigatus in somnum inciderat, dormienti que mucronem suum apponunt sanguine maculatum. Qui eos insequēbatur, in Oelbertum inciderunt, eumque vt latronem iugulauerunt. Corpus autem truncum, ad facellum haud longè disitum caput abscissum insigni miraculo detulit: ipsaque iumenta, quibus in aratro vsus erat, pronouæ & maioris ecclesiæ constructione, materialia sine auriga feruntur aduexisse. Quieuit autem aliquandiu in Oesterhout vbi est secundarius ecclesiæ patronus: sed Franci dicuntur corpus secum abduxisse in Thoulouse. An hic locus sit Tholosa: item quando in Oesterhout claruerit, vel inde sit ablati, ab omnibus incolis ignoratur. Natalis est die vigesimo secundo Octobris, & officium sit de communi martyris. Historiam suspicor intercidisse per frequentes barbarorum & pyratarum incursiones.

Sanè & hoc anno septuagesimo secundo locum eum barbarica Guesiorum infestatio, fœdè & sacrilegè profanauit.

Sancta Olla virgo, videtur sancta Cameracensis. In Martyrologio enim dictæ ecclesiæ legitur septimo Idus Octobris. Eodem die festiuitas sanctæ Ollæ virginis. Et alibi additum inueni, Apud Cameracum. Habet autem templum suo nomine nuncupatum, haud procul à Cameraco, via Atrebatensi, quod etiam frequentatur à Cameracensibus. Sed adhuc me latet an corpus ibi aut requiescat, aut aliquando requieuerit.

Sanctus Onesimus, episcopus Suefsionensis & confessor, qui in suis membris longum pertulit sine ferro martyrium, quiescit Duaci ad sanctum Amatum, in diœcesi Atrebatensi. Ad eius tumulum multi consecuti sunt remedia sanitatis. Natalis incidit in diem sancti Seruatij, qui est decimus tertius Maij.

Sancta Ortrudis virgo, siue Rotrudis, in Andria, Angliæ monasterio, quieuit, sed nunc quiescit ad sanctum Audomarum, in sancti Bertini monasterio. Natalis est die vigesimo secundo Iunij.

Sanctus OTGERVS leuita, cum sanctis episcopis Vuirone & Plechelmo, qui Romæ consecrati erant, ex Britannia in Belgium venit tempore Pipini Ducis, qui eis libentissimè & locum predicationis concessit, & quietę habitationis, in monte sancti Petri, qui nunc mons Odiliæ dicitur secundo miliario à Rurēmunda. Vbi Canonici Traiectenses aliquādiu resederūt, tempore vastationis per Danos & Nortmannos. Cumque omnibus
sedatis,

sedatis, Traiectū redirent, collegium clericorū aliquot ibi reliquerūt: quod cum postea infestaretur Ruremundam est translatum. Vnde in montem sanctæ Odiliæ, postea Domini sancti sepulcri sibi monasterium acceperunt. Natalis recolitur decimo Septembris in monte sanctæ Odiliæ, vbi corpus eius multis miraculis claruit, & in cathedrali ecclesia Ruremondæ, quæ translatas habet eius reliquias; & denique in vsu Traiectensis ecclesiæ, propter causam superius assignatam.

P.

Sancti Pancratij martyris Romani reliquiæ, Shabentur in capsâ Ultraiecti, ad sanctum Saluatorem.

Sanctus **P E R P E T V V S** Monulpho & Gondulpho successit in episcopatu Traiectensis ecclesiæ ad Mosam. cui tredecim annis præfuit. Sepultus Dionanti, quod est Leodiensis territorij oppidum, vbi multis miraculis claruit. Festum habet quarto Nouembris.

Petrus & Andoletus cum sanctissimo Lamberto martyrium sunt perpessi, quorum meminimus in Lamberto & Floreberto.

Sancta **P H A R A I L D I S** virgo, parentes habuit Theodoricum Lotharingiæ Ducem, & sanctam Amelbergam, sororis Pipini principis filiam: fratrem materno ex latere, sanctum Emebertum Cameracensem episcopū: sorores, sanctas, Reineldé, & Gudilam. A beata Gertrude cognata sua de sacro fonte leuata, litorisq; instructa, pietatem à teneris annis egregiè coluit. Cumq; impedire non posset quin à parentibus nuptū daretur, per omne tamen

H 5 coniu-

coniugij tempus illibatam virginitatē custodiuit, eadem nimirum præpotenti sancti Spiritus gratia prædita, qua & ante eam beata Cæcilia, & post beatus Héricus imperator, vxorq; eius, in matrimonio claruerūt. Migravit autem virgo ad Christum circa annum ætatis nonagesimum, non minus religione, quàm senectute venerabilis. Cuius corpus ad sancti Bauonis ecclesiam ex Lotharingia attulit Agilfridus abbas sancti Bauonis & episcopus Leodiensis anno septingentesimo quinquagesimo quarto. Sed idem cœnobium, petente Arnulpho Comite portionē aliquā annuit ecclesię collegiatæ sanctæ Pharaildis, tunc recēs extructę. Massæus libro duodecimo chronicorum scribit partē corporis etiā Nigellæ haberi in ecclesia sanctæ Pharaildis. Natalē habet die quarta Ianuarij.

Sanctus PLECHETMVS comes itineris fuit Vuironi, qui Romam ibat ex Scotia, consecrādus episcopus. Verum Apostolicus dominus vtrumq; summi Ordinis dignitate promouit. Inde ad Pipinum venerunt, qui Frisæ potiebatur. Sub quo insignes fuerunt verbi Dei prædicatores, residētes potissimum in Petri monte, apud Ruremundam. Quiescit sanctus Plechelmus in Oudenzeel, oppido Transifelano, diœcesis Dauentriensis. Natalē habet Idibus Iulij. Fuit autem episcopus de Massa candida, vel vt quidam addunt secundum *lib. 5. cap. 24. hist.* Bedam, de Candida casa. Est etiam inter primos patronos ecclesię Ruremundensis.

Sanctus PIATVS, siue Piaton, presbyter & martyr, Beneuenti finibus ortus, cum beatis martyribus, Quintino, Lucio, Luciano, Albino, Cris-

-mino

7 li

pino

pino & Crispiniano, ab vrbe Roma Gallias causa
 prædicationis expetijt in persecutione Maximia-
 ni. Vnde in vrbe Tornaco plurima multitudo
 populi ad Christum est conuersa eruditione sancti
 prædicatoris Piati. quam etiam prædicationem
 martyrio suo consignauit. Milites enim eum per-
 sequentes, primum socios ipsius gladijs occide-
 runt; cumque eum viderent sociorum nece non
 moueri, sed constanter Dei gloriam prædicare,
 vnus euaginato gladio, caput pretiosum abscidit.
 Quiescit Siclinij prope Tornacum, vbi in hono-
 rem martyris & primi Apostoli Tornacensium
 est clericorum, siue Canonicorum, collegium.
 Tornacensis ecclesia celebrat natalem Calendis
 Octobris. quo die etiam ab Vsuardo notatur:
 translationem quarto Calendas Nouembris,
 quam fecit Eligius episcopus; qui etiam monu-
 mentum martyris mirificè exornauit, vt ex cultu
 sepulcri, ostenderet quantus sit martyr apud
 Deum in curia cœli.

Pipinus primus in inferiori Austrasia Dux Bra-
 bantiæ, pater sanctarum Gertrudis & Begghæ,
 maior erat regiæ domus in Austrasia, sub Dago-
 berto. Qua dignitate parum à dominatione ac
 sublimitate regia differente, præditus, præstabat
 tam in bellis fortitudine, quàm iustitia in pace.
 Erat enim erga regem fidei seruantissimus, & er-
 ga populum tenacissimus æquitatis, & in disce-
 ptanda vtrorumque causa, firmissimo animi iudi-
 cio persistens; nec numeram populi, nec gratiã regis
 ad obruendam populi iustitiã attendebat. Beatum
 Arnulfum Metensium pontificem, què in timore ac
 dilectio-

dilectione Dei nouerat excellentē, omnium consiliorum & negotiorū suorum socium assumebat. Defuncto quoque prædicto viro Dei, sanctum Cunibertum antistitem Coloniensem, pari sanctitatis fama illustrem, curabat in hac negotiorum administratione participem habere. Obijt circa annum sexcentimum quadragesimū septimum, die vigesimo primo Februarij, Landis, nunc oppidulo, tunc verò palatio Brabantiae: sed translatus, quiescit Niuellæ in capsâ, iuxta altare filiae suæ, sanctæ Gertrudis. quæ capsâ etiam in Litanijis circumfertur, licet nō sit inscriptus in Sanctorum numerum. Hunc quidam haud ineptè Brabantiae nostræ patriarcham nuncupant.

Sancta Pollina omnino mihi incognita est, nisi quod eius mentio fiat in secundo libro Chronicorum episcopi Cameracensis, quæ ad Gerardum secundum extant manu scripta. Præmittit author nonnulla de monasterijs Cameracensibus, beatæ Mariæ, sancti Gaugerici, & sancti Autberti. deinde subdit, Transeamus ad monasterium sancti Petri in villa Hunulcurt, vbi sanctam Pollinam quiescere scripto reperi. Hoc nimirū vir illustris Amalfridus nomine, cum vxore Hildebertana, fundauit: deputatisq; sanctimonialibus filiâ suam Aureanam præfecit. Fuitq; olim religione florens, & opibus; nunc autem postquâ viris militaribus beneficiatum est, ad paucos canonicos deriuatur.

Pompeius coniungitur sanctæ Begghæ.

Sanctus Pontianus, gloriosus Beneuenti martyr, festū habet celebre per diocesim Traiectensem, decimo nono Calendas Februarij. Baldricus

enim

enim decimus quintus episcopus, Pontiani & Agnetis sancta corpora secum ex Italia transtulit, ac in Traiectensi ecclesia honestè ingenti deuotione reposuit. Obijt is præful anno nongétesimo septuagesimo septimo.

Poppo abbas Stabulensis non est canonizatus. quibus tamen virtutibus & miraculis claruerit, ex historia ipsius cognosci potest, quam Surius habet die vigesima quinta Ianuarij.

SANCTUS **Q**VINIBERTVS cōfessor, Prior fuit in Salesio, iuxta Quercetū, in Prioratu Maricolensiu. Vbi permultis claruit miraculis. Festum eius recolitur ibi, & Maricolis, die 18. Maij. Loca sunt diocesis Cameracensis in Hannonia.

SANCTUS **R**ADBODVS, episcopus Ultraiectensis, & cōfessor, fuit vir sanctus, pius, & doctus, & iuxta nomē suum Teutonicū, consilij nuncius, sine magni consilij angelus. Inter alia conscripsit flores de primis Traiectensibus episcopis, Vuillibrordo & Bonifacio. In graui Danorū persecutione Traiectensem ecclesiam gratiosè rexit, annis septendecim; sed propter Traiecti desolationem, quod prophético spiritu præuidit per successorem restaurandū, Dauētriæ sedere cōsueuit, vbi etiam honorificè est tumultatus, per clerum & populum, anno nongétesimo decimo septimo: multisq; miraculis & beneficijs claruit. Natalis est tertio Calēdas Decēbris. Tráslatio, septimo Calēdas Iulij.

Sanctus Radfridus martyr, ponitur cum Vualfrido martyre.

Sancta **R**AGENFREDIS virgo patrem habuit Aldebertum, Comitem Austrouandiæ; matrem, sanctam

sanctam Reginam, neptem Pipini regis Franco-
rum. In Dononio, secundo milliario à Valencenis,
parètes ei ex sui iuris rebus cellam fundarunt, siue
monasterium, in quo prima præfuit, & post plu-
rimas virtutes, in pace quieuit. Cuius festa ibidem
duodecim lectionibus celebrantur, Natalis, octa-
uo Iduum Octobris. eleuatio, secundo die Se-
ptembris. relatio tertio Idus Iunij. Natalem cele-
brat etiam Cameracensis diœcesis nouem lectio-
nibus. Locus tamen est diœcesis Atrebatensis.

Sãcta RAGENVFLA virgo, neptis sanctæ Ger-
trudis, nata est in Hasbania, villa Brûbasia: cumq;
à parentibus cogeret ad nuptias, præmissis pre-
cibus feruentibus, clam fugit. Sigebertus Gem-
blacensis eius in chronicis meminit, anno sexcen-
tesimo quadragesimo tertio, dicens: Virgo Dei
Ragenufla, sanctitate claret in Gallia. Quiescit in
Gallica Brabantia, Aijcuriæ, siue Eincuriæ. **Sinte
Reinoffel te Incourt.** Ibidem in ecclesia nominis
eius, fuit Canonorum Collegium, sed anno
millesimo quadringentesimo quinquagesimo se-
xto Louanium translatum est, ad sancti Iacobi
basilicam. Vtroque loco natalis eius celebratur
die decimo quarto Iulij.

Sanctus RAGNVLPVS martyr, siue Ranul-
phus, pater S. Hadulphi, episcopi Atrebatensis, ab
Vsuardo annotatur sexto Calendas Iunij, sed in
Atrebatēsi Breuiario ponitur quinto Iduum No-
uembris. Quiescit Atrebatēsi in sancti Vedasti mo-
nasterio. Scriptum est in chronico Cameracensi,
fideles ad eius sepulcrum multa vidisse miracula.

Sancta RECINA, neptis fuit Pipini regis; con-
iunx,

unx, Aldeberti Comitis Austrouandiæ: & mater
 sanctarum Ragenfredis & Auæ. quæ primæ in
 Dononio monasterio, haud procul à Valencenis,
 præfuerunt. Ibidemque requiescunt, in diœcesi
 Atrebatensi. Sunt enim in summo altari tria ar-
 gentea pheretra: medium, sanctæ Ragenfredis:
 dextrum beati Aldeberti; qui tamen non est cano-
 nizat: sinistrum, sanctę Reginæ, cuius solennitas
 duodecim lectionibus celebratur Calendis Iulij:
 similiter eleuatio, decimo sexto Calendas Aprilis.
 Neq; Auæ secunda abbatissa Sanctis est ascripta,
 etsi sancta habeatur, & in vetusto Dononij mar-
 tyrologio legatur, vigesimo nono Aprilis.

Sancta REINELDIS, virgo & martyr filia fuit
 religiosissimorum, Vuitgeri Comitis, & S. Amel-
 bergæ, nec nõ soror S. Ableberti episcopi, & Gu-
 dilę virginis; nata in castro siue oppido Condatensi
 super Scaldã. Lobij cœlestis regni clauigero San-
 ctas, cū quinq; villis, appendicibusq; earũ, tradi-
 dit, vt ab eo ad cœli palatiũ mereretur introduci.
 Dehinc benedictione suscepta, vnus tantũ serui,
 & ancillæ, comitatu contenta, loca quæ Dominus
 noster Iesus corporaliter perambulauit, peregre
 visitauit, & post septenium, cum multis reliquijs
 Sanctas reuersa, terrenis conculcatis, vitæ con-
 templatiuę statum, miraculis atque virtutibus re-
 fulgens, obtinuit. Vbi etiam cum Grimoaldo sub-
 diacono, & Gúdolpho seruo, ab irruëtibus infide-
 libus martyrio est coronata, ante altare martyris
 Quintini, in modum crucis Dominicæ prostrata.
 Vnde à tribus sanctis quidã locum nomen habere
 putat. Gleba corporis eius sacratissima eleuata est
 anno

anno

anno octingentesimo sexagesimo sexto in thecam argenteam, præsentibus confinium diœcesum tribus episcopis. Locus est diœcesis Cameracensis apud Hallas, olim Brabantiaë, nunc, vt arbitror, Hannoniaë. Festum decimo sexto Iulij.

Sancta Relendis, siue Renula, superius posita est, cum germana sorore, sancta Harlinde.

Reliquiarum Atrebatensis ecclesie festum celebratur Dominica secunda post Pascha, in qua Missæ introitus incipit, Misericordia Domini plena est terra. Est autem inter reliquias manna cœlestis, quæ in ecclesia beatæ Mariæ conseruatur, in memoriam beneficij à Deo consecuti anno quadringentesimo tertio, cum eis manna de cœlo pluit in modum lanæ candidæ, pluuia seu rore cœlesti mistæ. Cuius beneficij meminit Orosius, dicens libro septimo, Anno tertio imperij Valentiniani, apud Atrebatas vera lana de nubibus, pluuiaë mixta, defluxit. Est in eadem vrbe memoratissimus cereus, illuminatus anno millesimo nonagesimo quinto. Cuius inuentionem Sixtus quartus examinari curauit, & describi per Notarios Apostolicæ Sedis, Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. Per festi octauas contulit Calistus pontifex indulgentias, anno millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo quinto.

Reliquiarum cœnobij Gemblacensis, quo die fiat memoria nō memini. Sed insignes esse eas reliquias indicat epistola Ioānis, archiepiscopi Neopatrensis, qui eas donauit. Sic enim scribit, *Ioannes Dei gratia Neopatrensis archiepiscopus, Vuilelmo abbatu, & Conuentui Gemblacensi, & vniuersis Christi fidelibus,*

fidelibus, salutem in auctore salutis. Vniuersitati ve-
 stra notum facimus, quod nos charitatis instinctu, par-
 tim etiam natalis patriæ (quæ mouet omnes) dulcedine
 ducti, munus pretiosum omni veneratione dignum, vi-
 delicet, de ligno Domini, de sepulcro Domini, de ossibus
 beatorum Georgij & Antonij; & digitam pijsimi &
 gloriosi confessoris sancti Nicolai, quem Christianissi-
 mus Imperator Constantinopolitanus ad prælium con-
 tra inimicos suos præliaturus, ante se deferri fecit, fi-
 duciam habens cum effectu, quod meritis eiusdem Con-
 fessoris triumphator existeret; & pannum sericum
 deauratum, ecclesiæ Gemblacensi, de qua duximus ori-
 ginem, per manus dilecti nostri Vuilelmi, eiusdem cœ-
 nobij abbatis, deferendum, dignum duximus destinare.
 Omnibus autem, qui memoratam ecclesiam, ob ve-
 nerationem harum reliquiarum visitauerint, & de sa-
 cultatibus suis aliquid impenderit, omnium benefacto-
 rum ecclesiæ Neopatensis, & suffragiorum ipsius, de
 misericordia Dei confisi, concedimus commutationem.
 Fraternitatem etiam vestram diligentius hortamur,
 quatenus hoc sanctuarium Dei pia deuotione ac cele-
 bri veneratione, sicut decet, amplectamini, Deo mo-
 dis omnibus laudes referentes, quod partes vestras
 tanto dignatus sit honore visitare. Hoc solum in re-
 compensationem tanti muneris à fratribus ecclesiæ
 Gemblacensis repetendum duximus, quod nos oratio-
 num suarum apud Deum patrem constituent participes.
 Datum Romæ, in terminatione Concilij Latera-
 nensis, Calendis Decembris, feliciter. Habitum est
 hoc generale Concilium sub Innocentio tertio,
 anno supra millesimum, ducentesimo decimo
 quinto. Cui cum Domino Ioanne, archiepiscopo
 I Neopa-

Neopatrensi, intererat dominus Vuilhelmus, decimus quartus Abbas Gemblacensis.

Festum Reliquiarum, quas ex Constantinopoli habet Abbatia Lætiensis, celebratur ipsis Calédis Decembribus. de quibus duo extant diplomata, quorum copiam subiungam; vnum, Theodori patriarchæ; alterum, Henrici Imperatoris.

Dip'oma
Theodori.

Theodorus Dei misericordia sanctæ ciuitatis Hierusalem archiepiscopus, ecclesiæ Antiochenæ, & totius Orientis patriarcha, vniuersis Christi fidelibus, in quorum manus hoc scriptum perueniet, salutem in Domino. Vobis notum facimus, quod nos alijsque quam plurimi, dilecto nobis in Christo Thomæ Lætiensis ecclesiæ monacho, (qui Constantinopolim, vbi nunc degimus, aduenit) diuersas Sanctorum Sanctarumque Dei, reliquias, pietatis intuitu, rogatuque domini Henrici Imperatoris illustrissimi, contulimus. Qui etiam Imperator eidem Thomæ pulcherrimum sanctuarium, de pretiosissimo sanguine Iesu Christi, in vasculo chrystallino, & eximias portiones sacrosanctæ Crucis eiusdem Saluatoris nostri, cum maximis & pæne infinitis alijs reliquijs dedit. Vt autem tantus reliquiarum thesaurus digne in ecclesiâ Lætiensi semper honeretur singulis qui ad eâ ecclesiâ prædictas reliquias visitaturi pio desiderio aduenierint, ibiq; de suis peccatis vere doluerint, nos ex parte beatorum Petri & Pauli, & authoritate qua fungimur, à summo Pontifice nobis concessa, de pœnitentijs pro criminalibus ipsis iniunctis, sexaginta dies indulgentiarum relaxamus. In cuius testimonium sigillum nostrum plumbeum huic scripto appendendum esse duximus. Datum Constantinopoli anno Domini millesimo ducentesimo octauo, Archiepiscopatus nostri anno tertio.

Henricus

Diplomæ
Henrici
Imper.

Henricus Dei gratia imperator, & moderator Romanorum, vniuersis qui hoc Scripturæ monumentum inspecturi sunt, salutem. Cum vita hominum sit breuis, memoriaque labilis & infirma, rationi consentaneum videtur, vt ea quæ ob pietatem rectè fiunt, scripto mandentur, quatenus posteritas semper habeat, vnde factorum cognitionem accipere possit. His rationibus adducti, vobis significare volumus, quod nos considerantes deuotionem, venerabilis viri Thomæ, ecclesiæ Latiensis monachi, qui frater germanus est Gerardi Vualcunriensis, primi inter prætores nostros, spectantes etiam nihilominus antiquam dignitatem prædictæ ecclesiæ Latiensis, à parentibus, prædecessoribus que nostris iam olim fundatæ; eorundem Thomæ & Gerardi, nobis charissimorum, precibus permoti, ipsi Thomæ pulcherrimas ac propemodum infinitas reliquias, Saluatoris, Mariæ, Apostolorum, Euangelistarum, Prophetarum, Martyrum, Confessorum, ac fœminarum sanctarum, pia beneficentia contulimus. Quæ sanctarum reliquiarum thesaurus, vt in ecclesiâ Latienſi digna veneratione perpetuo honoretur, & vt hæc absque hæſitatione aliqua ab omnibus suscipiatur, rei veritatem cõfirmare volumus sigillo nostro aureo, ad præsens scriptum appeso. Datum Constantinopoli in palatio nostro, anno Domini millesimo ducentesimo octauo, Imperij nostri anno secundo.

Sanctus REMACLVS, episcopus Leodiensis diœcesis, & confessor, ex Aquitaniæ partibus oriundus, parentibus nobilis, sed fide nobilior, in monastica disciplina est instructus per sanctum Eligium; sub quo intantum profecit, quod fama vulgante ad aulam regalem vocatus sit à proceribus palatii, & postmodum surrogatus

I 2 in epi-

in episcopum sedis Tungrensis. In quo præfulatu
 fuit hic doctor, pauperum, orphanorū, viduarum,
 & infirmorum benignissimus consolator, om-
 niumque necessitatum largissimus procurator.
 Discipulos habuit sanctissimos, suos videlicet
 successores, Theodardum & Lambertum marty-
 res, Hadelinū ex Aquitania, & Trudonem Haf-
 banum. Eremiticæ vitæ fuit amantissimus, vnde
 post septemium sui episcopatus, resignato illo in
 Theodardum, solitariam & monasticam elegit
 vitam, in Stabuleto monasterio suæ diocesis,
 quod in Arduenna extruxerat Sigebertus rex,
 cooperante maiore domus Grimoaldo, fratresan-
 ctarum sororum Gertrudis & Begghę. vbi multis
 miraculis clarus, quieuit tertio Nonas Septēbris.
 Quo die natalē eius celebrat ecclesia Leodiensis.
 Stabulenses etiā translationē septimo Calendas
 Iulij, & cōmemorationem septimo Iduum Maij.

Porro duæ sunt sancti Remacli abbatia Stabu-
 letum & Malmundarium. quarum posteriorem
 Henricus rex Colonensi episcopo dederat. Cum-
 que rex nulla fratrum repetentium eam importu-
 nitate moueretur, diuina, vt fertur, reuelatione,
 Leodium ossa beati Remacli tulerunt, & in cele-
 bri conuiuio super mensam posuerunt, obsecran-
 tes vt si minus filiorum, saltem patris misereatur,
 de iniurijs suis quotidie ad tribunal æterni iudi-
 cis proclamationem faciētis. Rex primum iratus
 punitionē facti meditabatur, sed attonitus mira-
 culorū multitudine quæ subsequēbātur, non solū
 ablata restituit, sed etiā regia dona adiecit. Scribit
 istud in Hirsfeldensi Chronico Lambertus Scaf-
 nabor-

naburgus, anno millesimo septuagesimo primo.

Sanctus REMBERTVS archiepiscopus Bre-
menfis & confessor, cuius vitam grauer conseri-
ptam habet toms primus Suri, ideo Belgij fan-
ctis est annumerandus, quod Flander fuerit, & ex
Thurold Flandriae monasterio, ab Anshario
Hamburgensi, siue Bremsi archiepiscopo, sit
abductus Bremam, velut optimae indolis & ma-
gnae spei puer; quod euentus declarauit. Causa au-
tem abductionis fuit quod Anshario, & clero
ipsum, Turholtum iam dictum monasterium oc-
cidentalif Franciae donatum erat à Ludouico im-
peratore, propter tenues episcopatus fructus.

Sanctus Richarius abbas natus Centulae in
prouincia Pontina, ibidem infigne monasterium
construxit, in quo requiescit. Fuit insignis praedi-
cator verbi Dei, tam in patrio loco, quam in Bri-
tannia. Quamquam autem locus quietis sit extra
Belgium, in episcopatu Ambianensi, obiter tamen
hic commemorandus est, quia & viuus & mor-
tuus Belgium exornauit: Fuit enim in vita valde
familiaris sanctae Rictrudi, eiusque filium sanctum
Maurontum sacro baptisinate regenerauit, quem
etiam à praesentissimo mortis periculo praeserua-
uit. Et post mortem, propter Nortmannorum per-
secutiones corpus eius cum corpore sancti Vuale-
rici delatum fuit ad sancti Bertini monasterium. in
quo vtrumque remansit annis nonaginta octo. Nata-
lem habet vigesimo sexto Aprilis. quo die histo-
ria eius extat authore Albino Flacco abbate.

Sancta RICTRVDIS, temporibus beati Aman-
di, coniugem habuit Adalbaldum, virum nobilitate,
I 3 virtute,

virtute, & sapientia clarum, cui multæ erant possessiones in pagis Flandrési, Legiensi, Adartensi, Atrebatensi, & Pabulensi. Hic in Vasconiam proficiscens, à malignis hominibus est interemptus: sed feliciter eum in Deo viuere, testantur signa, quæ ad eius sacra ossa non rarò facta sunt. Ex ipso habuit beatissima Rictrudis quatuor sanctas proles, sanctum Maurontum, abbatem & leuitam, & tres filias, Clotsendem, quæ post matris obitum, monasterij fuit moderatrix, sanctam Eusebiam, quæ in Hamatico præfuit, & Adalsendem, quæ immatura morte prærepta est. Cû autem Rictrudis ad secundas vrgeretur nuptias, consilio vsa sanctissimi Amandi, regie maiestati & optimatibus dignum apparauit conuiuium; In eo prandio sciscitatur regem, an liceat ei in suis ædibus, agere quod velit. Rex annuit, putans quod conuiuas, vt fieri solet, sumpto poculo ad potandum inuitaret. Illa verò virili animo velum profert, ab Amando pontifice consecratum, & capiti suo imponit. Quo facto sibi ac filiabus monasterium Martianas deligit, beato Amando non solum consentiente, sed etiam inter regem & ipsam, pacem conciliante. Vbi vsq; ad annum ætatis septuagesimum quartû, omnium bonorum operum se exemplû præbuit, & vt filia lucis, semper ambulauit in luce, cuius fructus est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Quiescit Marcianis, siue Marcenis, (vt nunc ferè loquimur,) in monasterio sanctæ Rictrudis, vbi olim præfuit abbatissa. Hodie verò est Benedictinorum monasterium, pietate & eruditione, vt & quædã contigua, præstantissimû. Quæ etiam
 superflua

Ephes. 5

superflua bona in Duacensis Vniuersitatis collegia, aliosque vsus sanctissimos expendunt. Ad sepulcrum pendet epitaphium, cuius initium est:

*Hic quondam iacuit totum veneranda per orbem
Rotrudis, virtutis ager, pietatis imago.*

Eleuata est cum filiabus in captas, inter eas tamen Clotsendis & Adalsendis, non sunt numero Sanctarum virginum ascriptæ. Locus est episcopatus Atrebatensis, in Flandria, inter Duacum & Valencenas. Natalis celebratur quarto Idus Maij, eleuatio septimo Idus Februarij.

Sancta R O L E N D I S virgo, in Gerpinia inter Tudinium & fossas, oppida territorij Leodiensis, miraculis clara fuit. Quæ ex Gallijs nobilibus orta natalibus, cū in cōiugem expeteretur à regis Scotiæ filio, fugit, & Coloniã tendens, Gerpiniæ Domino vocãte migravit. Natalis est decimo quarto die Maij: sed, si rectè memini, seruatur à longè lateq; circumhabitãtib; in festis Pentecostes. Eleuata est in feretrũ ab Oberto episcopo Leodiensi.

Sancta Rotrudis posita est sub voce Ortrudis.

Sanctus R V M O L D V S, archiepiscopus & martyr, ex ea parte Scotiæ, quæ hodie Hybernia dicitur, desertis, patria, parentibus, nobilitate, & archiepiscopatu Dublinensi, Romã iuit, & inde habita Põtificis benedictione, iuxta Angeli apparitionem eò peruenit, vbi Scaldis fluuius in mare se exonerat, naturãq; iuxta lunæ curriculũ labitur ac perfluit. Hoc est, ad Mechliniam; vbi sic fidei rudimenta plantauit, vt merito Mechliniensium Apostolus habeatur. Susceptus est ibi benignè ab Adone Comite, eiusq; coniuge, quorum pro-

lem sanctum Libertū baptizauit, & in sanctitate erudiuit, ac clericis regulariter uiuentibus præposuit, Sed anno septingentesimo septuagesimo quinto, in ferijs Baptistæ, duo sicarij secure dirum vulnus capiti inflixerunt, vnde mox martyr migravit. Vnus ad hoc facinus impellebatur cupidine auri: alter quia à præfule de adulterio erat reprehensus. Natalis celebratur Mechliniæ Calēdis Iulij, vbi thecam habet argenteam, & valdè sumptuosam, cui parē in his regionibus non reperias. Eundemque locum multis miraculis, & non raro victoria contra hostes, decorauit. Est autē Mechlinia vnica ciuitas in patria Mechliniensis; æqualiter distans à primarijs Brabantiae vrbibus, Louanio, Bruxella, & Autuerpia. Dicitur etiam Machlinia, & à Gallis Malina. Quæ vox nūc extra vsū est in Latino sermone: aliquādo tamen tritissima fuit, quādo etiam Lyræ, oppidum vicinum, Ledo nominabatur, Ledo autem & malina, leguntur pro maris recessu & accessu, apud Augustinum libro primo de mirabilibus sacrae Scripturae, capite septimo, & alibi. Vnde à maris fluxu, hæc nomina indita esse supradictis oppidis, annotatum est ante annos trecētos in historijs Rumoldi & Gummarri. Est autem Rumoldi festum, ex constitutione primæ synodi Mechliniensis, duplex per diocesim: nouem lectionum, per prouinciam.

S.

S AGRAMENTVM venerabile, quod **B R V X E L L Æ** est miraculis gloriosum, præsentī Indiculo inferam. Iudæi eo loci, anno millesimo trecētesimo sexagesimo nono, venerabile Christi corpus

corpus pugionibus & gladijs transfixerunt: vnde cruor copiosè effluxit, multisq; postmodum miraculis claruit, quæ etiam excusa habentur. Honoratur singulis annis magnifica & solenni supplicatione, mense Iulio, Dominica die ante diem decimum tertium Iulij, quo Bruxellæ celebratur sancta Margarita. Quæ solennitatè ad honorè corporis Christi instituit domina Margarita, filia Maximiliani, quæ Mechliniæ obiit, anno millesimo quingentesimo trigesimo, Belgarum moderatrix laudatissima.

Sanctus SALVIVS, episcopus Engolismensis, & martyr, de Aquitania provincia spargèdo verbi Dei semina, peruenit cum vno comite ad fiscum Valentianas, aut, ad castrum Valentianas, situm in Marchia Franciæ & Lotharingiæ (vtrouque enim modo Sigebertus loquitur) siue, vt nunc loquimur, ad ciuitatem Valencenas, inter Franciam & Hannoniam: deinde voluit ire Condatum ad cœnobium Dei genitricis Mariæ. In ipso autem itinere, à quodam tyrâno Vuinegario, iussu domini sui crudelissimi Vuinegardi, in capite securi percussus, cum supradicto comite martyriû suscepit. Qui ambo in stabulo reconditi, post tres annos, reuelatione diuina ab imperatore Carolo magno inuenti, & in loco, vbi nunc Prioratus est sancti Saluij, sepulti sunt, signis & miraculis coruscâtes. Comes quia nomen ignorabatur, dictus est Superius, quod in inuentione deprehendebatur superius iacere. Monasterium est extra Valencenas, diœcesis Cameracensis, vbi dies martyrij recolitur sexto Calendas Iulij. translationis, septimo Iduum Septembris. eleuationis, Idibus Octobris.

*in Chron.
an. 301
1006.*

Sanctus SARIVS, presbyter & confessor, quiescit Cameraci, in ecclesia Metropolitana beatae Mariae. Natalis vigesimo tertio Nouembris.

Sancta SATVRNINA, virgo & martyr, patria Germana, quiescit in villa Saëtis, haud procul ab Atrebato. Habet de ea inter alia liber secundus Chronicorum Cameracensium, quae scripta sunt tempore Gerardi secundi, quod pro virginitate sua quam Domino vouit, à proteruo proco sit Sanctis decollata: quodq; mox manibus deportarit caput, vt antiquitas refert, ad ecclesiam eiusdem villae, quae est sancti Remigij. Rursus habet, Fideles ad martyris honorem puellare monasteriũ construxisse, quod postea ad vnius presbyteri obsequium redactũ est. Deniq; Saxones, vt est antiqua relatio illac transeuntes, partem sacri corporis asportasse. Diem natalem ignoro. In Atrebatensis breuiarij Kalendario legitur quarto Iunij, Saturninae virginis, non martyris, memoria. Quod putarem de hac intelligendum, nisi adderetur, non martyris.

Lib. 2. hist. cap. 13. Sanctus SERVATIVS, episcopus Tugrensis & confessor, fuit (vt Gregorius Turonensis episcopus scribit) vir eximiae sanctitatis, qui vigilijs ac ieiunijs vacans, crebro lachrymarum imbri perfusus, misericordiam Domini precabatur, ne vnquam Hunnorum gētem incredulam in Gallias venire permetteret. Sed sentiens per spiritum, pro delictis populi hoc sibi non fuisse concessum, Romam iuit ad beati Petri tumulum, vt adiunctis sibi Apostolicae virtutis patrocinijs, quae flagitabat mereretur facilius obtinere. Ibi verò multis diebus sese oratione & inedia affligēs, responsum accepit, Deliberatione Domini

Domini sancitum esse Hūnos Gallias debere depopulari. Ipsius autem oculos ea mala nō visuros. Contra Euphratē pseudoepiscopū sententiā suam protulit in Cōcilio Agrippino. Multū autem inter Galliæ episcopos laudatur à Sulpitio Seuero noster Seruatius, aut Seruatio, vt ipse loquitur, Tugrorum episcopus, qui Arimini minis & terriculis Arianorum non cessit, sed contra eos fidei professiones edidit. Sed & Athanasius, magnus ille fidei confessor, præclare eius meminit. Magnentius legatus mittebatur à Constantio ad Constātem fratrem. Is tyrannus Constātem occidit, & occidentis imperiū anno trecētesimo quinquagesimo Augustoduni occupauit. Accusatus est statim Athanasius quod cum Magnētio egerit de interficiēdo Constāte. Vnde ad Constantinū apologiā scripsit: in qua inter testes innocentiae suae primum nominat Seruatium episcopum, qui ad Constantem aliquando à Maxentio pro legato missus fuerat. Natalis Seruatij celebratur decimo tertio Maij/ dies translationis, septimo Iunij/ festum visionis, quam Romæ habuit de Galliarū excidio, incidit in diē Annunciationis Domini, sed trāsponitur in diē Dominicū post Octauas Paschæ/ Deniq. triūphus S. Seruatij recolitur Dominica prima Iulij.

Sancti Sidronij corpus, qui sub Aureliano principe martyrio est coronatus, Romā allatum est Messenas, ab Adela filia Roberti regis, & coniuge Balduini pij, Comitis Flandriæ. Quo loco anno millesimo sexagesimo quinto instituit Canonico- rum collegium, & Benedictinarum monasterium vbi etiam sacrum velamen marito orbata accepit.

Festum

INDICVLVS

Festū seruatur Messenis in dicecesi Iprensi, die tertio Iulij, sed ignoro an de trāslatione, an de natali.

Sanctus SILVINVS episcopus Tolosanus, in Morinis miranda enituit religione, & spirituum immūdorū eiectione; apud quos etiam obiit, vt non sit mirum eum à quibusdam nominari episcopum Teruanensem. Corpus in sancti Bertini monasterio quiescit, ad sanctum Audomarum. Obijt tamen in Alciaco, anno septingentesimo decimo quinto, vbi abbatia est sancti Siluini, fuitque ibi sepultus à monasterio Centulensi. Natalem habet die decimo tertio Calendas Martij.

Sanctum Speum confessorem rex ex Aquigrano accepit, & in Hartespurg transtulit. Scribit hoc in Chronico Hirsfeldensi, Lambertus Schafnaburg, anno millesimo sexagesimo nono.

Sanctus Stircbaldus diaconus, collega fuit sancti Bonifacij, in fidei apud Frisones prædicatione, & in martyrij merito.

Sancti Sulpitij episcopi & confessoris, corpus, vel corporis reliquias, habet Cella, siue sancti Gislēni monasterium, quod est antiquissimū in Hannonia. Vnde in Martyrologio ibidem legitur die vigesimo septimo Ianuarij, Depositiō sancti patris nostri Sulpitij, episcopi & confessoris. & die vigesimo primo Iulij, Cellensi monasterio, translatio sancti Sulpitij episcopi, & sanctæ Leocadiæ virginis. Alicubi legi eum Bayensem fuisse episcopum, & cum sanctæ Leocadiæ reliquijs ex Hispanijs translatum esse ad sancti Gislēni monasterium.

Sanctus Superius coniungitur sancto Saluio, cum quo martyr occubuit, apud Valencenas.

Sancta

Sancta Sura, virgo & martyr, claruit Dordraci, quæ vrbs diœcesis Traiectensis, mater est ciuitatû Hollandiæ, vbi insigni miraculo trium nûmorum cooperata est ædificationi primariæ ecclesiæ, circa annum, vt opinor, millesimum trecêtesimum. Iugulus ei incisus est à nebulonibus, haud procul ab ecclesia. Vnde in loco martyrij, & in altaribus duobus Collegiatæ ecclesiæ, imago eius habet iugulum cruêtatum, & in manu cultellû, piscarium, quâ tum recordor. Ecclesia iam dicta Sotheré eam nominat, & per Collectâ memoriam eius celebrat indie Scholasticæ virginis, decimo Februarij. Sed adhuc ignoro à quo tempore, & cuius Sedis auctoritate, hæc commemoratio fiat, & applicatio Collectæ de Sothere virgine Orientis, in Sotheré Dordracensem. Quâ sic transnominatam opinor, ob salutem præstitam miraculis. Nam & Dominus Lindanus Dordracenus, Ruremundæ præsul

*apologib.
ci cap. 50.*

vigilâtissimus, puteum sanctæ Suræ, qui est ecclesiæ contiguus, nominat medicum febricitâtium. Sanctus SVUITBERTVS, episcopus & cõfessor, secûdus nominatur inter duodecim illos Apostolicos viros, qui ex Anglia venerunt fidé prædicatû Frisijs, Hollâdis, & vicinis. Adhuc presbyter existens, multos conuertit, potissimum grandem vicum **Duerstadi** / qui nunc est oppidum **Wûc** / & ciuitatem **Hagenstein** / quæ nunc est pagus Vianæ contiguus. Cumq; per eum, & Vuillibrordum, numerus credentium quotidie augeretur, ex petitione fratrum in Traiecto & Frisia, vterque consensit, vt episcopus consecraretur. Vnde Suuitbertus in Angliam vadens, consecratus est à sancto

sancto Vuilfrido, episcopo Merciorum, anno sexcentesimo nonagesimo quinto, in festo sancti Bartholomæi. Sanctus verò Vuillibrordus Pipinum principem adiit, cumq; ab eo dimissus esset, Romam iuit, vbi à Sergio papa anno sequenti est ordinatus. Et quâquam Suuitbertus Vuillibrordum tempore præcedat, hic tamen illum dignitate antecedit, & primus archiepiscopus Traiectensis appellatur, eo quod à Sergio Frisonum archiepiscopus specialiter sit consecratus, & ad eundem populum missus. Suuitbertus verò non appellatur Traiectensis episcopus, sed coëpiscopus sancti Vuillibrordi. Specialiter tamen nominatur Apostolus Teisterbadiæ, Vuestfalię, & Boructuariorû. Comitatum, inquit Marcellinus, Teisterbandiæ, cum tota fere Batna, ac magnam partem inferioris Frisiæ, prædicatione conuertit, & ecclesiam Traiectensem numero fidelium valdè multiplicauit. Inferioris Frisiæ partes docti intelligunt, Alcmariam potissimum, & Vuaterlâdiam. Batua nomen retinet. Sed Teisterbandia hodiè partim Hollandiæ est, partim Geldriæ, diuisa ferè in patriam de *Utenae*/Huesdensem, Vuerdam siue Insulam Bommelsenem, & Tielensem. In hoc Comitatu multas ædificauit ecclesias, & templa idolorum consecrauit. Loca aliquot in historia exprimuntur, videlicet, in *Zandwîc* apud Tielam, qui locus hodiè nō est. In *Arkel* & *Hoernaer*/quæ loca sunt villæ ditionis Gorcomiësis: In *Schoenreford*: hodiè dicitur *Schoenrewoerd* prope *Leerdam*/ in *Huthuesdē* prope Huesdâ/ in *Wondrichem*/ quod modo dicitur oppidum *Worchû*:
in *Helb*

Cap. 13
vita.

Cap. 12

in Helbozch/ Ghiesen/ & Ruyfwick inter Vuorc-
 kum & Huesdam: In Almkkerck/ quod est terri-
 torij de Altenae: in Malsen/ Erthum & Huesae-
 de/ quæ sunt ditionis Burenfis, & in pluribus alijs
 locis. In his locis magna deuotione ecclesias con-
 fecrauit. Atque plebem, per ipsum conuersam,
 orationibus protegebat assiduis, & admonitioni-
 bus saluberrimis ad cœlestia vocabat: Conuertit
 etiam extra nostrum Belgium Vuestfalos & Bo-
 ructuarios. Qui videntur esse hodie Markêses, aut
 vicini. Tacitus Bructeros videtur appellare, qui
 ad Lippiam Vuestphaliæ flumen fuerunt. Quo-
 rum monumentum testatur ciuitas Boruch, haud
 longè à Vuerda Cæsaris. Porrò dictum iam vicum
 Vuerdam ad Rhenum, contulit ei illustris prin-
 ceps Pipinus, propter profectum & firmamētum
 sui principatus. Obtulit eidem copiosum thesau-
 rum pecuniarum, quibus monasterium ibidem
 edificauit, vbi agmem famulorum Christi colle-
 git. Obijt autem Suuitbertus episcopus Calendis
 Martij, anno septingentesimo decimo septimo,
 post multorum populorum conuersionem, sepul-
 tus in monasterio suo in Vuerda Cæsaris. vbi ad
 sepulcrum ipsius infirmi sanabantur, cæci visum,
 claudi gressum, febricitantes incolumitatem,
 impetrabant. Vnde Pipinus, Caroli Martelli fi-
 lius, vicum Vuerdam in castrum conuertit, cu-
 ius etiam meritis victoriam contra paganos ob-
 tinuit. Est in Ducatu Cliuiæ: ibique Traie-
 ctenses, non immeritò, beneficio istius Aposto-
 li, libertatem à vectigalibus impetrarunt, ab
 archiepiscopis & Cæsaribus, licet nunc eis illa
 denege-

denegetur. Festum Calendis Martij. Quo die historia extat per sanctos viros, Marcellinum presbyterum, & Ludgerum episcopum.

T.

SANCTUS THEODARDVS, episcopus Tungrésis, & martyr, in diocesis regimine successit sancto Remaelo, qui propter attritos fructuum prouentus, portu solitariae vitae elegerat. Cumq; multa per Dei gratiam, & suam industriam, restauraret, hoc eum acrius mordebat, quod ecclesiae suae possessiones magna quantitate essent circiter per annos triginta mutilatae. Deliberat apud Hildericum regem Austrasiae super iniustitijs illatis ecclesiae legaliter expostulare. Sed filij Belial iniustitiae conscij, & nolentes coram palatinis causam agi, eum in Alsatiam vsque insequuntur, & intra terminos diocesis Vuormatiensis, caput eius sacro oleo perunctum in frustra secant, corpusque membratim dilaniant. Statimq; in testimonium sanctitatis, euidentia signa subsequuntur. Eius corpus suo quasi iure postulauit discipulus & successor, martyr Lambertus, tandemque obrinuit, & in Legia villa publica, quae nunc est Leodium, tumulauit, cum honore, qui martyrem decebat. Passus est anno Domini sexcentesimo quinquagesimo quinto, iuxta Placetium, aut octauo iuxta Sigebertum, administrationis secundo, eleuatus in capsam Leodij in primaria ecclesia. Festum eius est quarto Idus Septembris.

Theodoricus abbas Andainae ad sanctum Hubertum, transijt ad Dominum, octauo Calendas Septembris anno millesimo octuagesimo quarto, multis

multis virtutibus & signis clarus. Nec dubitatur quin numero sanctorum sit aggregatus, tametsi ab ecclesia in eorum catalogum non sit relatus. Corpus eius miraculis gloriosum ex humo leuatum, in medium ecclesie fuit translatum. Hugonistarum autem immanitate in cineres & fauillas est reductum.

Sanctus THEODULPHVS abbas fuit Lobijs post sanctissimos Vrlmarum & Erminum, & similiter, vt ipsi, episcopus. Sunt qui eum archiepiscopum Remensem vocet, quia, vt suspicor, in eo archiepiscopatu, in gentilium conuersione episcopalem functionem administravit. Ercliacum in pago Laudunensi, patria sancti Ermini, petebat sibi ex Lobijs efferi corpus sancti Ermini patroni sui; Lobium metuens perpetuam retentionem, misit sub nomine Ermini corpus sancti Theodulphi, qui digno cum honore susceptus est, sed nullum fecit miraculum nisi in redeundo, cum per pagum Camencensem Fraciae fines euasisset. Tunc enim Valencis cepit miraculorum luce clarescere. Vnde illius fusci oppidani in honore medici sibi diuinitus destinati, ecclesiam dedicare vouent, & sanctum Theodulphum perpetuo retinere deliberant: Tandem cum clanculo, sine villo apparatu, corpus sanctum a Lobiensibus reducitur, per vim ferè ab ijs qui curati erant, ad Scaldim retinebatur. Translatus est ex Lobio ad oppidum Binchiense; Festum vigesimo quinto Iunij.

Sancta Therasia ponitur cum sancto Vualtrido. Torphimus episcopus in Thosano monasterio iuxta Brugas hoc habet epitaphium in eleuato sarcophago. Hic iacet dominus Torphimus ex

K regno

regno Norwegiæ, ciuitatis Hamariæ episcopus, qui pro iure ecclesiæ de terra sua exulatus, & in mari naufragatus, hic tandem veniens pauper & attenuatus, per triginta septimanas infirmatus, hospitans, & amore Christi misericorditer sustentatus, sancto fine quieuit, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, sexto Idus Ianuarij. Anima eius, &c. Eius nulla fit in diuino officio mentio. Ante annos tamen circiter septuaginta cum sepulcrum eius reliquæ planitiei Abbas æquari vellet, ex attacto loculo suauissimus odor dicitur templum repleuisse. Quo facto, ab incepto desistebatur.

Sanctorum Traiectensium omnium episcoporum festum, celebratur Traiecti ad Mosam die sexto Februarij. Sed in Collecta diei septem tantum nomina exprimuntur, quorum nempe reliquæ ibidem in septē capsis requiescunt. Sic enim habet Collecta, *Propitiare nobis, quæsumus Domine, famulis tuis, per sanctorum confessorum tuorū, Seruatij, Monulphi, Gondulphi, Martini, Valentini, Candidi, & Amandi, & aliorū, qui in præsentie ecclesia requiescunt, merita gloriosa, vt eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur aduersis.* Radulphus autem de Riuo, Tungrensis Decanus, scribit Leodiensem ecclesiã habuisse triginta episcopos canonizatos, qui omnes resederūt Tūgris, Traiecti, vel Leodij.

Sancti Treuirenses aliquot episcopi, habuerunt etiam curam & sollicitudinem Rungrorum, qui inter Belgarum populos primi, vsque ad Treuitorum fines habitabant. Tecensentur autem hoc ordine, Maternus discipulus sancti Petri Apostoli, Nautilus,

Nautilus, & ex ordine septem sequentes, Marcellus, Metropolus, Seuerinus, Florétinus, Martinus, Maximinus, & Valentinus. Quae de causa etiam primi recensentur in catalogo episcoporum Tungrensium. ex his Maternus utroque loco celebratur. Martini autem natalis Tungris, ubi & Apostolus Hasbaniae honoratur, quod suo loco commemorauimus. Reliquorum verò natales Nocturnum habent in officio Treuirensis ecclesiae.

- Sancti Nautili, septimo Iulij.
- Sancti Marcelli, quarto Septembris.
- Sancti Metropoli, octauo Octobris.
- Sancti Seuerini, vigesimo quarto Octobris.
- Sancti Florentini, decimo septimo Octobris.
- Sancti Maximini, vigesimo Iunij.
- Sancti Valentini, decimo sexto Iulij.

Quare dum de sanctis Treuirensibus agitur, tractandum foret quod de his superest ex excidijs Treuericae urbis per Hunnos. Qualis sanè sub his episcopis fuerit Tungrorum in fide catholica status ad nos non peruenit. Vnde vero simile est eum valdè sobrium fuisse, vsque ad tempora sanctissimi Seruatij, qui primus fuit Tungrorum proprius episcopus.

Sanctus TRVDO in Hasbania nascitur, quae olim cum Lotharingia censebatur, anno salutis sexcentesimo vigesimo octauo; ex parentibus qui multas ditiones habebant, in Flandria, Hasbania, & Campinia, ob quas dignitate nomineque Comitum celebrabantur. Sed, quod summo loco ponas, insigniter pij erant. vnde etiam Adela mater

K 3 in Zee-

in Zeelem apud Diesthemium, quod iuris hære-
 ditarijerat, quiescit, eleuata in altari: eiusque os
 permagnū & pars maxillæ, in monasterio Trudo-
 nensi visuntur. Trudo adhuc puer tam largus fuit
 in eleemosynis, vt boni eius vix modum nouerit,
 vereque in eum competat tritum prouerbium,
 Largitiō fundum non habet. Mortuis parētibus,
 adiit consilio Remacli, sanctum Clodulphum epi-
 scopum Metensem: ibique quicquid in Hasbania
 patrimonij habebat ecclesiæ Metensi in honorem
 sancti Stephani resignauit. Cumque Clodulphus
 eum sacerdotē ordinasset, & moribus, eruditione
 & pietate idoneum videret ad verbum Domini
 seminandum, in patriam eum remittit. vbi quod
 puer vouerat templum construxit in gentilitio
 agro, in honorem Quintini martyris, & Remigij
 episcopi, ad riuulum Cifindriam: quo loco est op-
 pidum Sarcinium, quod hodie ab ipso nomen ha-
 bet. Verbum euangelicum locis omnibus circum-
 iectis magna seculitate prædicauit: paganis inum
 nondum plenè repurgatum, studiosissimè profligauit.
 Cumque multi adolescentes caducis con-
 temptis in eius contuberniū recipi cōtendebant,
 eorum causa monasterium magnificū construxit,
 & amplissimè dotauit, quod ad præsens non eo
 splendore, neque ijs facultatibus floret, quibus in
 exordio, & aliquādo sæculis insequētibus floruit.
 Multa sunt adempta violētia finitimorum princi-
 pum, multa vastata barbarorū incurſu, præsertim
 Nortmannorum, Alia alijs ex causis perierunt.
 Medium dominium ciuitatis resignauit Abbas in
 Episcopum Leodiensem, cum videret se solum
 cam

eam
 nast
 don
 à Br
 vniu
 licet
 nach
 Obij
 Hasb
 nis, p
 notau
 diem
 trium

S A
 ru
 Seruat
 ſti ad
 tione
 San
 fterio,
 cianus
 cum di
 bris. H
 nem pe
 Sand
 & conf
 doueo
 propera
 Clodou
 fundam
 nauit, fi

eam non posse defendere: Condidit & aliud monasteriū, simul & dotauit, quod vulgo sancti Trudonis appellatur, medioque milliario dissitum est à Brugis Fládræ ciuitate. Quæ id temporis, cum vniuerso suo agro, iure paterno, ditionis eius erat, licet non ita inclyta, vt hodie. Ibi octoginta monachos aluit. Sed nunc sunt atro amictu monachæ. Obijt ætatis sexagesimo quinto: Quiescit apud Hasbanos, in oppido & Abbatia sancti Trudonis, patriæ Leodiensis. Festū eius etiam Vsuardus notauit die vigesimo tertio Nouembris. In quem diem ad Vsuardum adieci quanto miraculorum triumpho post mortem claruerit.

V.

SANCTUS VALENTINVS episcopus Tungro-
rum, proximus fuit prædecessor sanctissimi
Seruatij. Cuius reliquiæ in capsâ habentur Traie-
cti ad Mosam. Dies eius coincidit cum transla-
tione beati Seruatij, septima Iunij.

Sancta VALERIA virgo, quiescit in mona-
sterio, Hunolcurt, quod extruxit sanctus Vindi-
cianus episcopus Cameracensis. Natalis concurret
cum die sanctæ Ragenfredis, octauo Iduum Octo-
bris. Habet in vsu Cameracensi commemoratio-
nem per Collectam.

Sanctus VEDASTVS episcopus Atrebatensis
& confessor, ex Tullo socius assumptus est à Clo-
doueo rege, cum ad sanctum Remigium Remos
properaret, sacro abluendus lauacro. Hic igitur
Clodoueam regē catholicæ fidei firmis initiauit
fundamentis, eumq; miraculo cæci quem illumi-
nauit, firmiter in fide confortauit. Cumq; Vedasti

K 3 cele-

celeberrima vulgaretur fama, & charitatis in eo
munificentia, & religio vitæ, & verbi Dei instan-
tia, longe lateq; ab omnibus celebraretur, visum
est beatissimo Remigio eum ordinare episcopum
& ad prædicandum verbum vitæ Atrebatensi vrbì
dirigere. Qui pontificatus gradu, & prædicatio-
nis officio suscepto, concitus Atrebatum perrexit,
eiusque introitum Deus cæci & claudi sanatione
patefecit. Quam cælestem virtutem cum verba
sacerdotis Dei consequerentur, plurimi relictis
idololatriæ sordibus, in Christum credentes, viuo
sacri baptismatis fonte purgati sunt. Rexit præfa-
tam ecclesiam annis circiter quadraginta, sub ma-
gna euangelicæ prædicationis deuotione, sub
magno pietatis amore, ac per id temporis, multi-
tudinem populi ad Christianæ fidei cõuertit san-
ctitatem. Sepultus est autem anno quingentesimo
septuagesimo in ecclesia beatæ Mariæ Virginis,
vbi sedi pontificali præfedit. sed Calēdis Octobris
glorioso translatus est per sanctos episcopos Aut-
bertum & Audomarū, ad monasteriū, quod Atre-
bati Theodoricus rex sancto Vedasto construxit,
pœnitentia ductus, quod nimiū fauisset Ebroino,
in persequendo sanctum Leodegarium, & alios
sanctos. vbi etiam sepulturam accepit. Est autem
sancti Vedasti monasterium, tanti patroni meri-
tis, inter monasteria Belgij longe opulentissi-
mum. Natalem, & vitæ suæ historiam Alcuino
auctore, habet die sexta mensis Februarij.

Sanctus VENANTIVS eremita & martyr,
filius sanctæ Amelbergæ, & germanus frater san-
ctæ Pharaildis virginis, ex Hānoniæ finibus iuxta
Aream

Aream deuenit, in locum qui vastus saltus appellatur; vbi ieiunijs, oratione, & vigilijs vacans, in nemore est à latronibus decollatus. Quiescit apud Aream Artesiæ oppidum, in loco qui de eius nomine sancti Venantij dicitur. Festum decimo Octobris, quod solenne est in Ariensi ecclesia.

Sancta VERONA sanctimonialis, quiescit inter Louanium & Furam, in ecclesia sanctæ crucis, quæ modo dicitur ad sanctam Veronam, iam pridem in Cameracensi, nunc in Mechliniensi diocesi. Festum in die decollationis Baptistæ.

Sāctus VERONVS, frater sanctę Veronę, sepultus est in Lébeca, quondā oppido, in cōfinio Hannoniæ & Brabatiæ. Sed corpus inde ad tutiorem locum est translatum, ad Montes videlicet Hannoniæ. Dies transitus recolitur trigesimo Martij: inuentionis, trigesimo primo Ianuarij.

Sanctus VICTRICIVS, episcopus Rothomagensis, & insignis confessor, claruit tempore Innocentij primi. Huius enim ad eum extat decretalis epistola secunda. Hoc autem loco, propterea inferendus est, quia sanctus Paulinus Nolæ episcopus, in secunda ad eum epistola, refert quid Belgio nostro præstiterit. Initio Cæsari militabat, & castrensi labore corporis robur exercebat, sed repente conuersus, obstupefacto exercitu, ante pedes sacrilegi tribuni, militiae sacramenta permutauit: arma sanguinis abiecit, vt arma pacis indueret. Et ob hæc districtus est in verbera, & vastis fustibus fractus, nec tamen victus, quia crucis ligno innitebatur: geminataque mox pœna acuto testarū fragmine laniata sunt membra im-

manibus plagis. Denique inuicti militis ceruicem dum carnifex attingēdi temeritate violat, excussis ilico oculis, cœcitate percussus est. Sed idcirco vnus cœcatus est, vt plures illuminarentur: inter quos Comes, qui resperfus gratia Domini, dum testes fidei punire cupiebat, testimonium perhibuit veritati: & quos sæuiens prædānarat vt reos, laudans emisit vt sanctos. Quid miremur Victricium, postmodum tam potētem meritorum, tam diuitem gratiarum, cum hoc ei fuerit virtutum in Christo rudimentum, quod longorum laborum paucis cōsummatio est? Gratia Dei postea in præparationem Euangelicæ pacis calceatur, & ne sub modio taciturnitatis latitaret, Apostolicæ sedis euectu, quasi super cædelabrum sublime in Rothomago constituitur. Tunc Rothomagum in longinquis etiam prouincijs inter vrbes sacratis locis nobiles, cum diuina laude numeratū est. Sed præterea per Victricium sanctificatū est nomē Christi in remotissimo Neruici littoris tractu, quem tenui antea spiritu fides veritatis afflauerat, & in terra Morinorum, situ orbis extrema, quam fluctibus fremens tundit Oceanus. Sedebāt gentium populi via maris arenosa in regione vmbrae mortis: deserta sylvarum & littorum barbari & incolę latrones frequentabant: verum prædicatione Victricij à Domino lucem magnā acceperunt: ipsæq; vrbes, oppida, insulæ, syluæ, ecclesijs & monasterijs, plebe numerosis, venerabiliter celebrantur. Est autem Morinorum terra ex magna parte in Belgio, cuius primaria vrbs fuit sub rege Francorum Taruana, à Carolo quinto deleta. Neruiciorū
verò

verò
præd
post
per N
fuisse
San
nonia
latino
fuit. F
beatif
ad an
postea
fidei p
Foilla
Adalg
tatis a
feruor
culari
Vnde
tus di
subsist
mona
sation
seruata
trude,
rium c
monte
runt,
autem
scopur
Geme
sis cœr

verò prima vrbs est Tornacus, in qua fidè Christi prædicarunt antea Piaton & Eleutherius, eamque postmodum Viètricius, propagauit & dilatauit per Neruicum tractum, quem constat latissimum fuisse. Natalis incidit in septimum diem Augusti.

Sanctus VINCENTIUS confessor, Hannoniæ Comes, antea Madelgarius dictus, inter palatinos regis Francorum Dagoberti non infimus fuit. Habuit enim vxorem, consanguineam regis, beatissimam Vualdetrudem: ipsumq; rex habuit ad annos aliquot Hybernię gubernatorem. Vnde postea in Gallias rediens, sanctissimos & strenuos fidei prædicatores secum adduxit. Inter quos Foïllanus, Furseus, Vltanus, Eloquius, Erto, & Adalgisus. Autbertum episcopum miro humilitatis affectu coluit, qui eum adeo superni amoris feruore accendit, vt deposito cingulo militiæ sæcularis, totum se ad cultum diuinum astrinxerit. Vnde ad Sambram, in municipio quod mons altus dicitur, monasterium construxit, quod adhuc subsistit, vnico milliari à Malbodio distans, vbi monastico habitu suscepto, sub sanctæ conuersationis regula sese humiliter reclusit. Erat enim seruata charitate separatus ab vxore sua Vualdetrude, quæ in Castriloco sanctimonialiũ monasterium construxit. Tunc permulti sanctissimi hunc montem, vocabulo & religione altum, frequentarunt, de animarum salute loquentes. Exprimit autem historia Ansbertum Rothomagensis episcopum, exilio proscriptum, Hugonem abbatem Gemeticensem, Vulmarum abbatem Boloniensis cœnobij, Ettonem Brytannum sacerdotem,

Amandum ex Elnone, Vuasulphum ex Con-
dato, Gissenum ex Cellensi monasterio, Vrsina-
rum & Erminum ex Laubaco, Foillanum & Vl-
tanum ex Fossensi monasterio, Aldegundem ex
vicino Malbodio, Vualdetrudem ex Castriloco,
Gertrudem ex Niuella. Postea construxit etiam
Sonegias cœnobium, in quo obdormiuit, & re-
quiescit. Sed hodie est Canonicorum collegium,
in Sonegijs oppido Hannoniæ, quæ commutatio
secundum Annales Hannoniæ, facta est per Bru-
nonem archiepiscopum Coloniensem, anno non-
gentesimo sexagesimo quinto. Natalis eius est
die decimo quarto Iulij, quem etiam Cameracen-
sis ecclesia, cui tota Hannonia subest, meritò no-
uem lectionibus celebrat.

Sancta VINCIANA virgo cum fratre suo
Landoaldo archipresbytero, alijsque nonnullis
ex Italia in Galliam Belgicam profecta est circa
annum sexcentimum trigessimum tertium. Ij-
demque, quibus potuit modis, cooperata est in
Christianiæ religionis plantatione. Tandem pe-
grinationis suæ decurso tempore plena bonis
operibus in Vuintershouen Hasbania vico mi-
grauit ad Dominum, anno sexcentesimo quadra-
gesimo tertio. Estque ibi decenter à fratre se-
pulta. Sed à Vuomaro abbate, cum Landoaldi
fratris, & aliorum sanctorum reliquijs, translata
est ad ecclesiam sancti Bauonis Gadauum, facien-
tibus ei potestatem Ioanne Romano Pontifice,
Nodgero episcopo Leodiensi, & Othone eius no-
minis Imperatore secundo: Festum die vndecimo
Septembris.

Sanctus

Sanctus VINDICIANVS episcopus Atrebatensis siue Cameracensis, plebem multitudinis numerosæ creberrimis prædicationibus conuertit ad exequendam normam vitæ melioris. Ecclesiam Dei genitricis Atrebatensem ex rebus proprijs, vna etiam cum rege Theodorico, augmentauit, villis, ecclesijs, terris, molendinis, alijsque subsidijs. In villa Hunolcurt sedis Cameracensis, cum pretiosissimo martyre Lamberto, monasterium consecrauit ad laudem Dei & uenerationem sancti Petri, ibique clericos & sanctimoniales constituit. Migravit ad Christum in Brosella suæ diœcesis territorio, quinto Iduum Martij; & sepeliri elegit in Monte sancti Eligij, eò quòd beatus Eligius, cui familiari vsu dilectionis inhæserat, ibi habitationis suæ fecerat diuersoriũ. Est abbatia, distans horæ spatio ab Atrebatu, in qua eleuatus est per Fulbertum decimum quintum in episcopio successorem.

Sanctus VLGISVS, siue Vulgifus, abbas fuit Lobienfis, & episcopus, vt sancti sui antecessores, Vrsmarus, Erminus, Theodulphus. Natalis eius est quarto die Februarij. duplex manis Lobijs, & Binchij: vbi modo in octo capsis quiescunt octo sancti Lobienfes.

Sanctus VLTANVS, abbas & confessor, frater sanctorum Foillani & Fursei, de monasterij probatione diuturna ad eremiticam vitam peruenit. Cum quo etiam Furseus frater, relinquens monasterium, & animarum curam, alteri fratri Foillano & duobus presbyteris, per annum totum conuixit in continentia & orationibus, & quotidianis
manuum

manuum laboribus. Postmodum ad Gallias venit prædicatum verbum fidei, vbi beatæ Gertrudi familiarissimus fuit. Quæ etiam per ipsius & Foillani manus Deo partem hæreditatis suæ obtulit, villam, vulgo ex situ loci, Fossas dictam, vt in eo loco construerent monasterium ad perpetuum peregrinorum hospitium: in quo Ultanus rector resedit, suumque fratrem Foillanum martyrio coronatum cognouit. Quiescit prope Fossas, oppidum Leodiense, & natalem habet Calendis Maij. Sed Fossense collegium propter bifestum diem Apostolorum, transfert in tertium Nonas Maij.

Sanctus **VRS MARVS**, episcopus & confessor, pago Theoracensi, villa Fleon, extitit oriundus. vbi domus eius adhuc visitur, in finibus videlicet Hannoniæ, prope Auesnas; A Pipino duce accersitus, Laubacum monasterium regendum suscepit. Et ad barbaricæ gentis conuersionem episcopus consecratus, multos ad fidem Christi conuertit in partibus Galliæ, in Fania videlicet & Theoracia: multasque construxit ecclesias. Inde ad prædicandum Flandriæ, contulit se versus Menapum fines, qui adhuc detinebantur, ritu gentis, vanis superstitionibus. Cuius miraculis & prædicatione assidua, ad fidem conuersi, magna ex parte eum prædiorum hæredem statuunt, & eam quæ est Lobijs ecclesiam Christi. Ipse etiam prouinciæ dominus, Aldo donauit, de suo vocabulo dictum, Aldenburch vicum, in quo in honorem beati Petri ecclesiam consecrauit, quatenus beatus Apostolus Flandrensibus & Menapibus patrocina- retur: Tandem post multorum conuersionem, multa-

multa-

multaque miracula, moritur anno septingentesimo decimo tertio, decimo quarto Calendis Maij, Lobij honorificè sepultus, non longè à monasterio, in oratorio beatæ Mariæ super montem. Est autem Lobium, siue Laubium, siue Laubacus in patria Leodiensi, sed diœcesi Cameracensi. Vnde cum septem alijs Sanctorum corporibus, & cum canonicorum collegio, translatus est anno millesimo quadringentesimo nono ad Binchium, Hannoniæ oppidum, quod duobus milliaribus inde distat. Eleuatio dicti episcopi; & Flandrensiū, Menapensiū, atq; Theoracię Apostoli, facta est per Fulradū abbatem, iussu & permissu Cameracensis episcopi, anno octingentesimo vigesimo tertio, ab obitu cetero decimo. Historiam scripsit Ratherius ex Lobiensi monasterio Veronensis episcopus, cuius Liutpradus meminit, libro tertio, capite vndecimo & vltimo. Corpus eius, episcoporum licetia & benedictione, per Flandriā est delatum, in qua itineratione nullus pœne dies transijt absq; signis miraculorum: quæ conscripta habentur.

Sanctus Vuaccarus monachus, & in Frisia martyr, cum sancto Bonifacio ponitur.

Sanctus Vualbertus confessor, Comes Arkenfis, latè imperauit in Morinis. Arkas comitatum suum sancto Bertino, cui familiarissimus fuit, obtulit. Fertur eidem etiam Popringam assignasse. Obijt abbas Luxouiensis in Burgundia, & natalem habet secundo Maij.

Sanctæ Vualburgis & fratrum eius Vuilibaldi & Vuiniboldi reliquiæ allatæ sunt ex Germania anno octingentesimo septuagesimo per Balduinum
Ferreum

Ferreū Comitē, & magno cum honore Furnis repositæ, instituto ad id monasterio ordinis sancti Benedicti, quod nunc est Canonorum collegium. Est autem Furnense oppidum in Flandria diœcesis Ipr̄ensis. Vuilibaldus fuit per Bonifacium Germanorum Apostolum institutus primus episcopus Aureatensis, siue Eistatensis. Vuiniboldus & Vualburgis in eadem diœcesi in monastica vita laudabiliter præfuerunt. Sed potissima sanctę Vualburg portio, habetur Aeichstadij, in monasterio sanctę Vualburgis, vbi adhuc hodie ex eius corpore oleum in subiectum argenteum vas miraculosè defluit, quod multis grauib; morbis medetur. Eleuata est & Sanctis ascripta, circa annum octingentesimum septuagesimum, per Odogerum episcopum Aeichstadensem, consensu Adriani secundi: & ex Heidenheim, vbi prima fuit abbatissa, ad dictam urbem translata.

Chronologia monasteriorum Germaniæ.

Filia regis erat; sed egenam se faciebat,

Diues vt in Christo, regnaret semper in ipso.

Sancta VVAALDETRVDIS, vel Vualdedrudis, continens, parentes habuit Vualbertū & Bertiliā; maritum, sanctum Vincentiū, Comitē Hannonię: proles, sanctum Landricū, sanctas, Aldetrudem & Madelbertā, quę Malbodio monasterio præfuerūt, & Dentelinum puerum, qui in albis obiit: qui omnes in Litanijs ecclesię Montensis inuocātur. Tunc pagus à fluuio suo dictus Haynoësis, siue vt nūc loquimur, tunc Hānonia insignis Comitatus, coronā gestabat vernantem quorundā sanctorum meritis. Autbertus clarebat in Cameracēsi sede; Lādelinus, Crispinij, Gislenu, Cellę. Cumq; Vincentius

centius totus inhiās cœlestibus, in Altomôte monasticū habitū suscepisset, iugalis eius Vualdetrudis, quæ id ei annuerat, admonitione sancti Giffeni, à beato Autberto episcopo velamē sacrū impetravit, & cellulam, siue monasteriolū, cōstruxit in mōte qui Castrilocus dictus est. Quæ cellula hodie est in primaria Hānoniæ vrbe, mōtibus videlicet, ecclesia sanctæ Vualdetrudis, cōuersa in Canonicarū nobiliū collegium, cuius perpetuus abbas est Comes Hannoniæ. Transitus celebratur quinto Idus Aprilis/translatio, tertio Nonas Februarij.

Sanctus Vualterus presbyter, cooperatore fuit sanctissimi Bonifacij apud Frisones, in prædicatione Euangelij, & merito martyrij.

Sancti, VVALFRIDVS, RADFRIDVS, & THERACIA, sancti sunt diœcesis & patriæ Groningenses, ibidem in ecclesiastico officio celebres. Vnde in quibusdam Martyrologijs legitur, tertio Nonas Decembris. In Frisia, sanctorum martyrum, Vualtfridi & Radfridi, à Nortmannus iuxta Groningen martyrio coronatorum, & decimo Calendas Iulij, Translatio sanctorum martyrum, Vualtfridi, & Therasiæ vxoris eius, & Radfridi filij eorum martyrium est Vltraiecti manuscriptum in tomis Soudebalch, mense Iunio.

Sanctus VVANDREGISILVS confessor, primū sub Dagobero comes Palatij fuit. Erat enim auus eius sanctus Arnulphus princeps Lothariensis, & Metensis episcopus. Deinde cum sponsa sua in castitatem consentiēs, in aliquot monasterijs sanctissimè vixit. Deniq; Rothomagū vocatus, fama, prædicatione, & sanctitate Audoëni beatissimi episcopi,

episcopi, eiusdē iussu à sancto Audomaro presbyter consecratur, & Fontanellam cœnobium longè celeberrimum construxit, anno sexcētesimo quadragesimo quinto. Qui locus ob tanti patroni & successorum sanctitatē multis prædijs fuit ditatus. Propter Nortmānicam persecutionem Boloniam translatus est: & inde Gandauum, cum Ansberto & Vulfranno. Natalis in die Magdalenæ.

Sanctus VVASNVLPVS, Condati quiescit, Hannoniæ oppido. de eo missa mihi historia, facit eum archiepiscopum Eboracensem, temporibus Eugenij papæ, Ordinis Cisterciensis. Sed tota ea historia, est de Vuilhelmo episcopo Eboracensi, in Legendario Sanctorum Angliæ, quem eundem Vuasnulphum dicere Condatensem, multis de causis per absurdum videtur. Vincētij Madelgarij historia habet eum ex Condato Altum montem venisse ad Vincentium. Ideoq; assentior nostratibus nōnullis martyrologijs, in quibus sic legitur. Eodem die, sancti Vuasnulphi confessoris, qui de Scotia insula marina veniens in saltum Terasciæ, in loco qui nunc vocatur Cella, multis diebus vitam laudabilem duxit. Postea verò ductu angelico ad monasterium Dei genitricis Mariæ, Cōdatum nomine perueniens, ibi vsque ad obitum Domino seruiuit. Festum Calendis Octobris.

Sanctus VVERENFRIDVS, siue Verēfredus, presbyter & cōfessor, cū beato Vuilibrordo venit Traiectū. Qui primū egregie prædicauit, potissimum apud Medenulic / & in Duerenstadio; Postmodum beatus episcopus in medio insulæ Batuæ, quæ Rheni fluminis alueo circūcingitur, locum

locum ei *Elste* commendauit. Sed & ecclesiam in villa *Wuesteruoert* gubernandam suscepit. Cumque populum his duobus locis ad fidem conuertisset, in finis clarificatus miraculis, tam in vita, quam in morte, apud vicum *Wuesteruoert* prænominatum, in pace quieuit, decimo nono Calendas Septembris, sed miraculosè in *Elst* tumulatur. *Wuesteruoert* est ex opposito Arnhem in Gheldria. *Elst* prope Neomagum. vbi de morbi articularis remedijs frequentari solet, in sui nominis collegiata ecclesia. Habet in vsu Traiectensi festum duplex in præuigilio Assumptionis beatæ Mariæ.

Sanctus *Vuicbertus* martyr, de socijs *Ecgberti* *Beda l. 5* cum esset contemptu mundi & doctrinæ scientia *hysto. capo* insignis (nam multos annos in Hybernia peregrinus, anachoreticam in magna perfectione vitam egerat) ascendit nauim & in Frisiam perueniens, duobus annis continuis genti illi, ac regi illius *Radbodo*, verbum salutis prædicabat. Sed nullum tanti laboris fructum apud barbaros inueniens auditores, reuersus est ad locum dilectæ peregrinationis. *10.*

Sed cum vir Domini *Ecgbertus* secundo stauit ad Frisonum & Saxonum conuersionem, à quibus Angli sunt propagati, viros mittere actione & eruditione præclaros, cum *Vuilibrordo* & *alijs*, secundo misit *Vuigbertum*. qui à rege *Radbodo*, quem illustri *Pipinus* à Traiecto expulerat, in *Fostilandia* diro tormento est iugulatus, eo quod Christiani eo loci suggestione *S. Vuigberti* delubra *Iouis* & *Fostæ* destruxerant. Vide-

L tur au-

tur autem Fostilandia extremis Frisiorum finibus fuisse contermina, quo in loco Tacitus Fosos aut Fositas nominat. Natalis eius an alicubi celebretur, me latet.

Sácti fratres Vuilibaldus & Vuineboldus cum Vuillibrordo & alijs Apostolicis viris ex Anglia ad prædicandam fidem Christi Traiectum appulerunt. vbi aliquamdiu in primitiua Frisiæ ecclesia Canonici & prædicatores resederunt. Sed inde missi sunt in Orientalé Fráciam: vbi Vuilibaldus siue Bilibaldus obiit episcopus Aureatensis siue Eistadensis: frater vero eius Vuineboldus, abbas Heidelamésis. Natalis Vuilibaldi est 7 Iulij, Vuinebaldi autem decima octaua Decébris. Quorum nonnulla reliquiarú portio & germanæ sororis S. Vualburgis, habentur Furnis in diocesi Iprensi.

Sanctus Vuilfridus, episcopus Eboracensis & totius prouinciæ NordHumborum, ideo à nobis Indiculo Belgij est inserendus, quod de eo sic scribat Beda, libro quinto historiæ Anglorú: Vuilfridus pulsus episcopatu, Romamq; iturus, & coram Apostolico Papa, causam dicturus, vbi nauem cõscendit, flante Fauonio pulsus est Fresiã: & honorificè susceptus à barbaris, ac rege illorú Aldgiso. Prædicabat eis Christum, & multa eorum millia verbo veritatis instituens, à peccatorum suorum sordibus fonte Saluatoris abluit. Et quod postmodum Vuillibrordus, reuerendissimus Christi Pontifex, in magna deuotione compleuit, ipse primus ibi opus Euangelicum cœpit, hiemem cum noua Dei plebe sceleriter exigens. Natalem habet die duodecimo Octobris. Diem verò

extre-

Cap. 20

An. 677.

extremum clausit anno septingentesimo nono.
 Sanctus Vuilleicus, Euangelicus sacerdos & confessor, primum fuit Canonicus conuentus nouellæ Traiectensis ecclesiæ, vas virtutum, Latina lingua & Germana eruditus, eloquentissimus, & mansuetissimus, iræ & auaritiæ victor, superbæ & vanæ gloriæ contemptor, pauperum & infirmorum consolator. Multos gentiles in diuersis prouincijs saluberrima prædicatione à veneno idololatriæ ad dulcorem fidei Christi perduxit. Postea præpositus fuit in Vuerdensi monasterio sub sancto Suuidberto coëpiscopo sancti Vuillibrordi, vbi adhuc annis decem, post mortem sanctissimi præsulis, præfuit. Mortuus anno septingentesimo vigesimo septimo. Natalis ibidem celebratur die secundo Martij mensis.

Sanctus VVILLIBRODVVS, archiepiscopus primus Traiectensis, anno ætatis suæ trigesimo tertio presbyter existens, cum vndecim alijs actione & eruditione præclaris, ad paganorum Frisonum & Saxonum conuersionem destinatur à reuerendissimo Egberto. Vnde hi duodecim Domini gregis arietes, accepta benedictione tam eximij sacerdotis, prospero vento celeriter in Vuiltenburg, siue Traiectum aduehuntur, anno Domini sexcentesimo nonagesimo. Cumq; constâter Christum euangelizarent, primum parum profecerunt, eo quod Frisones essent duræ ceruicis, & barbaræ mētis, eosq; atroci morte opprimere minabantur. Itaq; propter tyrannidē Radbodi regis Frisæ, diuerterunt ad illustrissimum & Christianissimum principē Pipinū de Herstallo, qui Rad-

INDICVLVS

bodum perfidum regem ex Traiecto expulerat, ab eoq; gratanter sunt suscepti. Et quia nuper citiorem Frisiam, expulso Radbodo ceperat, illuc eos denuo ad prædicandum misit, præcipiens paganis sibi subditis autoritate regia, ne quis prædicatibus quicquam molestiæ inferret. Vnde multos in breui, sua prædicatione ab idololatria ad fidem conuertit. Cumque quotidie cresceret numerus fidelium, communi decreto omnium contrarum duo electi sunt in episcopos consecrandi, Vuillibrordus & Suuidbertus. Qua de causa Vuillibrodus Pipinum regem adiit: à quo missus est ad sanctum Sergium papam, qui eum in natali & basilica sanctæ Cæcilie, anno sexcentesimo nonagesimo sexto ordinauit archiepiscopum Frisonum. Hoc est, eorum qui hodie dicuntur Frisii, Groningenses, Transiselani, Traiectenses, Hollandi, Zelandi, Geldri. Illustris autem princeps Pipinus de Herstallo, & gloriosus eius filius Carolus Martellus, regali donatione ipsi & omnibus successoribus, episcopis Traiectensis ecclesiæ, dederunt ciuitatem Traiectensem, cum omnibus suis appendicibus. Quam donationem catholici principes agnouerunt & tutati sunt, vsque ad mea ferè tempora. Tunc enim sæcularis princeps sibi celebre hoc sanctorum Vuillibrordi & Martini patrimonium, resignari permisit. Porrò dictus Hollandiæ & Frisæ Apostolus, etiam in Lotharingia multos conuertit, potissimum iuxta Buscumducis & Campiniam. Nam Brabantia olim nomine Lotharingiæ fuit comprehensa. Rursus, fidem prædicauit in Flandria, siue in occidentali Fracia. Vnde

ad no-

ad nostra vsque tempora Traiectensi sedi in Flan-
dria subfuerunt, Birsletani Hulstenses, Axellani,
& Hafnenses, ab eo ad fidem conuersi. Traiecti
in fundo basilicæ sancti Thomæ, prope castrum
Traiectense, quod nunc non subsistit, construxit
Canonicorum cœnobialium ecclesiam, in hono-
rem sancti Martini episcopi Turonensis, in qua
cathedram constituit. Ecclesiam beatæ Mariæ ad
martyres Treuiris conuertit in monasteriũ Ord-
inis sancti Benedicti, in quo altare portatile asser-
uatur, quo vsus est in gentium conuersione per
Frisiam, Hollandiam, & Zelandiam. Obijt anno
septingentesimo trigesimo sexto.

Vir virtute potens, diuino plenus amore,

Ore sagax, & mente vigil, & feruidus actu.

Sepultus in Epternaco monasterio à se extru-
cto. Est autem Epternacũ in Ducatu Luxembur-
gensi oppidum, & in eo iam dictum monasterium,
in diocesi Treuirensi. Natalitius dies est septimo
Nouembris celebris per totam diocesim Traie-
ctinam / translationis decimo quarto Calendas
Nouembris. Sunt qui eum à liberali panum distri-
butione vocent Vuilligbrodum.

Sanctus Vuilliherus monachus & martyr, cum
sancto Bonifacio ponitur.

Sanctus V V I N O C V S, patrem habuit Inthaë-
lem, regem in Brytannia, fratrem primogenitum
habuit Indichælem; secundogenitum, sanctum
Iudocum, quorum exemplo Vuinocus relicta pa-
terna hæreditate, anno sexcentesimo sexagesimo,
venit ad sanctissimum Bertinum abbatem, sub
quo in monachatu onus & iugum Domini tulit,

L 3 cuius

cuius vestigia inter cæteros suos confratres proximè est assecutus, à quo propter insignem pietatem & doctrinam, in Flandriam est missus ad prædicandum Euágelium Christi, & abbas cellæ siue monasterij ab eo constructi in Vuormholt, constitutus. Vbi sanctitas eius ita illuxit, vt subditos suos in angelicam traheret vitam, & fama eius latius diffusa, monasterium eius abundè à nobilibus illius regionis dotaretur. Egregiū duxit, subiectis sibi fratribus administrare, quia nouerat Christum non venisse ministrari, sed ministrare: & quicquid operis aliorum manus velut arduum & graue refugiebát, impigrè & incunctanter arripere non timebat, cum tamè esset præditus titulo regiæ nobilitatis, & dignitalis abbatialis; Molam ædificatam in fratrum, pauperumque vsum, multo tempore proprijs manibus rotauit. Obijt in Vuormholt, anno septingentesimo decimo sexto, meritis & annis maturus, vbi videre licuit glorificati hominis gloriam, sicut testatur liber miraculorum eius. Sacrosanctum corpus Bergas, quæ ab eo sancti Vuinoci dicuntur, trástulit Balduinus cognomine Calus Flandriæ Comes, anno nonagesimo, tertio Calendas Ianuarij. Est autem Bergense oppidum in Fládria sub episcopo Iprési, vbi Natale festiuum est sexto Nouembris. Ab hoc diuersus est ille Vuinochus, de quo Gregorius Turonensis libro quinto historiæ capite vigesimo primo; & libro octauo, capite trigesimo quarto.

Sanctus Vuinrugius presbyter fidem in Frisia prædicauit, & suo martyrio consignauit, cum sancto Bonifacio, & alijs.

Sanctus

Sanctus Vuinwalocus abbas in Britannia, multum claruit sanctitate & miraculis: quod historia eius clare pandit, à reuerendo Laurentio Surio posita in eius Natali, quinto Nonas Martij. Reliquiæ corporis occasione persecutionis Nortmannicæ, translatae sunt Gandauum ad sancti Petri monasterium, quod est in monte Blandinio. Cuius translationis cōmemoratio fit Calendis Augusti.

Sanctus V V I R O episcopus in Scotia electus, pro consecratione cum Plechelmo & Otgero Roman iuit, quem Apostolicus dominus consecrauit episcopum: eundemque honorem impertijt Plechelmo sancti viri socio. Cum ijsdem ex Scotia venit ad Pipinum Francorum Ducem, qui eos summa veneratione excoluit, & locum habitationis dedit in Petri monte, apud Ruremondam, vbi ad sepulcrū eius diuina gratia multa præstitit sanitatum beneficia. Corpus trāsstatum est Traiectum, ad primariam basilicam. Ecclesia enim Traiectensis, Nortmannorum persecutionem declinans, in dicto sancti Petri, siue, vt nunc loquuntur, sanctæ Odiliae monte, aliquamdiu resedit. Qua occasione corpus sanctū ad se recepit: & festum eius Duplex celebrat die octauo Maij. Sed prætereundum non est quod dux Pipinus sæpius Vuironem voluerit cōmunibus interesse cōsultationibus, quodque ei tāquam præsuli animæ suæ, vitæque patrono, propter eximiam sanctitatem, sua illi peccata cōfiteri solitus sit, nec erubuerit ad faciendam confessionē detractis calceis eum adire.

Sancta V V I V I N A virgo in pago, siue territorio Flandrensi orta, Richardum eam ada-

L 4 mantem

INDICVLVS

mantem sic conuertit, vt in Eecholt vitam eremiticam sit amplexatus: & ipsa, patria deserta, Bigardis multitudinem virginum congregauit, erga quas zelo charitatis exarsit. Eius corpus præcipiente episcopo Arnulphus abbas Affligniensis in feretrum collocauit. Claruit enim in vita, & post mortem, multis virtutibus, & miraculis. Natalis est decimo septimo Decembris; dies eleuationis, vigesimo quinto Septembris. Sunt autem duo monialium Ordinis sancti Benedicti monasteria, haud ita procul à Bruxella, quibus Bigardiæ nomen est. In remotiori & præfuit, & modo requiescit sancta Vuiuina, quod vulgo dicitur maior Bigardia.

Sanctus **VULFRANNVS**, episcopus Senonensis & confessor, in Frisonum conuersione cooperator fuit sancti Vuilibrordi. Anno enim septingentesimo, cū licentia regis Childeberti & Pipini principis, animum conuertit ad prædicandum Frisonum genti, sicut sibi diuinitus fuerat reuelatum. Quod opus per annos quinque infatigabiliter peregit: multiq̄ue nobilium & infimorum abrenunciata sorde idololatriæ, fidei fonte abluebantur, inter quos Radbodi regis filius, qui adhuc in albis positus, mundus vt creditur, transiit è mundo. Plurima virtutum miracula in itinere, & in eadem gente per eundem fiebant. Ex quibus vnum adferam. Barbara lege quemcunq; fors elegerat, is dijs immolandus ad laqueum ducebatur. Sors in puerum Ouonem cecidit, cuius vitam cum ab incredulo duce Vulfrannus obtinere non posset, precibus à Deo obtinuit eius, cum
duas

duas ferè horas pependisset, plenam incolumitatem. Ex quo factò plurima Frisonum multitudo est conuersa. Ipseque Quo salutaris lauacri vnda perfusus, in Fontanella presbyter, vitam Deo digna conuersatione terminauit. In maiori senectute positus, & pedum dolore frequenter vexatus, abdicato episcopatu, Fontanellam abiit, vbi habitum susceperat monachicum, ibique transiens coronam accepit æternam, anno Domini septingentesimo vigesimo, decimo tertio Calendas Aprilis. Vitam scripsit contemporaneus, Ionas Fontanellius. quem Surius habet tomo secundo historiarum.

Sanctus Vulmarus abbas Indiculo est inferendus eo quod ex Bononia siue Bologna Morinorum, venerit ad Altum montem monasterium, quod in Hannonia ad Sambram situm est, vbi monasticus ordo florebat sub fundatore Vincentio. Ibi primum & ludum literarum frequentabat: & circa boues pascendos, lignaque ad fratrum officinas importanda, versabatur. Ab hoc ministerio absolutus, vir humilis in clerum ascriptus est, & ob vitæ meritum etiam sacerdotio initiatus. Vt autem hominum laudes vitaret ingressus est eremum Flandriæ. vbi in caua arbore per tres dies delituit, omnis alimenti inops, donec illi Angelica cura cibis adferretur. Ea ab arbore Ekenses in agro Casletano nomen se habere arbitrantur, & Vulmarum templi sui præsidem studiosè venerantur. Inde ad agrum Boloniensem, in quo natus fuerat, profectus est, vbi in nemore construxit monasterium in hono-

rem beatissimæ virginis Mariæ, & sancti Petri Apostoli. Quiescit in dicto monasterio, haud procul à Belgio nostro, in diœcesi Morinensi; sed sedes Boloniam, siue Bononiam, est translata, post Morinorum deletionem. Natalis celebratur die vigesimo Iulij.

Sanctus VVLGANVS episcopus & confessor, quiescit in Artesia oppido Lenensi, siue Lens. Natalis est quarto Nonas Nouembris. Chronicon Cameracense eius sequentibus meminit verbis. Apud castrum Lenense, habetur quoque monasterium Canonicorum, vbi sanctus quiescit Vulganius, qui Scotus traditu extitisse.

Quod sequitur de Martyribus Belgij, typographi suo loco inserere neglexerunt, inter Martinum & Maternum. ideoque ne absit, hîc subiungemus.

Martyres Belgij Canonizatos sub suis nominibus collocauimus, sicut & aliquot non canonizatos. quibus & alij nonnulli addi possent. Nam Diogenes, qui primus ponitur ante Vedastum episcopus Atrebatensis, martyr scribitur fuisse sub persecutione Vuandalorum. Similiter Emino episcopus Tornacensis, siue Nouiomensis, in Nouiomi direptione à Nortmannis occisus est. Ijdem comburentes cœnobium diui Bertini, exquisitis cruciatibus interfecerunt eius loci Vuocardum & Vuinebaldum presbyteros, Gerardum & Regenardum diaconos.

Cæterum

Cæterum nobis hæc scribentibus, anno potissimum LXXII, tanta est Guesiorum in pastores & ecclesiasticos, atque Catholici nominis viros persecutio, vt putem plures elapso anno LXXII, occubuisse martyrio apud Belgas, quam spatio omnium annorum præcedentium vsque ad natalem Christi. Quæ autem sit gloria martyrum istius temporis, quamque horrenda perferant ob fidei integritatem supplicia, à me in præsentiarum scribi non potest, tum quod res ipsa integrum librum postularet, tum quod multa nondum sufficienter cognoscantur, vigente adhuc persecutione. Verùm quando Dei dignatione horum furor & persecutio finem habebit, prodibunt peculiare tractatus, qui nunc à diuersis conscribuntur, quibus Sanctorum martyrum pretiosa mors, & nobis, & omni posteritati commendabitur. Quod vt citissime fiat, rogandus est Deus per eosdem prouinciales nostros martyres, quos ipse coronauit.

Neque enim dubitamus, quin tam gloriosi Martyres, Belgij sui, iam in cælesti gloria constituti, curam & sollicitudinem gerant, pro cuius salute in hac mortali vita & laborabant & suspirabant. Itaque eorum patrocinio commendamus Belgij nostri afflictiones, vt ab eis precibus eorum cito liberemur.

CONCLUSIO.

HActenus recensiti sunt, & per literarum ordinem enumerati, Sancti patrij, patroni & tutores Belgij nostri. de quorum vita & sanctitate nonnulla

I N D I C V L V S

nonnulla adieci plerisque locis, ex eorum historijs, quas ad manum habere potui.

Nullumq; ex patrijs Belgij nostri Sanctis, in hoc indice prætermisi sciens, cuius natalis celebratur. Qui verò in hoc Catalogo à me prætermissi, adijci possent, ab eo qui omnes Belgios Sanctos exactissimè recenseret, tam patrios, quàm aduectitios, paucis aperire non grauabor.

Primum. Multi in Belgio miraculis claruerunt, aut multa sanctitate, qui vt Sancti habentur, quamuis natales eorum non celebrentur; neque vlla auctoritate, Pontificia videlicet vel episcopali, Sanctis sint ascripti. E quibus paucissimos tantum superiori libro recensui; quibus Sancti titulum non præposui, non quasi sancti non sint, sed quia tales ab ecclesia non sunt declarati. Qui verò omnes huiusmodi, sanctissimos Belgij maiores nostros enumerare conarentur, facile indiculum à me conscriptum, duplò, quàm arbitror auctiorem redderent. Et ex his multorum etiam extant descriptæ historiæ.

Secundo. Sanctos etiam aliquot celebriores, quorum vel sacra corpora vel insignes corporum portiones aliunde accepimus, Indiculo inscripsi. Sed de his exteris & aduectitijs Sanctis, qui diligenter vellet scrutari, plurimos facile superadderet ijs quos inscripsi. Multis enim locis extant corpora de numero vndecim millium virginum: quibusdam, Thebæorum & Innocentium martyrum. Rursus, habentur quibusdam locis vtcunque notabiles reliquiæ quorundam Sanctorum, de quibus haud inutiliter nonnulla

aliqua

nulla
T
Belg
tame
obser
nian
Vigo
habit
tem
Corb
dum
Q
gæ s
anno
sanct
etian
hos
omif
supp
Su
rent
Mod
lum
Seue
pini
R
mori
rum
rum.
sui; M
stum
Gem

nulla conscriberentur, quæ Belgiū concernerent.

Tertio. Sanctos nonnullos posui qui in nostro Belgio fundamenta iecerunt pietatis: postmodum tamen eam egressi, alibi claruerunt. Alij plures obseruare poterunt & annotare. Nam sanctus Iunianus fertur natione fuisse Cameracensis; sanctus Vigor, Baiocensis episcopus, primum Atrebatī habitauit: & sanctum Adalardum Corbeiaē abbatem, scribit Meierus ex Vscia, quæ monasterio Corbeiensi data est, apud Aldenardum oriundum esse.

Quarto. Similiter aliquot Sanctos qui nec Belgæ sunt, nec in Belgio quiescunt, superiori libro annotaui, propter magna beneficia quibus vel sancte viuendo, aut prædicando Christum, aut etiam aliter, Belgio nostro benefecerunt. Neque hos me arbitror omnes recensuisse; sed aliquos omisisse, aut ignorasse, quos aliorum diligentia suppleat.

Sunt etiam qui Belgij sanctis plures annumerent propter sanguinis vinculum; vt, sanctum Modoaldum episcopum Treuirensē, auunculum beatæ Gertrudis, & ipsius sororem sanctam Seueram, rursus sanctam Noitburgem filiam Pipini Herstalli, & alios nonnullos.

Rursus ascribi possent celebres aliquot memoriæ, Corporis Christi, beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum: item, festa quarundam reliquiarum. Nam, quantum recordor, ex his tantum posui; Memoriam corporis Christi Bruxellæ, & festum reliquiarum ecclesiæ Atrebatensis: item Gemblacensis, & Lætiensis.

Verum

CHRONICON

Verum & hæc, & quæ de Sanctis Belgij copio-
 sius ad eorum honorem, & nostram in fide & mo-
 ribus ædificationem, dicenda forent, ea ab alijs
 expecto. Quoniam me minus idoneum video ad
 ea perscribenda, utpote qui Louanij alijs alligatus
 sum occupationibus: Quare satis mihi est, quod
 mea exiguitas alijs, qui maiora poterunt, viam
 quandam strauerit: quodque dum ea non pro-
 deunt, paruus hic extet libellus, unde Belga sum-
 mariam quandam notitiam accipere possit de ec-
 clesiastico statu Belgarum: Quando videlicet &
 per quos, Catholicam fidem Belgicæ ditio-
 nes acceperint, & qui Sancti, quibus
 temporibus & locis, diuina
 bonitate apud Belgas
 claruerint.

CHRO.



anno V

C
I



possi

T

Quar
Treu
etiam
Mate
cellus
nus, M
his ep
status
San
tur H
anno

D

annis
ximia
Sub h

CHRONICON

BREVISSIMUM DE SANCTIS BELGII.



Erùm ea quæ temporū confusione latius digesta sunt, per tēporum successione breuiter recapitulare placuit, vt ex compendiosa subsequentiū lectione, Belgarum ecclesiasticus status agnosci possit, potissimum quo ad initia & incrementa.

CAPVT I.

Tungri igitur, inter Belgarum populos primi, vsque ad Treuirorum fines habitauerunt. *Tungri.* Quare mirum non est, si decem sancti episcopi Treuirenses, recenseantur vsque ad Seruatium, etiam Tungrenses episcopi, hoc videlicet ordine, Maternus, discipulus sancti Petri, Nautus, Marcellus, Metropolus, Seuerinus, Florentius, Martinus, Maximinus, & Valētinus. Qualis autem sub his episcopis fuerit Tungrorum in fide Catholica status, ad nos non peruēnit.

Sanctus Martinus inter hos specialiter celebratur Hasbanorum Apostolus, cuius obitus ponitur anno ducentesimo septuagesimo sexto. *Hasbani.*

CAPVT II.

Diocletianus imperator est appellatus anno ducētesimo octuagesimo quarto; imperauit annis viginti, & collegam imperij assumpsit Maximianum, anno ducētesimo octuagesimo sexto. Sub horū grauisima in Christianos persecutione, nonnulli

nonnulli è Roma, ob fidei prædicationem, Gallias adierunt, vt Quintinus, Crispinus, Crispinianus, Lucianus, Fuscianus, Victoricus, Regulus, Piatas, Chrysolius, & alij. Ex his Fuscianus & Victoricus Christum prædicauerunt Ambianis & Morinis, postmodum Ambianis glorioso martyrio coronati, vt plærque alij alijs in locis, per Rictio-uarum Galliarum præsidem.

Morini.

Tornacenses.

Piatas vero & Chrysolius Tornacum Christi nomen atque Euangelium attulerunt, idemque martyrio obfignarunt, Piatas sepultus Siclinij apud Tornacum: Chrysolius, Cominij ad Lisam.

CAPVT III.

Constantinus imperator appellatur anno trecentesimo sexto, imperat annis triginta & vno. Sub hoc imperatore, cessante persecutione paganorum, vnica Arii Alexandrini scintilla, orbem Christianum populata est. Quam pestilentissimam & diuturnam hæresim, innumera mala concomitabantur.

Floruit post mortem Constantini sanctissimus Seruatius, primus Tungrorum proprius episcopus, qui contra Euphratem pseudoepiscopum Arianum, sententiam protulit in Concilio Agrippino: qui que Arimini non cessit minis & terculis Arianorum, sed contra eos fidei professiones edidit.

*i. Belgarum
vastatio
per Vandalos &
Hunnos.*

Idem vir sanctissimus, cum rumor esset Vandalos & Hunnos in Gallias velle prorumpere, ieiunijs & vigilijs vacans, & crebro lachrymarum imbrepersusus, Dominum precabatur, ne vnquam gentem

gentem hanc incredulam, in Gallias venire permitteret. Sed sentiens per spiritum pro delictis populi hoc sibi non concedi, Romam expetijt, ibique adiunctis Apostolicæ virtutis patrocinijs, hoc ipsum flagitabat. Sed ab Apostolo responsum accepit, Domini deliberatione Hunnos Gallias maxima tempestate debere depopulari, sed ipsius oculos ea mala non visuros. Quare Tungros rediens, relicta vrbe, quæ euertenda erat, sedem episcopalem Traiectum transposuit, vbi modica febris pulsatus, à corpore recessit.

Subsecuta est magna Dei per totas Gallias indignatio, qua eas à Vuandalis, Hunnis, & alijs nationibus, deuastari permisit. De ea sic scribit Gerontiaë Hieronymus. Quod rari huc vsque residemus, non nostri meriti, sed Domini misericordiæ est. Innumerabiles & ferocissimæ nationes, vniuersas Gallias occuparunt. Magoniacum nobilis quondam ciuitas, capta atque subuersa est, & in ecclesia multa hominum milia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, &c. populata sunt cuncta.

In ea vastatione martyrio occubuit S. Nicasius Remensis episcopus, qui Missarum solennitatibus peractis, à Vuandalis, intra ecclesiam Remensem, passus est martyrium. Subfuerunt autem Remensi archiepiscopo in nostro Belgio episcopatus quatuor, Atrebatensis, Cameracensis, Tornacensis, & Morinensis. Huius enim episcopatus maior portio in Belgio semper fuit.

M Vidit

Vidit huius vastationis miseras confessor Victorius, sanctissimus episcopus Rothomagensis, ad quem Innocentius primus epistolam scripsit decretalem. Cui multum Belgæ debent. Scribit enim sanctus Paulinus Nolanus præsul, eius prædicatione lucem magnam accepisse & Morinos, & Neruicum tractum, in quo primaria vrbs est Tornacus.

Porro Vuandali, anno quadringentesimo decimo tertio, Gothorum timore Gallias reliquerunt, quas per multos annos lacerauerant, & primum Hispanias occuparunt, deinde Mauritaniam inuaserunt, denique Africam indignissimis modis tractauerunt.

Nec Tungri ab eis excisi vnquam pristinam dignitatem recuperare potuerunt, humile postea oppidum, & Hasbaniaë annumeratum. Vacauit etiam sedes à morte Seruatij, vsque in Clodouei tempora. Sub quo interuallo Traiecti claruit S. Candidus episcopus.

Eodem interuallo claruit sanctissimus Seuerinus episcopus Coloniensis, qui in transitu beati Martini audire meruit voces psallentium angelorum. Cuius maximo sudore & sana doctrina, non tantum Coloniensis ecclesia, sed etiam Tungrensis, & vicina, ab infestatione Arianæ hæresis, sunt defensæ.

Succesit ei suus archidiaconus S. Euergillus, patria Tungrensis, qui etiam patrium locum, & multa prædicatione, & martyrio, decorauit.

Subsecuta est secunda Galliarum vastatio, anno quadringentesimo quinquagesimo tertio, per Attilam

Attilam flagellum Dei, qui cum quinquaginta millibus Hunnorum, instar turbinis, sic totam Galliam vastauit, quod vix vlla ciuitas Hunnicam rabiem subterfugerit. Sed superuenit Ætius Romanus, qui in campis Catalaunis Attilam regem vicit; vbi cæsa sunt centum octoginta quinque millia, inter quos Theodoricus rex Visigothorum. Vnde Attila cum reliquijs in Pannoniam se recepit & inde Italiam agresus, omnes penè ciuitates eius aut diruit, aut diripuit, aut incendit.

2. Belgiorum vastatio per Attilam Hunnorum regem.

Anno quadringentesimo quinquagesimo quarto sanctus Eleutherius consecratur episcopus Tornacensium, qui in suburbio resedit annis octo, Tornaci annis triginta septem, de quo Tornacenses canunt:

*Miro modo sunt conuersi
Per hunc ciues vniuersi.*

CAPVT IIII.

Clodoueus primus Francorum rex Christianus, regnauit annis triginta, obiit anno quingentesimo decimo quinto. Hunc regem S. Vedastus Catholicæ fidei firmis initiauit fundamentis, qui postmodum à beato Remigio, Remorum archiepiscopo, ordinatur episcopus, & ad prædicandum verbum vitæ Atrebatensi vrbi dirigitur, quam gubernauit annis quadraginta.

Artesj.

Childebertus Clodouei filius cum Clotario fratre regnat annis quadraginta quinque, moritur anno quingentesimo sexagesimo. Clotarius solus regnat annis quinque, moritur anno quingentesimo sexagesimo quinto.

M a Sub

C H R O N I C O N

Sub his in Traiecto ad Mosam claret S. Domitianus episcopus, qui aliquot Galliarum synodis interfuit.

Flandri. Et in Nouiomo S. Medardus qui ex Augusta Veromanduorum, à Vuandalis & Hunnis euerfa, sedem episcopalem Nouiomum transtulit, & à morte sancti Eleutherij simul cum dicta administravit Tornacensem ecclesiam. Vnde ab eo tempore Tornacum proprio episcopo caruit; vsque ad tempora Eugenij tertij. Obijt autem Medardus anno quingentesimo quinquagesimo sexto, postquam Flandrensi gentem ferocem, per quindecim annorum spatium, ad diuinum cultum informasset.

Chilpericus Clotarij filius regnat annis viginti moritur anno quingentesimo octuagesimo sexto. Claret Traiecti sanctus Monulphus episcopus, qui prædiorum suorum, inter quæ Dionantum, beatum Seruatium scripsit hæredem.

Clotarius secundus, Chilperici filius, regnat annis quadraginta quatuor, moritur anno sexcentesimo trigesimo.

Sub eo moritur, anno quingentesimo nonagesimo quarto, sanctus Gaugericus episcopus Cameracensis, qui episcopatu functus est annis fere quadraginta, sede episcopali ex Atrebato in Cameracum translata. Fuit in bonis operibus, & fidei prædicatione indefessus.

Eodem regnante, clarent Traiecti ad Mosam sancti episcopi Gondulphus & Perpetuus. Quibus Placentius adiicit Euergisum.

Sanctus verò Amandus, Aquitanorum ducis filius,

filius, ex Bituricensi monasterio, Apostolorum limina Romæ visit, vbi à diuo Petro admonetur, vt in Gallias prædicandi causa remeet, quas statim miraculorum & prædicationis gloria illustrabat.

CAPVT V.

DAgobertus Clotarij filius regnat annis sedecim, moritur anno sexcentesimo quadragesimo sexto.

Clodoueus secundus, eius filius, regnat annis septendecim, moritur anno sexcentesimo sexagesimo sexto, Sigeberto fratre eius regnante in Austrasia.

Clotarius tertius, Clodouei filius regnat annis tribus, moritur anno sexcentesimo sexagesimo nono.

Sub his regibus mirabiliter profecit Christiana religio apud Belgas. Imprimis Martinus primus creatur Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifex, anno sexcentesimo quadragesimo octauo: obiit anno sexcentesimo quinquagesimo tertio, à quo multi Belgici prædicatores auctoritatem prædicandi acceperunt, idemque petenti Amando plures dedit cooperatores.

Omnes Belgij diœceses habuerunt tunc præ- *Prædicatores Apostolici per Belgiam.*
sules viros planè Apostolicos, & in fidei propagatione feruentissimos.

Traiectum ad Mosam habuit sanctum Amandum, Is enim cum per Gallias miraculorum & prædicationis gratia clareret, mortuo Ioanne, qui ob mansuetudinem Agnus agnominabatur, ad regimen ecclesiæ Traiectensis coactus est à

M 3 Dago-

Dagoberto, & sacerdotibus. Anno tamen sexcentesimo trigesimo octavo, Tungrensi episcopatu posthabito, maluit pluribus in locis verbi instare officio, ad fidelium maiorem multiplicationem. Quantum verò religio per eum creuerit ex sequentibus plenius constabit. Obijt anno sexcentesimo sexagesimo primo.

Succesit ei anno sexcentesimo quadragesimo sexto, aut circiter, sanctus Remaclus Aquitanus, qui se Solemniaci in Christi tyrocinio exercuerat, quo cooperante rex Sigebertus, de posteritate prolis desperans, duodecim construxit monasteria, in quibus eminebant in Arduenna, Stabuletum, & Malmundarium. Ipseque Remaclus, post aliquot annos, propter attritos suæ ecclesiæ fructus, & concurrentes sæculares tumultus, habitum vitæ monachicæ assumpsit in Stabuleto, vbi vixit ad annum vsque sexcentesimum nonagesimum primum.

Succesit in regimine diocesis sanctus Theodardus, qui cum super iniustitijs, ecclesiæ suæ illatis, apud Childericum Austrasiæ regem legaliter exoptulare deliberaret, à filijs Belial, qui coram palatinis causam agi nolebant, in Alsatiam vsque eum insequentibus, est crudeliter martyrizatus. Cuius corpus evidentibus signis clarum, suo iure Lambertus repetijt.

Hannonij Cameraci clarebat sanctus Autbertus episcopus. Sub quo, & per quem, Hannonia in Christi cultu florere cœpit.

Tornaci siue Nouiomi clarebat sanctus Aicharius episcopus, cuius benedictione habita

Amano

Amandus Gandensibus Christum annunciauit. *Gādenses.*

Et eo mortuo, anno sexcentesimo quadragesimo septimo, successit sanctus Eligius vsque ad annum sexcentimum sexagesimum, qui fuit Flan- *Antuer-*
drensiū & Antuerpiensiū Apostolus. *pienses.*

Multi etiam de Scotia, vel Hybernia, in Gallijs peregrinātes, verbum Dei seminabant, multum-
que fructum Deo faciebant, per Hannoniam, Bra- *Brabantio.*
bantiam, Flandriam, & loca vicina. Primum san-
ctus Liuinus archiepiscopus, qui ex Scotia Gan-
dauum venit, cum tribus discipulis, & inde præ-
dicationis gratia profectus per Flandriæ & Bra-
bantia loca, innumeros ad fidem conuertit, &
apud Escham glorioso martyrio est coronatus,
anno sexcentesimo trigesimo tertio, cum Cra-
phailde & Brixio. Deinde tres sanctissimi fra-
tres Furseus, qui à Clodoueo honorifice susce-
ptus, Latiniacum cœnobium fundauit. Foillanus
episcopus, martyrizatus anno sexcētesimo quin-
quagesimo quinto, qui dono sanctæ Gertrudis
Fossense monasterium fundauit, in quo quiescit,
& Vltanus abbas Fossensis: item S. Fredegandus,
sanctus Vuasulphus episcopus, qui in Condato
monasterio Domino vsque ad obitum seruiuit:
sanctus Etto episcopus, qui apud Auesnas, ver-
bum Dei seminauit: sanctus Bertuinus episco-
pus, qui Maloniam cœnobium construxit apud
Namurcum: sanctus Eloquius, qui fundauit
Vualciodorensē, monasterium, & alij.

Venerunt & aliunde aliquot prædicatores, vt
sanctus Gissenus è Græcia: sanctus Landoaldus
archipresbyter, è Roma.

M 4

Fuerunt

C H R O N I C O N

Fuerunt & patrij prædicatores, inter quos celebriores, sanctus Trudo presbyter, qui monasterium extruxit in Sarcinio, quod nunc est sancti Trudonis oppidum, & maxima sedulitate circumuicinis euangelium prædicans, paganismum nondum plenè repurgatum profligauit: sanctus Landelinus abbas Crispiniensis, quatuor cœnobiolorum fundator: & sanctus Humbertus episcopus, fundator Maricolensis monasterij.

In territorio itaque Leodiensi claruerunt hoc tempore iam dicti episcopi, sanctus Amandus, martyr Theodardus, & sanctus Remaclus, qui relicto episcopatu, abbas fuit Stabulensis in Arduenna: item sanctus Babolenus ipse per resignationem successor; sanctus Mono martyr, qui Nassoniæ quiescit: sanctus Hadelinus confessor, & doctor salutis, qui ad Legiam habuit cœnobium: sanctus Amor diaconus, vt opinor, vixit eodem tempore, Traiectum ac Belisiam euocatus ex Aquitania patrio loco, exemplo sanctorum Amandi, Remacli, & Hadelini.

Rursus claruerunt in Hasbania sanctus Landoaldus archipresbyter, qui admirabilem puerum Lambertum instituit, & annis nouem vicarius fuit sancti Amandi, pontificis, dum is paganus Christum prædicabat, item sanctus Amantius diaconus, & alij collegæ quos à Martino papa sanctus Amandus, sibi ex vrbe Roma cooperatores accepit, item sancta Vinciana virgo soror Landoaldi, sancta Adeltrudis virgo, sanctus Adrianus nuncius & martyr. Qui omnes in Vuintershouen quieuerunt, apud Tungros, inde postea
Ganda-

Gandauum translati. Vixit denique tunc apud Hasbanos sanctus Trudo, qui in pietate & paganorum conuersione valdè celebris fuit, eo loci vbi monasterium est, & oppidum, quæ ab eo sancti Trudonis dicuntur.

Sed ad Brabantiam transeamus. In ea florebant, Pipinus de Landis, primus Brabantia dux, *Brabantia primisia.* & maior domus in regno Austrasiæ: Iduberga eius vxor, cuius frater fuit sanctus Modoaldus, episcopus Treuirensis, soror sancta Seuera. Sanctus Amandus in multis Brabantia locis fidem Christi prædicabat, potissimum iuxta Niellam, & Bruxellam. Ipsi instinctu Iduberga sibi & filia suæ sanctissimæ Gertrudi, Christiq; familiae, cœnobium construxit Niuellense, in quo vtramque sacro velamine cōsecrauit; Foresti discipulam habuit sanctam Alenam, virginem & martyrem. Sanctus verò martyr Liuinus, prædicabat in Occidentali Brabantia, versus Flandriam. In territorio Antuerpiensi contra infidelitatem pugnabat sanctus Eligius episcopus. Scribit enim sanctus Audoënus eū iugi instantia Audouerpis pugnasse, multosque erroneos conuertisse. Clarebant præterea eo tempore in Brabantia sancta Beggha soror sanctæ Gertrudis, quæ Andainæ apud Namurcum cœnobium construxit: Sancta Gudila virgo, postmodum Bruxellam translata: sancta Reineldis, virgo & martyr Santhis: sancta Phairildis virgo: sancta Ermelendis, Meldricis, inter Thenas & Louanium: sancta Berlendis, cum Nona & Celsa Merbeccæ, & sancta Ragenussa virgo in Gallica Brabantia Aicuria.

*Flandria.
primicia.*

Porro apud Flandros Gandauensibus, sanctus Amandus verbum Dei prædicare non destitit, quantumuis ab incredulis permulta pateretur. vbi discipulum habuit magnum illum Bauonem filium Agilulfi Comitis Hasbanię, qui ex secolari militia ad monasticam vitam transijt, contra Mauricij imperatoris edictũ. Idem, beato Amando promotore, Gandense cœnobium construxit, & dotauit. in quo post aliquot annorum pœnitentiam, vitam temporalem cum æterna commutauit, anno sexcentesimo trigesimo primo. Construxit ibidem Amandus ad honorem sancti Petri alterum monasterium, in monte Blandinio. Vtrique abbatem præfecit sanctum Floribertum. Instituit etiam in Truncinio, haud procul à portu Gandensi, clericorum collegium. Venit autẽ illuc anno sexcentesimo trigesimo tertio sanctus Liuinus archiepiscopus cum tribus discipulis, Foillano, Helia, & Kiliano, vt inter infideles Euangelium plátaret. qui à sancto Florberto abbate, eiusque fratribus, benignè exceptus est, & triginta continuos dies super sancti Bauonis sepulcrum Missarũ solennia celebrauit, deinde per Flandrię & Brabantię loca, vsque ad gloriosum suum martyrium, constanter prædicauit, & multos ad fidem Christi cõuertit. Multum etiam in Flandris laborauit sanctus Eligius episcopus, qui pastoris cura sollicitus lustrabat vrbes, & municipia, circumqua; sibi commissa. Constat autẽ ex historia, quam sanctus Audoënus scripsit, eum peculiarem curam habuisse Nouiomensium, Tornacensium, Flandrensium, Gandensium, & Corturiacensium,
sue

siue Cortracensium. Ostburgi, Aldenburgi, Rondenburgi, Brugis, sacras inchoauit ædes. In territorio Tornacensi eleuauit corpus sancti Piatii martyris in pretiosum monumentum, & Gandau sancti Bauonis reliquias. Eodem tempore clarebat Turolti Domlinus, religiosissimus presbyter: & sanctus Trudo, Hasbanus, in Brugenfi agro sibi gentilitio monasterium construebat, ubi octoginta monachos aluit. Clarebat etiam Amandus episcopus apud Flandros, Gallicanos potissimum, præter dictos Gandenses, hoc est, in Pabulensi territorio, & in Austrouandia. Ad Elnonem, celeberrimum construxit monasterium, quod sancti Amandi dicitur, ubi abbatem præfecit sanctum Andream. Martianis discipulum habuit sanctum Ionatum, primum abbatem: & sanctissimam Rictrudem, viduam ducis Adalbaldi, quæ viro orbata à beato Amando consecratum velum accepit, & cum prolibus Clotsende, sancta Eusebia, & Adalsende, Martianas monasterium delegit, rege quidem indignante, sed pacem inter eum & ipsam conciliauit beatus Amandus. In Broylo discipulum habuit sanctum Maurontum diaconum & abbatem, filium sanctæ Rictrudis: & in Hamatico, sanctam Gertrudem viduam, primam abbatissam.

In Hannonia clarus erat per ea tēpora sanctus *Hannonia* Autbertus, episcopus Cameracēsis, successor san- *Prinastia.*
cti Ableberti, per quem in superni amoris feruore adeo accensus est S. Vincētius, Comes Hānoniæ, quod deposito militiæ cingulo se totum astrinxerit ad cultū diuinū; & duo monasteria cōstruxerit

VNUM

CHRONICON

vnnum in Altomonte, in quo habitū monachicum
 assumpsit: & alterum Sonegijs, in quo obdormi-
 uit. Fuerat annis aliquot Hyberniæ gubernator,
 qua etiam occasione insignes aliquot fidei prædi-
 catores, iam ante memorati, ex Hybernia ad nos
 libentius venerunt. E quibus apud Hannonios
 corporaliter quiescunt, Sancti, Etto & Vuasul-
 phus. Clarebat etiam sanctus Landelinus Ca-
 meracensis, ex sacro fonte filiafter sancti Autber-
 ti, qui diuturna excoctus pœnitentia, (eum enim
 errabundum in gremium Ecclesiæ reduxit san-
 ctus Autbertus) quatuor insignia fundauit mona-
 steria, Lobium, & Alnas, in territorio Leodiensi:
 Item Vuaslarium & Crispinium, in quo postremo
 monasterio resedit, eundemque locum, cum vici-
 nis, vomere diuinæ prædicationis excoluit, cum
 discipulis, sancto Domitiano, & sancto Adelino.
 Inter Crispinium & Montes, potissimum clare-
 bat sanctus Gislenus, cum discipulis suis sancto
 Lamberto, & sancto Berlerio, qui non paucos in
 ouile dominicum introduxit, & eo loci Cellam
 fundauit in honorem Apostolorum, quæ nunc est
 primaria abbatia Hannoniæ, dicta sancti Gislenni.
 Montibus cellam siue monasterium construebat
 sancta Vualdetrudis, in quo vixit, seruata charita-
 te, separata à suo marito. Sed hodie est nobilium
 Canonicarum collegium. Clarebant etiam sancti-
 tate parêtes eius, Vualbertus & Bertilia: item so-
 ror sancta Aldegundis, quæ Malbodium mona-
 sterium fundauit: & proles, sanctus Landricus,
 sancta Aldetrudis, sancta Madelberta, quæ duæ in
 regimine Malbodiensis monasterij, successerunt
 suæ

fuæ r
 tuus
 qui N
 dam,
 etiam
 longi

C
 publi
 pter
 frater
 ad re
 rum
 simo

C
 racer
 tudin
 genit
 etian
 la H
 berte
 eta V
 in ag
 tesim

Sa
 Trai
 nus
 pum
 feus,
 rio a

fuæ materteræ, & Dentelinus puer in albis mortuus. Claruit etiam sanctus Humbertus episcopus qui Maricolense cœnobium fundauit, & alij quidam, quos in subsequētib; nominabimus. vbi etiam nonnulli ex dictis nominari possent ob longiorem vitam.

CAPVT VI.

Clotario mortuo anno sexcentesimo sexagesimo sexto, Theodoricus frater in regnum sublimatur, ab Ebroino maioris domus, sed propter Ebroini insolentiam à Francis repudiatur, & frater eius Hildericus, qui in Austrasia regnabat, ad regnandum euocatur. sed Theodoricus iterum restitutus est, anno sexcentesimo septuagesimo octauo.

Claruit sanctus Vindicianus episcopus Cameracensis, siue Atrebatensis, qui numerosam multitudinem ad Dominum conuertit. Ecclesiam Dei genitricis Atrebatensem, ex rebus proprijs, vna etiam cum rege Theodorico, augmentauit. In villa Hunolcort, cum pretiosissimo martyre Lamberto, monasterium consecrauit, cui præfuit sancta Valeria. Sancta Maxellendis virgo à proco in agro Cameracensi martyrizatur, anno sexcentesimo septuagesimo.

Sanctum Lambertum clarissimum episcopum Traiectensium ad Mosam, episcopatu priuat Ebroinus. In exilium mittit sanctum Amatam episcopum. quem exulem, primo fouebat sanctus Furseus, deinde sanctus Maurontus. Crudeli martyrio affecit in Artesia, sanctum Leodegarium episcopum

scopum

scopum, & fratrem eius, sanctum Gerinum.
 Sanctus Audomarus moritur episcopus Morinorum, anno sexcentesimo nonagesimo quinto. Velauit sanctam Austrebertam Taruanensem, & Morinos magna ex parte relapsos in idololatriam, ad veram pietatem reduxit. Suscepit ex Luxouio Burgundie monasterio, vbi monachus fuerat, tres religiosissimos viros, sanctum Bertinum, sanctum Mommolenum, & Bertranum, qui officium legationis suae, labore continuæ prædicationis subibant: Ex his Bertinus anno sexcentesimo nonagesimo octauo, obdormiuit in monasterio suo Sithiu dicto, quod hodie est celeberrimum monasterium sancti Bertini, in oppido sancti Audomari. Sanctus Mommolenus verò, obiit episcopus Nouiomensis, anno sexcentesimo nonagesimo quarto. Clarebant etiam apud Morinos, sanctus Vulmarus abbas, sanctus Vualbertus Comes Arkenfis, qui ad Luxouium commigrans, ibi abbas obiit: sanctus Bertulfus confessor in Rentica; & in Artesia iuxta Aream, martyr Venantius.

Præterea sanctus Vuinocus, frater sancti Iudoci anno sexcentesimo sexagesimo venit ad sanctissimum Bertinum, sub quo in monachatu iugum Domini tulit, à quo etiã ob insignem pietatẽ & doctrinam in Flandriã est missus, ad prædicandum Christi Euangelium, & abbas cellæ siue monasterij in Vuormholt cõstitutus: vbi anno septingentesimo decimo sexto migravit, meritis, & annis, maturus.

Sanctus Vuilfridus episcopus Eboracensis siue Northumbrorum, episcopatu pulsus, Romam iuit, coram Apostolico papa causam dicturus. sed

*Morini
sanctitate
clari.*

Arifj.

nauim

naui
pulic
ge A
tis in
prim
quoc
dus r
A
cerdo
tia no
stren
naui
profe
tem.
temp
Frisia
tiilli
præd
P
B
cum r
prim
liorat
iugat
rere p
Chris
igni v
Reg
obiit
douer
nonag

navim conscendens, flante Fauonio Frisiam ap-
pulis, vbi honorificè susceptus est à barbaris & re-
ge Aldgiso, & multa eorum millia verbo verita-
tis instituit, & fonte salutari regeneravit, vnde
primus ibi per hyemem opus euangelicum cepit;
quod postmodum reuerendissimus Vuillibro-
dus magna deuotione compleuit.

Aliquanto post, sanctus Ecbertus pater ac sa-
cerdos Deo amabilis, & cum omni honorificen-
tia nominandus, sitiens salutem Frisonum, cum
strenuissimis socijs, & ad prædicandum idoneis,
navim ingressus est; sed diuina voluntas eum illi
profectioni subtraxit ob aliam ecclesiæ utilita-
tem. Et vnus tantum ex socijs, Vuigbertus, con-
temptu mundi & doctrinæ scientia insignis, in
Frisiam peruenit, & duobus annis continuis gen-
ti illi, ac regi, sed sine profectu, verbum salutis
prædicabat.

CAPVT VII.

Pipinus Herstallus, secundus eo nomine dux
Brabantia, filius sanctæ Begghæ, Theodori-
cum regem capit anno sexcentesimo nonagesimo
primo, & sub eo principando statum rerum me-
liorat. Frisios, capta eorū vrbe Traiecto, sibi sub-
iugat, qui nunquam antea didicerant externo pa-
rere principi. Erāt enim fidei hostes, & in odium
Christiani nominis Franciam orientalem ferro &
igni vastabant.

Regnabāt tūc in Frācia, Theodoricus iā dictus:
obiit anno sexcētesimo nonagesimo tertio. Clo-
douens tertius, eius filius: obiit anno sexcētesimo
nonagesimo septimo; & Childebert⁹ Theodoricī
filius;

C H R O N I C O N

filius; obiit anno septingentesimo decimo quinto.

Sanctissimus Lambertus, post septennium sui exilij, ex monasterio Stabulensi, per Pipinum relocatur in sua sede, Traiecti ad Mosam. Sepultura tradidit sanctā Landradā virginem, quæ fundauit Belisiam monasterium, quod nunc est Canoniarum collegium. Sanctam Odam, viduam Boggis ducis Aquitanorum, ad sæculi contemptum induxit. Quæ ecclesias sua munificencia passim ditans, beato fine quieuit, in monasterio suo Amanij apud Namurcum. Ad fidem conuertit Taxandros & Campinienses. vnde Apostolus Taxandriæ dici meruit.

Incidit postmodum gloriosus ille Pipinus in fœdum & publicum adulterium, vnde Lambertus, quibus potuit modis, eum reuocare laborauit. Quam ob causam Dodo, frater ipsius pellicis, Lambertum Legiæ, siue Leodij, in oratorio Cosmæ & Damiani orantem, glorioso martyrio interemit, cum consanguineis Láberti Petro & Andoletio, anno sexcentesimo nonagesimo octauo.

Succesit pretioso martyri, sanctus Hubertus, Romæ diuina admonitione consecratus, qui filius erat Bertrandi ducis Aquitaniæ, sed propter Ebroini tyránidem ad Pipinum confugerat. Multos ab idololatria ad fidem Christi conuertit, potissimum Brabátos, apud quos etiam Furæ obijse fertur, inter Louanium & Bruxellas. Anno septingentesimo decimo, cœlitus admonitus, corpus sanctissimi martyris Lamberti, & sedem episcopalem, transtulit ad villam Legiam, quæ martyrio, miraculis, & patrocínio tanti martyris nobilitata,

bilitata, nunc est primaria vrbs amplissimæ ditio-
nis Leodiensis. Est autem sancti Huberti corpus
aliquanto post translatum in Arduennam, ad An-
dainum, celeberrimum monasterium, quod san-
ctus Beregifus construxit tempore iam dicti Pi-
pini Herstalli.

Sub hoc principe, per Anglos, catholicam fi-
dem receperunt Frisij, hoc est, ij qui nunc dicuntur *Frisij.*
Traiectini, Frisij, Groningenses, Transiselani, *Traiectini.*
Hollandi, & Geldri. *Hollandi.*
Geldri.

Sanctus quippe Ecgbertus iteratò attentavit
aliquos ad Frisonum & Saxonum conuersionem
destinare. Congregauit itaque duodecim Apo-
stolicos viros, Vuillibrordum, Suuitbertum, Ac-
cam, Vuigbertum, Vuilibaldum, Vuiniboldum,
Lebuinum, Euualdum nigrum, Euualdum album,
Vueréfridum, Marcellinum, & Adalbertum. Qui
Dominici gregis arietes, Traiectum appulerunt,
anno sexcêtesimo nonagesimo, & cōstanter Chri-
stum euangelizando, multos Deo lucrati sunt.

Ex his sanctus Vuillibrordus, & sanctus Suuit-
bertus, communi fratrum decreto electi sunt vt in
episcopos consecrarentur. Quare Vuillibrordus à
Pipino rege missus est Romam ad Sergium pa-
pam, qui eum anno nonagesimo sexto Clemen-
tem transnominauit, & Frisonum archiepisco-
pum consecrauit. Quem in tanto honore habuit
Pipinus princeps, quod ei & successoribus regali
donatione contulerit Traiectensem ciuitatem,
cum omnibus appendicijs. In fundo basilicæ san-
cti Thomæ construxit cœnobitalium canonico-
rum collegium. In oppido Renensi fertur leuasse
N corpus

corpus sanctæ Cuneræ. Laborauit etiam extra Frisiam. In Lotharingia enim, discipulas habuit, sanctas Harlindem & Relindem, sanctimoniales apud Maeseike: quæ nunc Leodij annumeratur. In Flandria conuertit Hulsteses, Axellanos, Haneses, Birsletanos. Treuiris, in ecclesia beatæ Mariæ ad martyres, instituit monasteriû Benedictinorum, in quo altare asseruatur portatile, quo usus est in gentiû conuersione. Epternaci apud Luxemburgos, monasteriû cõstruxit celeberrimû, in quo sepultus est anno septingentesimo trigesimo sexto.

Suuidbertus Vuillibrordi cõepiscopus.

Teisterbandia.

Sanctus Suuidbertus cõepiscopus sancti Vuillibrordi, consecratus est in Anglia, anno nonagesimo quinto, & multos conuertit in Traiectensi patria, Hollãdia & Geldria, potissimum **Duinc/hagenstejn**/ Alcmariã, Vuaterlandiã, Gorcomium, Bommeliã, Tielã, Huesdam, Burã, Batuã, & alia loca. Nominatur Apostolus Teisterbandiæ, Vuestphaliæ & Boructuariorû. Obijt anno septingentesimo decimo, sepultus in Vuerda Cæsaris ad Rhenum, vbi monasterium construxerat, ex thesauro principis Pipini, cui præfecerat sanctum Vuelleicum, euangelicum sacerdotem, Canonicum conuentus nouellæ Traiectensis ecclesiæ.

Acca, in Angliã abiit cum sancto Suuitberto, quando is in episcopum Frisiæ consecrandus erat: sed redeunte Suuitberto ipse ibi retentus est, & in episcopum Lindisfarnensem consecratus.

Vuigbertus, in Fostilandia Frisijs contermina scribitur martyrizatus, à Radbodo Frisonum rege, iam pridem per Pipinum expulso. Idem fertur occidisse sanctum Engelmundum martyrem.

Sancti

Sancti fratres germani Vuilibaldus & Vuiniboldus Aistadium commigrarunt ad Germaniam.

Sanctus Lebuinus Transiselanos conuertit, *Transiselaniam* apud quos in Dauentria quiescit.

Sancti Ewaldi Nabiam introeuntes, Christum confessi sunt, & ab antiquis Saxonibus, glorioso martyrio coronati.

Sanctus Vuerenfridus multum populum ad fidem conuertit, potissimum in *Buestervoert* apud Arnhemium, & in *Elste* apud Neomagum.

Sanctus Marcellinus sexaginta quinque annis *Trenta* indefinenter praedicationibus & conuersionibus *Twenta* gentium insudauit, potissimum in *Trenta*, *Twenta*, *Gudenzeel* / & *Dauentria*.

Sanctus Adalbertus Leuita, & primus *Traiectensis* archidiaconus, fidem praedicauit, potissimum in *Kenemaria*, in qua corporalis quietis locum habet *Egmondanum* monasterium.

Venerunt praeterea ex Scotia ad Pipinum sanctus Vuiro episcopus, sanctus Plechelmus episcopus, vterque Romae ordinatus, & sanctus Otgerus leuita: quos summa veneratione excoluit, & locum habitationis, eis dedit Petri montem apud Ruremondam. Vuironem autem & communibus consultationibus adesse voluit, & confessorium suum habuit.

Ab eodem Pipino principe sanctus Vrsmarus episcopus per interuentum sancti Hidulphi principis *Lobienensis*, monasterium *Lobienense* regendum suscepit, anno sexcentesimo nonagesimo octauo. Qui multos ad fidem conuertit in partibus *Hannoniae*, *Fania* & *Theoracia*, *Lobinum monasterium*, *Fania*, *Theoracia*.

N 2 item

CHRONICON

item in Flandria, potissimum in finibus Menapum, vt veteres loquebantur. Vnde dictus est Apostolus Theoraciae, Flandrensium, & Menapensium. In Fania discipulum habuit sanctum Dondonem abbatem. In Flandria Aldo donauit ei **Widenburth**, de suo vocabulo dictum. vbi in honorem beati Petri ecclesiam consecrauit, quatenus beatus Apostolus Flandrensibus & Menapibus patrocinetur. Obijt anno septingentesimo decimo tertio, Cui successit sanctus Erminus, episcopus & abbas.

Habuit etiam sanctus Vuillibrordus in Frisonum conuersione cooperatorem sanctum Vulfrannum, episcopum Senonensem. Is enim anno septingentesimo, cum licentia Childeberti regis, & Pipini principis, Frisonum genti quinq; annis infatigabiliter praedicauit, & multos, abrenunciata sorde idololatriae, fidei fonte abluebat.

Ornauit tum etiam sua sanctitate, & vsque ad mortem exilij ærumna, Altummontem Hannoniæ monasterium, sanctus Ansbertus, episcopus Rothomagensis, cuius corpus Halidulphus abbas summo honore Fōtanellam retulit, anno sexcentesimo nonagesimo quinto.

Circa hæc tempora in Ghela martyrium perpeffa est ob castitatem sancta virgo Dympna Hyberna, à proprio genitore, cum presbytero Gereberno: & apud Tūgros, S. Euermarus, cū socijs.

CAPVT VIII.

CArolus Martellus, ex Alpaide filius Pipini principis, paterni principatus hæres fit, anno septin-

septingentesimo decimo quarto, qui mortuus anno septingentesimo quadagesimo primo, filios suos Carolomannum & Pipinum, principatus sui successores reliquit.

Regnarunt tunc in Francia, Dagobertus secundus, Childeberti filius, vsque ad annum septingentesimum vigesimū: Clotarius quartus, Theodorici filius, Clodouei & Childeberti frater, ac Dagoberti patruus, vsque in annum septingentesimum vigesimum secundum: Chilpericus rex filius Childeberti & Dagoberti frater vsq; in annū septingentesimum, vigesimum septimum: Theodoricus secundus filius Dagoberti, vsq; in annum septingentesimum quadagesimum secundum.

Carolus verò Martellus bellicosissimus princeps, & merito rex regum appellatus, imperare regibus maluit, quàm rex esse. Saxones vicit, Alemannos & Sueuos subiecit, Burgundos domuit, Aquitaniæ magnam partem suis opibus adiecit, Poponem Frisiæ ducem cæcidit, gentemque sibi plenè subiugavit. Maximè verò est memorabile, quod contra Saracenos fuerit religionis acerrimus vindex, & Gallorum fortissimus propugnator. Saraceni deuastrauerāt iam Vasconiam, Burdegalam, Engolismum, Santones, Pictones, & ecclesias Dei concremauerant: videbanturque statim tota Gallia potituri. Sed Carolus, Dei auxilio fretus, eis concucurrit, & peremit Saracenum trecenta septuaginta quinque (aut secundum alios, trecenta octoginta quinque) millia: ex suis tantum amittens mille quingentos. Qua victoria potitus, totas Gallias à Saracenis liberauit.

C H R O N I C O N

Grauit̄er autem offendit Dominum hic princeps, durius tractans ecclesiasticos: Sanctum enim Rigobertum Rhemensē archiepiscopum in iniustum exilium trufit, qui iusta de causa ei portam Rhemēsem aperire recufauerat. Hic tamen ipsum baptizauerat, & apud parentem ipsius Pipinum, in summo honore fuerat, qui ei etiam donauerat chor̄tem Gremacam. Similiter sanctum Eucherium, episcopum Aurelianensem, in exilium misit, cum omnibus propinquis, primum Coloniam deinde in Hasbaniam, vbi sexto exilij anno obiit, multis miraculis gloriosus. Causa autē exilij erat, quia Carolum liberē reprehenderat, de conuersis in stipendium militare ecclesię decimis; quodq; eundē valida manu, quam in Sarracenos ducebat, Aureliam intrare volentem, metu ne quid ciuibus suis iniurię ex militari licētia obueneret, vrbe exclusit. Misit etiam in exilium Cęlestinū abbatem Blādiniēsem, qui in Rotornacēsi monasterio obiit.

Claruerunt & alij: S. Siluinus episcopus Alciaci moritur apud Morinos, anno quingentesimo decimo quinto. Sāctus Hadulphus episcopus Cameraci residet, cuius pater fuit S. Ragnulfus martyr, S. Amalberga virgo in Belisia & Tempseca claret, cui os brachij fregit Martellus, volens sibi eam in sponsam rapere: hęc annofa obiit circa annum septingentesimū septuagesimū secūdum. Sāctus Erkenbodo episcopus Morinēsis, & abbas ad S. Bertinū, obiit anno septingētesimo trigesimo quarto. Sanctus Hubertus sanctissimus episcopus Leodiensis, moritur anno septingentesimo trigesimo quinto, cui succedit sanctus Floribertus. Sanctus
Ermi-

Erminus, episcopus, & abbas Lobiensis, obiit eodem anno; cui succedit sanctus Theodulphus.

C A P V T I X .

Pipinus rex, tertius eo nomine Brabantiae dux, Carolo Martello, patri mortuo, heres succedit, anno septingentesimo quadragesimo primo, cum fratre Carolomano. Hic anno quadragesimo sexto à Zacharia papa in monachum attonsus est. Pipinus vero anno septingentesimo quinquagesimo, submoto Childerico rege, postquã annis nouem regnasset, auctoritate Apostolica Zacharie pontificis, & electione Francorum à sancto Bonifacio archiepiscopo, in regem vnctus est. Ingenti foelicitate, ac gloria belli, domuit Saxones in Austria: hoc est, in Orientali Francia; Longobardos in Italia: Vuadalos in Hispania; Aquitanos in Gallia. Obijt anno septingentesimo sexagesimo octauo.

Clarent circa hæc tempora sancti episcopi & abbates Lobenses, sanctus Amolvinus, sanctus Vlgifus, S. Abel. In Dononio, sancta Regina consanguinea Pipini, Aldebertus Comes Austrouandiae, eius maritus, sancta Ragenfredis abbatissa Dononiensis, eius filia, & Aua altera filia: Lætij sancta Hiltrudis virgo, quæ Hugonem Burgundionum principem sponsum in terris fugiens, à Theodorico Cameracensi episcopo sacrum velamen accepit. In Artesia iuxta Ariam, sancta Itisberga, filia Pipini regis. In Campinia, sancta Oda virgo, Lyrae, sanctus Gummarus. *Gand- Iconom-
daui Hildebertus martyr abbas Gandensis. qui
bia.*

N 4 contra

contra fautores imperatoris Constantini Copronymi, non modo verbis, sed etiam sanguinis profusione, pium imaginum cultum confirmavit.

In Diciuenna apud Teneramundam sanctus Hilduardus episcopus. qui fidem constantissimè prædicauit, & tandem etiam Magriptium Ducem conuertit, à quo multis tormentis fuerat affectus.

*Frisia
martyres.*

In Frisia clarebat sanctus Bonifacius, qui cum annis tredecim Frisonum Francorumque gentem in fide catholica instruxisset, à Gregorio secundo ad Germanorum conuersionem Moguntinæ ciuitati primus episcopus est designatus. Mortuo autem beatissimo Vuillibrordo, Moguntinæ successorem constituit sanctum Lullum, & ipse Traiectensem archiepiscopatum secundus suscepit. Cumque annis sedecim per Frisiam prædicasset, in Dockum anno septingentesimo quinquagesimo quinto, ab infidelibus oppressus est, & martyrio redimitus, cum socijs, quos plures quam quinquaginta in fidei prædicatione cooperatores habuit. E quibus vndecim tantum, velut celebriores suis nominibus in historia exprimentur, videlicet Eobanus episcopus; tres presbyteri, Vuintrugius, Vualterus, Adalherus: tres diaconi Stircbaldus, Hamuntius & Boso: quatuor monachi, Vuaccharus, Gunderherus, Vuilliherus & Adolphus.

CAPVT X.

Sanctus Carolus magnus, Pipini filius, patri in regno succedit, anno septingentesimo sexagesimo

gesimo octauo, compartito regno cum fratre Carolomanno. Et Carolus quidem Nouiomi, regiam accepit coronam: Carolomannus verò in vrbe Sueffonica.

Anno autem octingentesimo primo Leo tertius populi Romani scito, cleri que rogatu, dictum Carolum Pipini filium, Francorum & Longobardorum regem, ob egregia in Christianum nomen & Romanam sedem merita, Romanum imperatorem primus appellauit, inunctumque consecrauit. Obijt anno octingentesimo decimo quarto.

Claruerunt sub eo sanctus Rumoldus archiepiscopus & Apostolus Mechliniensium. qui martyrio est coronatus anno septingentesimo septuagesimo quinto. Sanctus Gregorius episcopus Traiectensis, insignis prædicator Frisonicæ gentis. cui anno septingentesimo octuagesimo quarto successit Adelbricus: Sanctus Ludgerus episcopus Monasteriensis, qui Traiecti sub sancto Gregorio multum in scientia literarum & in morum probitate profecit, & aliquot annis Dauentriæ, & per Frisiam laborauit in fidei prædicatione & corroboratione. Sanctus Saluius, episcopus Aquitaniæ, qui cum discipulo suo, à filio procuratoris fisci Valencenensis est martyrizatus: quorum corpora post triennium Carolus magnus diuina admonitione reperit. Apud Thenas, beatus Himeelinus, cognatus sancti Rumoldi. In Vuilre apud Falkenburgum, sanctus Arnoldus, cytharædus ipsius Caroli.

CHRONICON

CAPVT XI.

Ludouicus rex & imperator, Caroli magni filius, post patris obitū imperat annis viginti sex: Moritur anno octingentesimo quadragesimo.

Claret Traiecti sanctus Fredericus episcopus & martyr, qui in Vualachria multum laborauit contra illicita connubia, & in Frisia contra Arianam perfidiam. Anno trigesimo octauo occisus est ad sanctum Saluatorem, ante summum altare, post Missæ celebrationem; quia Ludouici imperatoris & Iudithę consanguineæ eius nuptias, vt incestas damnabat. Contraxerant enim sine Romani Pontificis licentia. Claruit cum eo in eadem ecclesia sanctus Odulphus Canonicus, qui aliquot annis in Frisia, potissimum Staueræ laborauit, multumque populum ad viam veritatis reduxit.

Sanctus Ansharius, monachus Corbeiensis, & archiepiscopus Hamburgensis, anno octingentesimo trigesimo tertio visitat Turoltum Flandriæ monasterium, sibi & clero in vitæ subsidium donatum à Ludouico. vnde secum abduxit sanctum Rembertum Flandrum, qui ei in episcopali functione successit. Clarebat etiam sanctus Adeldardus abbas Corbeiensis, oriundus apud Aldenardam, ex Vscia, quæ villa Corbeie donata est. Einarodus, Gandensis abbas anno octingentesimo vigesimo octauo, reliquias sanctorum Marcellini & Petri Roma attulit. Eodem tempore Euerardus Comes Cisoniensis, coniuge ac liberorum pulchra propagine, opibus, clientelis, peritia rei militaris, vitæq; sanctimonia illustris est habitus, initiumque dedit Cisoniensi cœnobio iuxta Insulas.

fulas. Item floruisse scribuntur sub Ludouico Alemanniæ rege, sanctus Veronus Lembecę sepultus & soror sancta Verona, quæ haud procul à Louanio quiescit. Sed examinent studiosi, num hic Ludouicus, frater sit Caroli Calui.

C A P V T X I I .

Nortmannorum & Danorum sæuissima & diuturna vastatio per Franciam & Lotharingiam, sub hoc imperatore incepit. Anno trigésimo secundo littora Flandricatentauerunt, sed repulsi, tandem in Aquitaniam irruerunt. Anno trigésimo septimo Nortmáni, inquit Sigebertus, Gallias grauiter infestant, Dorestadum (hodie est **Wic** apud Traiectum) vastát. Andouerpam oppidum & Vuilam emporiũ, situm iuxta ostium Mosæ, incendunt: à Frisonibus & Hollandis tributum accipiunt. Anno trigésimo octauo Vualachriam insulam Zelandiæ vastant, & tributum exigunt. Anno quinquagesimo primo Gádauum ferro & igni vastauerunt, cum cœnobijs Gádensi, Blandiniensi, & Trunciniensi; Anno sexagesimo primo ditionem omnem Taruanicam incendijs, ruinis, & mortibus fœdauerunt. Lutetiam etiam Parisorum diripuerunt. Anno sexagesimo sexto, Balduinus Ferreus à rege Frácię accepit in dotem totam regionem, Scalde, Somena, & Oceano terminatam: & appellatus est Comes regni Francorum, atque Marchio Flandriarum, ad hoc maxime, vt aduersum Danos, omnemque septentrionis barbariem, perpetuus foret regni Galliarum propugnator. Et Ebbo Remorum pontifex, ad
confir-

*Tertia
Belgarum
vastatio
per Nort-
mannos.*

confirmandam Flandriæ pacem, utque ferocis
 gentis animi cultu religionis mollescerent, diui
 Donatiani corpus in Flandriam misit. Eodem
 anno Carolus rex, quo plures haberet quos Danis
 Normannisque, tam efferis hostibus, opponeret,
 Hollandiam quoque Comitatus honore decora-
 uit, primumque Comitem instituit Theodoricum
 Frisium. Quicquid autem nunc in Belgio nostro
 est, id tunc partim Franciæ, partim Lotharingiæ
 annumerabatur. Nortmanni itaque ferme per cen-
 tum annos, hæc loca vastarunt ferro & igni, atque
 anno potissimum octingentesimo octuagesimo per
 Gandauum, ubi hyemarunt, tanto numero & cru-
 delitate irruerunt, ut totius Galliæ vires non
 sufficerent ad obsistendum. Occisa sunt eo anno
 nouem millia Normannorum in sylua Carbona-
 ria. sed ea victoria magis sunt irritati, quam victi.
 Vnde adiunctis sibi Danis ferro & igni deuasta-
 runt, Ambianos, Atrebatum, Corbeiam, Camera-
 cum, Taruanam, fines Morinorum, Menapiorum
 & Brachatorum, omnem terram circa Scaldim,
 totam Batuam, Neomagum, Coloniam, Aquisgra-
 num, Leodium, Traiectum, Tungros, Treuiros,
 Metas, cum omnibus adiunctis castellis, & mona-
 sterijs. Qua vastatione compulsi Franci Carolum
 Caluum imperatorem in auxilium inuocarunt,
 ei que Franciam subiecerunt. Ipse contra Nor-
 mannos apud Louanium castra metatos, semel &
 bis exercitum misit, sed nihil dignum fecit, imò à
 Louanio exeuntes anno octuagesimo septimo
 Parisios obsederunt, cumque Carolus eos expel-
 lere nequiret, icto foedere, concessit eis Neu-
 striam,

friam, quæ ab eis Normannia appellata est, sed nec ea habita à depopulationibus cessarunt.

In eo luctuosissimo statu clerus, & monachi, cum sanctimonialibus, exustis, ac depopulatis suis monasterijs, vbi poterant oportunius latebant. vt, Traiectensis clerus in Petri monte: aut de locis ad loca peregrinabantur, vt, Gandense monasterium. Sanctorum etiam corpora, & pignora, aut humni defodiebant, aut ad tutiora loca transferebant. Tunc ex Gemetico Haspras allata sunt corpora sanctorum Aichadri & Hugonis, ex Fontanella Bononiam corpora sanctorum, Vuangregisili, Ansberti, & Vulfranni, postmodum Gandauum translata. Ad Bertinicum monasterium aduecta sunt corpora sanctorum Richarij & Vualerici, sed restituta, postquam annis nonaginta octo ibidem remanserant: ex Inda verò Rothornacum transportatum est corpus sancti Hermetis. Quædam autem loca patrocinio præsentium sanctorum sunt custodita. Sed ex Turmino oppido iussit Deus propter inhabitantium iniquitatem reliquias sancti Fredegandi altè transportari, vt nullum esset contra desolationem obstaculum. Quibus sublatis, velut muro & turribus ciuitatis destructis, irruit inimica gens, cuncta ædificia incendio perdidit, homines autem partim trucidauit, partim captiuos abduxit. Hodie pagus est haud procul ab Antuerpia, dictus **Doozne.**

Morinis clarebat sanctus Fulquinus episcopus. qui anno quadragesimo tertio corpus sancti Audomari, metu Normannorum, sollicitus in terra
recon-

recondidit. Ei anno quinquagesimo quinto succedit sanctus Humfridus, qui à Normánis sede pulsus Nicolaum primú consuluit, num reuertédum sibi esset ad ecclesiá. Erat etiam in Bertinico monasterio sanctus Grimbaldus Tornacensis, qui in Anglia abbas obiit, anno nongentesimo tertio.

Ultraiectésis episcopus erat sanctus Radbodus qui propter Traiecti desolationem Dauentriæ resedit: Traiectum autem per successorem restaurandum fore, spiritu prophetico præuidit.

Per eosdem nonnulli etiam martyrio sunt coronati: vt in Frisia sanctus Vualtfridus, cum Radfrido, & Theracia: in Hollandia sanctus Ieron: in Brabantia Fredegerus presbyter, qui Lyrae crudeliter, in altari sacrificans, peremptus est: in Hasbania, sanctus Libertus, qui euerfa Mechlinia, ad sancti Trudonis monasterium confugerat. vbi ante altare cum socio est occisus: in Artesia, ad sanctum Bertinum Vuocardus & Vuinebaldus presbyteri, Gerardus & Regenardus diaconi, qui ad monasterij custodiam relictí, exusto sacro loco, exquisitis cruciatibus sunt interfecti: Nouiomi in vrbis direptione occisus est Emino episcopus.

Sanctus Meingoldus autem Huij occisus est, circa annú nongentesimú, sed non à Nortmannis.

CAPVT XIII.

*Quarta
vastatio
Hungarorum.*

Nondum extincta Nortmannorum vastatione, Hungarorum gens barbara, mortuo Arnulpho imperatore, per totam Italiam, Germaniam, & Galliam, vt fera tempestas diffunditur; anno

anno nongentesimo tertio; & vario vastationis genere depopulata est has regiones, per annos circiter quinquaginta. Tempore Orthonis primū aggressi sunt Lotharingiam, sed virtus Dei per merita sanctorum Vrsuari, & Ermini, apud Lobium monasterium ostensa anno quinquagesimo quinto, eos ultra prodire prohibuit. Tunc sanctus Guibertus, fundator Gemblacensis monasterij, quosdam eorum sua prædicatione conuertit, dum per vicum Gemblacensem ibant, & redibant. Altimontenses autem reliquias sancti Marcellipapæ & martyris, in terra defoderant, ne in barbarorum manus deuenirent.

Claruit eodem tempore sanctus Gerardus abbas, fundator Broniensis monasterij. qui multa templa & monasteria, à Nortmannis euersa, reparauit, potissimum in Flandria: Idem ad monasterium suum attulit ossa sancti Eugenij Toletani episcopi, sicut Guibertus ad Gemblacum corpus sancti Exuperij vexilliferi.

CAPVT XIII.

Sanctus Macarius patriarcha Antiochenus, resignato patriarchatu peregrinando in Belgium nostrum peruenit. in quo & uiuus & mortuus innumeris miraculis claruit. Anno millesimo duodecimo Gadaui peste obiit, & sua morte omnium velut mortem, Deo placato restinxit. Elenatus est ab episcopis, anno ab obitu circiter quinquagesimo quinto, præsentente Philippo Francorum rege, & alijs vtriusque ordinis proceribus.

Sanctus Arnulphus episcopus Suefsionensis, mi-

sis, militiæ cingulo accepto, multas Brabantinas atque Flandrenses lites sua prudentia diremit, sed sæcularis militiæ pertæsus ad Sueffonicum sancti Medardi monasteriũ migravit. vbi aliquanto post abbas est creatus: deinde vrbis episcopus. Inde pacis minister, pro pacis redintegratione Apostolica autoritate in Flandriam redijt; vbi autoritate Radbodi episcopi Nouiomensis, Aldenburgi diui Petri ecclesiam, vsibus abbatiae aptandam suscepit. in qua abbas obiit, anno millesimo octuagesimo septimo. Circa illa tempora, anno videlicet septuagesimo, strangulata est Gestellæ sancta Godoleua, à seruis suis, iussu Bertulphi mariti.

*Hierosolymitana
expeditio.*

Godofridus dux Bullonensis, Christianæ militiæ antesignanus inuictissimus, anno millesimo nonagesimo sexto, cum multis principibus, præcipuè Belgicis, in expeditionem Hierosolymitanam profectus, mirabiles & inauditos triumphos est consecutus. Anno nonagesimo nono Hierosolymæ à Christianis captæ sunt, & primus rex creatus est dictus Godofridus. qui vt in Christiani nominis hostes accingeretur, ducatum suum Bullonensem iam pridem mille trecentis marchis argenti vendiderat Leodiensi episcopo. Moriente autem Godofrido, Balduinus frater eius, in regno succedit, anno millesimo centesimo.

CAPVT XV.

*Hæresis
Antuerpiæ
à Norberto
extincta.*

ANno millesimo centesimo vigesimo quarto claret venerabilis Norbertus fundator ordinis Præmonstratensis, qui cum suis multum laborauit Antuerpiæ, contra detestandam seductionem
nem

nem Tanchelini hæretici, quæ eius vr̄bis incolæ misere & pertinaciter infecti erant. Crispiniꝝ eremiticam vitam ducit sanctus Aibertus presbyter. Fulgent circa eadem tempora, multa sanctitate & miraculis, rusticani homines, sanctus Guido apud Bruxellam, qui obiit anno millesimo centesimo duodecimo: & sanctus Drogo apud Valencenas, qui obiit anno millesimo centesimo octuagesimo sexto.

Habuit idem sæculum, sicut & superiora quædam, & subsequētia non paucos, qui insigni sanctitate & miraculis claruerunt. Quos tamen hic non commemoro, eo quod Sanctorum catalogo non sint ascripti. Similiter innumeros prætereo qui in construēdis & dotandis ecclesijs ac monasterijs, pietatem suam posteritati commendarunt.

CAPVT XVI.

ANno 1566 exordium accepit quinta Belgij *7. Belgij*
 vastatio per Guesios, quæ anno potissimū *vastatio*
 septuagesimo secundo magnas diuersis ex causis, *per Guesios.*
 accepit vires, tantasq; vt arbitrer vnico illo anno
 plures Belgas occubuisse martyrio, quàm omnibus reliquis annis, qui vsq. ad conditum orbem antecesserunt. Vidimus tunc summa pericula à Franciæ Hugonotis, & aliunde, ob quæ immensæ Dei misericordiæ ascribimus, quod consumpti non simus. Sed meum non est tristissimam horum annorum historiã texere. quod posteritas faciet, tanto syncerius, quanto semotior erit & à prauis affectibus, & à periculis indignationum. De gloriosis interim sub hac persecutione martyribus,
 ○ diuersi

C H R O N I C O N

diuerſi diuerſos meditantur libellos, ſed qui propter furorẽ Gueſiorũ nondum in lucẽ prodeunt.

Breui tamen huius ſæuiſſimæ & barbaricæ Gueſiorum immanitatis finem fore ſperamus. ſed id notius eſt prouidentię Altiffimi, cuius miſericordiæ afflictiffimum Belgium noſtrum commendamus.

E R R A T A.

6 Ian. Delplis, lege Delphis / 22 Ian. al. multorum. lege al. multo / 23 Ian. lege Emerentianæ / 1 Feb. Tigridis / 1 Mart. lege Claudius / 19 Apr. lege ſancti Florberti / 9 Nou. apparente. De Martyrologijs, cap. 7 lege obſeruani / cap. 22 lege à cancro. In Indiculo, fol. 12 Apoſtolica virtute. adde, plenus / fol. 16 transportari, lege tranſplantari / fol. 25 Florei, lege Ferrei / fol. 26 b Septimo Iduum. lege octauo Calendarũ / fol. 69. b lege cap. 5 / fol. 71. b Batna. lege Barua / fol. 73 b lege Tungrorum, Recenſentur. Alia quæ aduertimus, Lector per ſe facile reſtituet.

Subiungitur, ne ſequentes chartæ vacent,

C A L E N D A R I V M
B E L G I C V M, C O N T I N E N S
F E S T A E T I E I V N I A P R O -
u i n c i æ M e c h l i n i e n ſ i ſ.

B, littera ſubiuncta, ſignificat eos ſanctos contineri in Indiculo noſtro Sanctorum Belgij.

Notata ſunt etiam ſtrictiora & plura quorundam ieiunia, eo quod à Synodo Mechlinienſi ſcriptum ſit, In locis autem, vbi vel plura, vel ſtrictius obſervata fuerint ieiunia, hortatur Synodus, vt piam conſuetudinem obſeruent.

I A N V A

IANVARIVS habet dies xxxi.

Sanctorum feriae.

CALEN.	1	A	CIRCUNCISIONIS Domini.
Non. 4	2	b	Adalardi abbatis Corbeiensis. B pag. 87.
Non. 3.	3	c	Genouefa virginis, Parisijs / Bertilia virginis Ma- reoli. B
PRIDIE	4	d	Pharaiddis virginis, Gandani. B
NONIS.	5	e	Commemoratio Gerlaci. B
Idus 8	6	f	EPIPHANIE Domini.
Idus 7	7	g	Nuptiarum solennitas deinceps admittitur, vs- que ad Quadragesimam.
Idus 6	8	A	Gudila virginis, Bruzella. B
Idus 5	9	b	
Idus 4	10	c	
Idus 3	11	d	
PRIDIE	12	e	
IDIBVS.	13	f	REmigij episcopi, Francorum Apostoli.
Cal. 19	14	g	Hilarij episcopi. Fuit heri / Pontiani martyris. Spo- leti & Vltraiekti. B
Cal. 18	15	A	Pauli primi eremite Thebaidis. Fuit 10 huius / Able- berti episcopi Cameracensis, Malbodij. B / Mauvi abbatis / Quibusdam, nominis IESV /
Cal. 17	16	b	Marcelli pape & martyris, Roma, & ite Altomote. B
Cal. 16	17	c	ANTONIJ abbatis Egyptij.
Cal. 15	18	d	Cathedra sancti Petri Roma.
Cal. 14	19	e	Marij & Marthe, cum filijs. Roma, & Gemblaci. B
Cal. 13	20	f	SEbastiani martyris, Roma.
Cal. 12	21	g	AGnetis virginis & martyris, Roma, & Vltraiekti. B
Cal. 11	22	A	VIncentij martyris Hispani.
Cal. 10	23	b	Emerentiane virginis, martyris.
Cal. 9	24	c	Timothei episcopi, Ephesi.
Cal. 8	25	d	CONVERSIONIS Pauli / Obijt Poppo abbas Stabulensis. B
Cal. 7	26	e	Goberti confessoris. B
Cal. 6	27	f	IOannis Chrysofomi, episcopi / Paula vidua / Sul- pitiij episcopi: ad sanctum Gislenum. B
Cal. 5	28	g	Caroli Magni, imperatoris, Aquisgrani. B / marty- rium Arnulphi militis, Cisonij. B
Cal. 4	29	A	
Cal. 3	30	b	Aldegundis virginis, Malbodij. B
PRIDIE.	31	c	

O 2

FESTA

FESTA MOBILIA.

Dominica SEPTVAGESIMÆ.

Dominica SEXAGESIMÆ.

Dominica QVINQVAGESIMÆ.

Feria secunda & tertia sequentibus sacerdotes Leodienses à carnibus abstinent.

Feria quarta, dies cinerum, & initium Quadragesimæ, et clausi temporis.

Dominica QVADRAGESIMÆ.

Feria quarta, ieiunium quatuor temporum.

DOMINICA secunda Quadragesimæ, Reminiscere.

DOMINICA tertia Quadragesimæ, Oculi.

DOMINICA quarta Quadragesimæ, Letare.

DOMINICA quinta Quadragesimæ, in Passione.

DOMINICA sexta Quadragesimæ, Palmarum.

Feria quinta, Cœna Domini.

Feria sexta, Parasceue.

Sabbatho sancto, vigilia Paschæ.

PASCHA DOMINI.

FERIA secunda Paschæ.

FERIA tertia Paschæ.

DOMINICA in albis, Quasi modo. Vltim^o dies clausi temporis.

DOMINICA secunda post Pascha, Misericordia. Atributi festum reliquiarum. B

DOMINICA tertia post Pascha, Iubilare.

DOMINICA quarta post Pascha, Cantate.

Feria secunda, Lamberti & Berlerij, discipulorum sancti Gislei. B

DOMINICA Rogationum, quinta post Pascha.

Feria 2, 3, & 4, propter litanias abstinetur à carnibus, & vsque ad prandium ieiunatur.

Feria 5, ASCENSIONIS DOMINI.

DOMINICA infra Octauam Ascensionis.

Sabbatho, vigilia Pentecostes. Ieiunium.

DOMINICA PENTECOSTES.

FERIA secunda.

FERIA tertia.

Feria quarta, ieiunium quatuor temporum.

DOMINICA post Pentecosten, festum sanctissimæ TRINITATIS.

Feria quinta, festum sanctissimi CORPORIS CHRISTI.

FEBRVA.

FEBRUARIUS habet dies XXVIII.

| Sanctorum feriae.

CALEN.	1	d	Ignatij episcopi & martyris / Brigidæ virginis / Eubertii episcopi, Insulis B / Ieiunium quibusdam.
Non. 4	2	e	PURIFICATIONIS BEATÆ MARIÆ.
Non. 3	3	f	Blasij episcopi & martyris / Vualdegradis viduæ, Montibus B / Hadelini confessoris, Viseti. B / Berlendis, Nonæ, & Celsæ, virginum, Merbecæ. B
PRIDIE	4	g	Liefardi episcopi & martyris. B / Vlgisi episcopi & abbatis, Binchii ex Lobis. B
NONIS.	5	A	Agathæ virginis, & martyris / Bertulfi confessoris Gandani ex Renticæ. B
Idus 8	6	b	Dorotheæ / V Edasti episcopi & patroni Atyebaten- sium. B / Amandi episcopi Leodiensis, Apostoli Gandensium, & aliorum. B / Relindis virginis, in Maeseica. B / omnium sanctorum episcoporum (Traiectensium ad Mosam. B
Idus 7	7	c	
Idus 6	8	d	Chrysolii martyris, Cominii. B / Amoluii episcopi & abbatis, Binchii ex Lobis. B
Idus 5	9	e	Apolloniæ virginis / Ansberti episcopi Rothomagensis, ex Fôranella Gadaui. B / Mëgoldi martyris, Huii. B /
Idus 4	10	f	Guillemi confessoris / Commemoratio Soteris virginis (& martyris, Dordraci. B
Idus 3	11	g	
PRIDIE	12	A	
IDIBVS.	13	b	
Cal. 16	14	c	Valentini martyris, vrinisq̄.
Cal. 15	15	d	
Cal. 14	16	e	Iuliane virginis & martyris.
Cal. 13	17	f	Silvini episcopi, ad S. Andomarum. B
Cal. 12	18	g	
Cal. 11	19	A	
Cal. 10	20	b	ELeutherii episcopi & patroni Tornacensium. B / Eucherii episcopi Aurelianensis. B
Cal. 9	21	c	Obijt Pipinus, primus dux Brabantia. B
Cal. 8	22	d	CATHEDRÆ Petri Antiochia.
Cal. 7	23	e	Ieiunium Leodiensibus. locus bissexti.
Cal. 6	24	f	MATTHIÆ Apostoli.
Cal. 5	25	g	Aldetrudis virginis, Malbodi. B
Cal. 4	26	A	
Cal. 3	27	b	
PRIDIE	28	c	

O 3

MARTIVS

M A R T I V S habet dies x x x i.

| Sanctorum ferie.

CALEN.	1	d	Suuitberti, coëpiscopi S. Vuillibrordi, Apostoli Teisterbandia & Vuessfalis. B
Non. 6	2	c	Vuillici confessoris, Vuerdæ. B / Martyrium Caroli Comitis, filij S. Kanuti, Brugis. B
Non. 5	3	f	Vuinvaloci abbatís, Gandau ex Anglia. B
Non. 4	4	g	ADriani martyris, Romæ, & in Gerardi monte. B
Non. 3	5	A	
PRIDIE	6	b	
NONIS.	7	c	THomæ Aquinatis, Doctoris Angelici.
Idus 8	8	d	Hunfridi episcopi, Ipris ex Taruana B
Idus 7	9	e	Quadragesima martyrum.
Idus 6	10	f	Obijt Himelinus, cognatus S. Rumoldi. B
Idus 5	11	g	Vindiciani episcopi Atrebatensis. B
Idus 4	12	A	GRegorij papæ, Apostoli Anglorum.
Idus 3	13	b	
PRIDIE	14	c	
IDIBVS.	15	d	
Cal. 17	16	e	Heriberti episcopi Coloniensis / Eusebia virginis, Hamatica, & Marcenis. B
Cal. 16	17	f	Patritij Hibernorum Apostoli / GERtrudis virginis celeberrimæ, Niuelle. B
Cal. 15	18	g	
Cal. 14	19	A	IOseph Nazareni, cōfessoris / Landoaldi archipresbyteri, Amantij diaconi, ADriani martyris, & reliquorum, ex Hasbania Gandau. B
Cal. 13	20	b	Vulfranni episcopi, ex Fontanella Gandau. B
Cal. 12	21	c	BEnedicti abbatís, Casini.
Cal. 11	22	d	
Cal. 10	23	e	
Cal. 9	24	f	
Cal. 8	25	g	ANNVNCIATIONIS beatae Marie.
Cal. 7	26	A	Ludgeri Frisij, episcopi Monasteriensis. B
Cal. 6	27	b	
Cal. 5.	28	c	
Cal. 4	29	d	
Cal. 3	30	e	Veroni confessoris, Lembece & Montibus. B
PRIDIE	31	f	

APRILIS

APRILIS habet dies xxx.

| Sanctorum feriae.

CALEN.	1	g	Hugonis episcopi, Gratiapanoli.
Non. 4	2	A	Mariae Aegyptiaca, penitentis.
Non. 3	3	b	
PRIDIE	4	c	Ambrosii episcopi Mediolani.
NONIS.	5	d	Vincentii confessoris, Ordinis Prædicatorum.
Idus 8	6	e	
Idus 7	7	f	
Idus 6	8	g	
Idus 5	9	A	Vualdetrudis viduae, Montibus B / Hugonis archie- piscopi Rothomagensis, Haspris. B
Idus 4	10	b	
Idus 3	11	c	Leonis primi, papæ & confessoris.
PRIDIE	12	d	Erkenbodoni episcopi Morinerum. B
IDIBVS.	13	e	
Cal. 18	14	f	Lijdvvijd virgo obiit Schidami. B
Cal. 17	15	g	
Cal. 16	16	A	Drogonis confessoris, in Sebourch. B
Cal. 15	17	b	Landrici episcopi, Zonegijs. B
Cal. 14	18	c	VRsmari episcopi, qui multos conuertit in Fania, Theoracia & Flandria, Binchij ex Lobis. / B / Obitus Aijæ Comitissæ, Montibus. B
Cal. 13	19	d	
Cal. 12	20	e	
Cal. 11	21	f	Anselmi episcopi Cantuarie.
Cal. 10	22	g	
Cal. 9	23	A	GEorgii martyris.
Cal. 8	24	b	Egberti presbyteri & confessoris. B
Cal. 7	25	c	MARCI Euangelistæ. Abstinencia à carnibus, & vsque ad prandium ieiuniū propter litaniam.
Cal. 6	26	d	Ermini episcopi. Binchij ex Lobis. Fuit heri. B / Floriberti episcopi Leodiensis. Fuit heri B / Ri- charii confessoris, Centulæ. B
Cal. 5	27	e	
Cal. 4	28	f	Translationis sancti Lamberti. B
Cal. 3	29	g	Petri inquisitoris, martyris, Ordinis Prædic.
PRIDIE	30	A	Quirini martyris. Rome & Nussia.

MAIUS habet dies xxxi.

| Sanctorum feriae.

CALEN.	1	b	PHILIPPI & IACOBI Apostolorum / Vltani confessoris, Fossis. B / Eueruarii martyris Ruthis. B
Non. 6	2	c	Athanasi episcopi Alexandria / Vuaberti abbatis Luxouiensis. B / Aiberti confessoris Crispiniensis. B
Non. 5	3	d	INVENTIONIS sanctae Crucis / Alexandri pape.
Non. 4	4	e	Monice, matris sancti Augustini.
Non. 3	5	f	Mauronti abbatis, ex Broilo siue Meruilla, Duaci. B / obitus Edberti episcopi Lindisfarnensis. B
PRIDIE	6	g	IOannis ante portam Latinam.
NONIS.	7	A	Domitiani episcopi Leodiensis, Huii. B
Idus 8	8	b	Apparitionis sancti Michaelis, Siponti / Vuironis episcopi, Rucemunde, & Vltraiekti. B
Idus 7	9	c	Gregorii Nazianzeni episcopi / Macarii patriarchae Antiocheni, Gandani. B /
Idus 6	10	d	Iob patientis.
Idus 5	11	e	
Idus 4	12	f	Pancratii martyris, Romae, & Vltraiekti. B / Rictrudis abbatissae, Marcenis. B
Idus 3	13	g	Seruatii sanctissimi episcopi Tungrorum, Traiekti ad Mosam B / Onesimi episcopi, Duaci. B / Roienda virginis, Gerpinae. B /
PRIDIE	14	A	Bonifacii martyris, Romae.
IDIBVS.	15	b	Dympnae virginis & martyris, Ghele. B
Cal. 17	16	c	
Cal. 16	17	d	
Cal. 15	18	e	Quiniberti confessoris, apud Quercetum. B
Cal. 14	19	f	Vonis confessoris, aduocati pauperum / Hadulphi (episcopi Atrebatensis. B
Cal. 13	20	g	
Cal. 12	21	A	Itisbergae virginis, apud Aream. B
Cal. 11	22	b	
Cal. 10	23	c	Guiberti confessoris, & patroni in Gemblaco. B
Cal. 9	24	d	
Cal. 8	25	e	Vrbani pape & martyris.
Cal. 7	26	f	
Cal. 6	27	g	
Cal. 5	28	A	Germani episcopi, Parisiis.
Cal. 4	29	b	
Cal. 3	30	c	
PRIDIE	31	d	Petronillae virginis.

IVNIYS

I V N I V S habet dies xxx.

| Sanctorum feriæ.

CALEN.	1	c	
Non. 4	2	f	Erasmii episcopi & martyris / Marcellini & Petri. (martyrum, Roma, & Hasnonii. B
Non. 3.	3	g	
PRIDIE	4	A	Saturninæ virginis. B
NONIS.	5	b	Bonifacii Germanorum Apostoli, martyris in Frisia, cum Eobano coepiscopo, Athalario, & reliquis. B
Idus 8	6	c	Gudwali archiepiscopi, Gandavi ex Anglia. B / Obijt Norbertus, fundator Præmonstratensium. B
Idus 7	7	d	Translationis Servatii: Valentini & Candidi episc. B
Idus 6	8	e	Medardi episcopi, Nouiomii. B
Idus 5	9	f	
Idus 4	10	g	(mensis. B
Idus 3	11	A	Barnabæ Apostoli / Remberti Flandri, episcopi Bre-
PRIDIE	12	b	Odulphi Canonici, Ultraiekti. B / Cunera virginis & (martyris, Rheni. B
IDIBVS.	13	c	
Cal. 18	14	d	Basilii episcopi Casarea Cappadocia.
Cal. 17	15	e	Landelini abbatis & confessoris, Crispinii. B
Cal. 16	16	f	Cyrici martyris, & Iulitte matris. B
Cal. 15	17	g	
Cal. 14	18	A	Dominica die ante natalem Baptistæ, Alene vir-
Cal. 13	19	b	(ginis & martyris, Foresti. B
Cal. 12	20	c	Aldegundis martyris, Truncinii. B / Maximini epi- scopi Treuivorum & Tungrorum. B pag. 74
Cal. 11	21	d	Martini episcopi Tungrensis, apostoli Hasbanorum. B / Engelmundi martyris, in Velsen. B
Cal. 10	22	e	Decem millium martyrum / Rotrudis virginis. B
Cal. 9	23	f	Hidulphi, ducis Lobienfis, Binchii. B / obiit Maria de Vuilenbroec, Ogniaçi. B / Ieiunatur.
Cal. 8	24	g	NATIVITATIS Ioannis BAPTISTÆ.
Cal. 7	25	A	Adalberti archidiaconi, Egmunda B / Theodulphi epi- scopi, Binchii ex Lobis. Fuit heri. B / Oduini mar- tyris Hugardie. Fuit heri. B /
Cal. 6	26	b	Salvii & Superii mart. Valēccenis. abb. B / Baboloni. B
Cal. 5	27	c	Adelini confessoris, Crispinii. B
Cal. 4	28	d	Benigni martyris / Ieiunium.
Cal. 3	29	e	PETRI & PAVLI Apostolorum
PRIDIE.	30	f	Adilie virginis, Orpii. B / obitus Clotsendis. B

I V L I V S habet dies xxxi.

| Sanctorum feria.

CALEN.	1	g	RV moldi archiepiscopi & martyris, Apostoli Mechlini sum. Fuit 24 Iunii. B/ Theodorici ab. / Reginae abbatisse, Dononij. B/ Quibusdam ieiunium.
Non. 6	2	A	VISITATIONIS beate Mariae.
Non. 5	3	b	Sidronii mar. Messenis. B/ Guthagoni in Oostkercka. B
Non. 4	4	c	Berthe abbatisse, Blanciaci. B/ Domitiani confessoris
Non. 3	5	d	(ris Crispini. B.
PRIDIE	6	e	Godoleuae martyris, Gestella. B/ Initiū Caniculariū.
NONIS.	7	f	Nauiti episcopi Treuirorum & Tugrorum. B pag. 74.
Idus 8	8	g	Grimbaldi confessoris. B/ Ladrade virginis, Gadaui. B.
Idus 7	9	A	
Idus 6	10	b	Amalberge virginis, ex Tamisia Gandavi. B/ Amalberge viduae, Binchi B/ Etonis episcopi, Letis. B
Idus 5	11	c	
Idus 4	12	d	Dominica post 13, Corporis Christi, Bruxellae. B
Idus 3	13	e	Mildrade virginis, in Anglia, & Dauentriae. B/
PRIDIE	14	f	Bonauenturae / Henrici / Vincentii confessoris, Sonegiis. B/ Liberti martyris, B/ Marcellini confessoris, Dauentria. B/ Ragenuste virginis, Aicuria B/ Bassini martyris, Truncini. B/
IDIBVS.	15	g	Diuisionis Apostolorum / Plechelmi episcopi, in Oudenseel & Ruremunda. B.
Cal. 17	16	A	Monulphi & Gondulphi episcoporum, Traiecti ad Mosam. B/ Valentini episcopi Treuirorum & Tugrorum. B pag. 74/ Raineldis martyris, Santhis. B
Cal. 16	17	b	Alexii / Fredegandi conf. Monasterii ex Dorna. B
Cal. 15	18	c	Frederici episc. & martyris Vltraiecti. B/ Odiliae ex
Cal. 14	19	d	(Colonia Huii, B/ obiit Arnoldus cytharcedus. B
Cal. 13	20	e	Margaritae / itidem Vuilgefortis, siue Ontcommere.
Cal. 12	21	f	
Cal. 11	22	g	Mariae MAGDALENÆ. Massiliae / Vuandre-
Cal. 10	23	A	(gisli fundatoris Fontanellae. Inde Gandavi. B
Cal. 9	24	b	Lewinnae, martyris, ex Anglia, Bergis sancti Vuinnoni. Fuit 22 huius. B/ Ieiunium nonnullis.
Cal. 8	25	c	IACOBI maioris Apostoli / Christophori martyris.
Cal. 7	26	d	ANNE / Christianae virginis, Teneramundae. B
Cal. 6	27	e	Pantaleonis martyris.
Cal. 5	28	f	
Cal. 4	29	g	Marthe virginis, Tharasi.
Cal. 3	30	A	
PRIDIE	31	b	

AVGV.

AUGUSTVS habet dies XXXI.

| Sanctorum feriae.

CALEN.	1	c	PEtri Apostoli ad vincula / Marhabæorum fratrum / Ionati abbatis, Martianis. B.
Non. 4	2	d	Stephani papæ & martyris.
Non. 3	3	e	Inuentio sancti Stephani.
PRIDIE	4	f	Vualburgis virginis. B / iuxta vsum Romanum, DOMINICI confessoris / aliis 5 huius.
NONIS.	5	g	Osualdi regis & confessoris / Abel episcopi, ex Lobius Binchii. B / Mariæ ad nives /
Idus 8	6	A	TRANSfigurationis Domini.
Idus 7	7	b	Victricii episcopi Rothomag. B / Alberti Carmelitæ.
Idus 6	8	c	
Idus 5	9	d	Ieiunium.
Idus 4	10	e	LAVRENTII diaconi, & martyris, Romæ.
Idus 3	11	f	Gaugerici episcopi Cameraci. B.
PRIDIE	12	g	CLARÆ virginis, Assisi.
IDIBVS.	13	A	
Cal. 19	14	b	Vuerenfridi, in Elst. B / Ieiunium. Leodienses abstinent etiam à lactarijs.
Cal. 18	15	c	ASSUMPTIONIS BEATÆ MARIÆ, virginis / Arnulphi episcopi Suesstonsis, Aldēburgi. B
Cal. 17	16	d	ARNULPHI episcopi Metensis. B pag. 62 / Finis Canic.
Cal. 16	17	e	Ieronis martyris, Egmondæ & Nortuici. B
Cal. 15	18	f	
Cal. 14	19	g	
Cal. 13	20	A	Bernardi abbatis, Clareuallensis. B
Cal. 12	21	b	
Cal. 11	22	c	Mauri martyris Rhemensis, Florinis. B
Cal. 10	23	d	Ieiunatur à quibusdam.
Cal. 9	24	e	BARTHOLOMÆI Apostoli, Romæ / obiit Theodoricus abbas, ad sanctum Hubertū. B.
Cal. 8	25	f	Gregorii episcopi Vltraiektensis. B
Cal. 7	26	g	
Cal. 6	27	A	
Cal. 5	28	b	AVgustini episcopi, ecclesie Doctoris / Hermetis martyris, Romæ, & Rotornaci. B.
Cal. 4	29	c	DEcollationis S. Ioannis Baptista / Veronæ virginis, apud Louanium. B /
Cal. 3	30	d	
PRIDIE	31	e	Paulini episcopi Treuiris.

SEPTEM.

SEPTEMBER habet dies XXX.

| Sanctorum feriae.

CALEN.	1	f	Ægidij abbatis, in Prouincia / Prima Dominica,
Non. 4	2	g	(Louanij, supplicatio vrbis, cū gratiarū actione.
Non. 3	3	A	Remacii episcopi Leodiensis, & tabuleti. B
PRIDIE	4	b	Marcelli episcopi Treuirorum, & Tungrorū. B pag. 74.
NONIS.	5	c	Bertini abbatis, ad S. Audomarum. B
Idus 8	6	d	Humberti episcopi, Maricolis. B
Idus 7	7	e	Hilduardi episcopi, Teneramundæ B / Madelbertæ vir-
			ginis, Malbodij & Leodii. B / Quidam ieiunant.
Idus 6	8	f	NATIVITATIS beatæ Mariæ / Adriani
			martyris, Romæ, & in Gerardi monte. B
Idus 5	9	g	Audomari episcopi Morinensis. B
Idus 4	10	A	Theodardi episcopi & martyris Leodiensis. B / Otgeri
			diaconi, Ruemundæ. B.
Idus 3	11	b	Vincianæ virginis. ex Vintershouen Gandavi. B
PRIDIE	12	c	Guidonis confessoris, Anderlaci iuxta Bruxellam. B
IDIBVS.	13	d	Amati episcopi Senonensis. ex Broyslo Duaci. B
Cal. 18	14	e	Exaltationis sanctæ Crucis / Cornelii & Cypriani,
			Romanis die 16 huius. B / Mæterni episc. B / Pro-
			xima feria quarta, ieiuniū quatuor temporum.
Cal. 17	15	f	Aicadri confessoris, ex Gemetico Haspris. B
Cal. 16	16	g	
Cal. 15	17	A	Lamberti episcopi & martyris pretiosi, patroni Leo-
			dicensium. B
Cal. 14	18	b	
Cal. 13	19	c	
Cal. 12	20	d	Ieiunium.
Cal. 11	21	e	MATTHÆI Apostoli & Euangelistæ, Salerni /
Cal. 10	22	f	Mauritii, Exuperii, B & sociorum.
Cal. 9	23	g	Tecla primæ martyris.
Cal. 8	24	A	
Cal. 7	25	b	
Cal. 6	26	c	
Cal. 5	27	d	Cosmæ & Damiani medicorum. Feriæ tonsorum &
			chirurgorum / Hiltrudis virginis, Latis. B
Cal. 4	28	e	
Cal. 3	29	f	Dedicatio sancti MICHAELIS archangeli.
PRIDIE	30	g	Hieronimi presbyteri, & Doctoris ecclesiæ / Leopardi
			martyris, ex Roma Aquisgran. B.

OCTO

OCTOBER habet dies XXXI.

Sanctorum feriae.

CALEN.	1	A	B Auonis celeberrimi confessoris, Gandavi. B/ Piatii, martyris Tornacensis. B/ Vualsulphi confessoris. C & dati B/ translatio sanctorum Remigii & Vedasti. B
Non. 6	2	b	Leodegarii episcopi Augustodunensis & martyris. B/ Beregisi abbatis. B/ Nuncii confessoris, Hasterie. B
Non. 5	3	c	Euualdorum martyrum. B/ Gerardi abbatis, Bronii. B
Non. 4	4	d	FRANCISCI confessoris, Assisi.
Non. 3	5	e	
PRIDIE	6	f	Brunonis, institutoris Ordinis Carthusiae.
NONIS.	7	g	
Idus 8	8	A	Gerulphi martyris, Truncinii B/ Metropoli episcopi. B pag. 74.
Idus 7	9	b	Dionysii/ Gisteni episcopi, B/ Olla virginis. B
Idus 6	10	c	Venantii martyris, ad sanctum Venantium. B/ Gereonis.
Idus 5	11	d	Gummari confessorie, Lira. B
Idus 4	12	e	Maximiliani/ Vulfriidi episc. B/ Harlindis virginis. B
Idus 3	13	f	
PRIDIE	14	g	Donatiani episcopi Rhemensis, Brugis. B
IDIBVS.	15	A	Iuniani confessoris B pag. 87
Cal. 17	16	b	Curdielli confessor. Duaci. B/ Mommoleni episc. Nouio-
Cal. 16	17	c	(mensis. B/ Florentini episc. Treuironum. B pag. 74.
Cal. 15	18	d	LVCÆ Euangelistæ/ Mononis martyris. Nassonia. B
Cal. 14	19	e	
Cal. 13	20	f	
Cal. 12	21	g	VRsule, & sociarum, Colonia.
Cal. 11	22	A	Oelberti martyris. in Oesterhout. B
Cal. 10	23	b	Seuerini, episc. Colonia/ Oda vidua, apud Huium. B
Cal. 9	24	c	Euergisli episcopi, Tungris martyrizati. B/ Seuerini episcopi Treuironum & Tungrorum. B pag. 74
Cal. 8	25	d	Crispini & Crispiniani.
Cal. 7	26	e	
Cal. 6	27	f	Ieiunium.
Cal. 5	28	g	SIMONIS & IVDÆ Apostolorum.
Cal. 4	29	A	Ermelendis virginis Meldariae. B/ Dodonis confessoris, in Fania. Fuit heri. B/ Vulgani confessoris, Leth-
Cal. 3	30	b	(sis. B/ forte 4. idus Nou.
PRIDIE	31	c	Quintini martyris / Foillani episcopi & martyris, Fossis B/ Notburgis virginis. B pag. 87/ Ieiunium. Leodienses abstinent etiam à lactarijs.

NOVEM.

NOVEMBER habet dies xxx.

I Sanctorum feriae.

CALEN.	1	d	OMNIVM SANCTORVM. Solennitas/ Florberti abbatis Gandavi B/ Vigoris episcopi Ba- iocensis. B pag. 87
Non. 4	2	c	Animarum commemoratio.
Non. 3	3	f	HVberti episcopi Leodiensis, in Ardena B/ Odrade virginis, in Alem B
PRIDIE	4	g	Perpesui episcopi Leodiensis, Dionanti. B/ Gregorii ab- batis, Porceti. B pag. 49
NONIS.	5	A	
Idus 8	6	b	Leonardi confessoris / Vuinoci confessoris, Bergis. B
Idus 7	7	c	V Villibrordi, primi episcopi Vltraiectensis. B
Idus 6	8	d	Quatuor Coronatorum.
Idus 5	9	e	Ragnulsi martyris, Atrebatii. B
Idus 4	10	f	
Idus 3	11	g	MARTINI episcopi Turonis / Bertuini, Malonia. B
PRIDIE	12	A	Liuii episcopi & martyris, cum Brixio & Craphail- de, Gandavi. B/ LEbuini confessoris, Dauentria. B/ Cuniberti episc. Colonia. B pag. 62
IDIBVS.	13	b	Maxellendis virginis & martyris, Cameraci. B/ Ki- liani confessoris, Albiniaci. B
Cal. 18	14	c	
Cal. 17	15	d	Eugenii episcopi & martyris, Toleti & Bronii B/ Ma- chuti episcopi siue Maclouii, Alethe. & Gemblaci. B
Cal. 16	16	e	
Cal. 15	17	f	
Cal. 14	18	g	
Cal. 13	19	A	Elisabeth continensis. Marspurgi.
Cal. 12	20	b	
Cal. 11	21	c	PRAsentationis beate Mariae.
Cal. 10	22	d	CÆciliae virginis & martyris.
Cal. 9	23	e	Clementis papae / TRudonis confessoris. B
Cal. 8	24	f	
Cal. 7	25	g	CATHERINÆ virginis & martyris.
Cal. 6	26	A	Petri Alexandrini / Conradi episcopi.
Cal. 5	27	b	Maximi episcopi Rhegiensis. B
Cal. 4	28	c	Acharii episcopi. B pag. 57 / Ode virginis, Rhodii. B
Cal. 3	29	d	Radboldi episcopi, Dauentria B / Ieiunium.
PRIDIE	30	e	ANDREÆ Apostoli.

Dominica prima ADVENTVS, incipit clausum tempus.

DECEM-

DECEMBER habet dies xxxi.

Sanctorum feriae.


CALEN.	1	f	<i>Eligii, episcopi, Apostoli Flandriae. B</i>
Non. 6	2	g	
Non. 5	3	A	<i>Vualefridi mart. Groninga B/ Eloquii, Vualciodori. B</i>
Non. 4	4	b	<i>B Arbarae virginis & martyris.</i>
Non. 3	5	c	
PRIDIE	6	d	NICOLAI episcopi & confessoris / <i>Gertrudis viduae, Marcenis ex Hamatica. Transfertur. B</i>
NONIS.	7	e	<i>Ordinatio Ambrosii / Ieiunant nonnulli.</i>
Idus 8	8	f	CONCEPTIONIS beatae Mariae.
Idus 7	9	g	<i>Leocadia virginis & martyris, Toleti.</i>
Idus 6	10	A	
Idus 5	11	b	<i>Fusciani & Victorici martyrum. B. pag. 15/88.</i>
Idus 4	12	c	
Idus 3	13	d	<i>LVcia / AVtberti episcopi, Cameraci, B/ Indoci / Fc- ria quarta sequenti, ieiunium quatuor tēporum. Folquini episcopi Morinorum. B</i>
PRIDIE	14	e	
IDIBVS.	15	f	
Cal. 17	16	g	<i>Euerardi confessoris, Cisonii. B</i>
Cal. 16	17	A	<i>Beggha, Andennae B/ Vuiuina virginis, Bigardis. B</i>
Cal. 15	18	b	<i>Vuiniboldi abbatis. B pag. 81</i>
Cal. 14	19	c	
Cal. 13	20	d	<i>Ieiunium.</i>
Cal. 12	21	e	THOMAE Apostoli.
Cal. 11	22	f	
Cal. 10	23	g	
Cal. 9	24	A	<i>Ieiunium. Leodienfes abstinent à lactarijs.</i>
Cal. 8	25	b	NATALIS DOMINI. Solennitas.
Cal. 7	26	c	STEPHANI primi martyris.
Cal. 6	27	d	IOANNIS Apostoli & Euangelista.
Cal. 5	28	e	INNOCENTIVM martyrum.
Cal. 4	29	f	<i>Thomae episcopi & martyris, Cantuarie.</i>
Cal. 3	30	g	
PRIDIE	31	A	<i>S Iluestri papae & confessoris.</i>

*Hanc historiam, Sanctorum Belgij nostri vitam breuiter
comprehendentem, lectu dignissimam & vtilissimam
esse censeo; restorūque nihil ei inesse quod pietatens
offendere possit.*

Henricus Grauius Louaniensis,
sacrae Theologiae professor.

Dieser Tag ist ein Festtag

1	Die heilige Messe	1
2	Die heilige Messe	2
3	Die heilige Messe	3
4	Die heilige Messe	4
5	Die heilige Messe	5
6	Die heilige Messe	6
7	Die heilige Messe	7
8	Die heilige Messe	8
9	Die heilige Messe	9
10	Die heilige Messe	10
11	Die heilige Messe	11
12	Die heilige Messe	12
13	Die heilige Messe	13
14	Die heilige Messe	14
15	Die heilige Messe	15
16	Die heilige Messe	16
17	Die heilige Messe	17
18	Die heilige Messe	18
19	Die heilige Messe	19
20	Die heilige Messe	20
21	Die heilige Messe	21
22	Die heilige Messe	22
23	Die heilige Messe	23
24	Die heilige Messe	24
25	Die heilige Messe	25
26	Die heilige Messe	26
27	Die heilige Messe	27
28	Die heilige Messe	28
29	Die heilige Messe	29
30	Die heilige Messe	30





1710

Th
2422

Martyrologi
von Vsnard